COLUMBIA LIBRARIES OFFSITE
1002507757

Digitized by Google

THE LIBRARIES

COLUMBIA UNIVERSITY

GENERAL LIBRARY



Digitized by Google

Digitized by Google

SOPRON VÁRMEGYE

TÖRTÉNETE

KIADJA

SOPRON VÁRMEGYE KÖZÖNSÉGE

OKLEVÉLTÁR

ELSŐ KÖTET 1156—1411

SZERKESZTI

NAGY IMRE



A VÁRMEGYE PECSÉTJE 1553

SOPRON
NYOMATOTT LITFASZ KÁROLY KÖNYVNYOMDÁJÁBAN
1889

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



SOPRON VÁRMEGYE

TÖRTÉNETE

KIADJA

SOPRON VÁRMEGYE KÖZÖNSÉGE

OKLEVÉLTÁR

ELSŐ KÖTET 1156—1411

SZERKESZTI

NAGY IMRE



A VÁRMEGYE PECSÉTJE 1553

SOPRON
NYOMATOTT LITFASS KÁROLY KÖNYVNYOMDÁJÁBAN
1889

Digitized by Google

DB
975
.S66
N33

Digitized by Google

4183682 SEP 13 1972

ELŐSZÓ.

Szülőföldem multjáról szóló oklevelek gyűjteményét, több évtizeden át tartott munkálkodásom eredményét, mutatom be a vármegye tisztelt közönségének.

A történetirás, meggyőződésem szerint, csak itészetileg megvizsgált adatokon alapulhat, és csak ugy lehet a mult időknek hű tükre, ha minden egyes mozzanatot, vagy okleveles bizonyíték, avagy más hiteles kutfő támogat.

Igy, midőn a vármegye a monographia megirására felhivott és megbizásával megtisztelt, czélul tűztem ki: első sorban azokat az okleveleket közölni, melyek ez ideig nyomtatásban sehol meg nem jelentek, avagy hiányosan közöltettek.

A következő kötetek történeti részét tehát, czélra-vezetőleg csak ugy irhatom meg, ha az oklevéltár két kötetének okleveleire, az eddigelé már közzé tett más oklevéltárak megbizható adataira és egyéb hiteles kutforrásokra hivatkozva, az előadottak valóságáról az olvasót lehetőleg meggyőztem.

Megyénkre vonatkozó oklevél-gyűjteményem meghalad kétezer darabot. A két kötetre szorított oklevéltárban valamennyit közölni lehetetlen, igy csak is az érdekesebbeket válogattam ki; mindazonáltal a kimaradt oklevelek adataira a maga helyén hivatkonzi fogok.

Az első kötet, mely 443. darab oklevelet tartalmaz, az 1156-évtől az 1411-évig terjedő időszá-

Digitized by Google

kot öleli fel. Mind meg annyi vármegyénk hajdani történetét, birtok-viszonyait, őseinknek a köz- és magán ügyekben való szereplését irja le, s azt is híven bizonyítják, hogy ők jogaik megvédéseért mily gondosak és körültekintők valának, nem különben leveleiket megőrízni is iparkodtak.

Azonkivül mellékletül, az 1553. és 1570-ik évekről, a vármegye legrégibb pecsétjeinek rajzait is adom, valamint III István király 1162. évi oklevelének hasonmását, melyet vármegyénkről az ismertek között, mint legrégibb eredeti irásbeli emléket birunk; a rajzban adott oklevél tartalma a 2. lapon olvasható.

Fogadja szivesen a vármegye t. közönsége munkám 1-ső kötetét; hálát adok a gondviselésnek, hogy ifjukorom óta forrón ápolt vágyam teljesülhetett, s hogy szülőföldem irányában hű ragaszkodásom jeléül, a multak irott emlékeinek megörökítéséhez csekély erőmhöz képest hozzá járulhattam.

Budapest, 1889. május havában.

NAGY IMRE.



A VÁRMEGYE PECSÉTJE 1570.

Digitized by Google

1. *II. Géza király az általa külföldről behivott Gotfried és Albrecht vitézeknek a Karakó várához tartozó két falut és a Sár nevü királyi erdőt Vas vármegyében, továbbá Sopron vármegyében Locsmánd nevü falut, az udvarnokok gyiróti földjét és Sarud nevü soproni várföldet, a mai Frankó falut, adományozza. 1156. körül.*

Quoniam generacio preterit et generacio succedit, iure igitur ac iuste longa etas patruum precedencium curavit statuta et decreta sua per testamenti descripcionem, tam modernorum noticie, quam eciam posterorum consciencie tradere, et sic oblivione defendere. Quo circa ego Geyssa secundus rex, secundi Bele regis filius, summa gracia assistrice, regnum paternum iure hereditario obtinens, quibusdam hospitibus meis, videlicer Gotfrith et Albreht militibus strennuis, qui ad vocacionem meam, relicta paterna sua et hereditate, regnum Hungarie sunt honorifice ingressi; et quia dignum fuit tam nobilibus regia liberalitate subvenire, idcirco in parochia Crocoyensi, terram duarum villarum et silvam regalem, que Saar vocatur, cum quatuor custodibus eis concessi; preterea dedi eis in comitatu Supruniensi villam nomine Lusman cum omni tributo fori, et terram ville udvarnicorum, nomine Gerolth, et terram ville Soproniensi *(igy)*, ibi prope positam, iuxta Rabazan sursum, que Sarud vocatur, tali tamen tenore, ut nullus regum succedencium seu comitum, hoc regale donum ab eis conetur accipere, sed filiis suis et posteritati eorum relinquere. Cuius rei gracia, ut firma stabilisque perma-

Digitized by Google

neat, sigillo regie maiestatis per Barnabam (in) presencia nostrorum nobilium, scilicet Martini archiepiscopi, Micu archiepiscopi, Izbegh episcopi, Belos bani, Heyderici curialis comitis, Apa comitis, Gatal comitis, Zascc sigillari precepi; huius cause pristaldus Forcos frater Gatal comitis. Si quis vero decretum hoc infregerit, anathema sit.

Szécseni Frank országbíró **1412**-ki átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban dipl. oszt. 15. őriztetik. Fejér György is közli Cod. Dipl. VII. 5. 119. l. de több eltéréssel és lényeges hibákkal.

2. *III. István király Farkas soproni várszolgát a várnépi kötelék alól felszabaditja, s neki azon érdemeért, melyet Kapuvár védelmében tanusitott, Kecczöl és Vicza nevü birtokokban egy-egy malmot és rétet, Welen nevü birtokban pedig egy rétet és két malmot adományoz. 1162.*

Notum sit omnibus hominibus sub dicione regis Hungarie existentibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Stephanus dei gracia sublimis ac triumphator rex Hungarie, beate memorie Geyse regis filius, paterni regni gubernacula deo auxiliante obtinens, hunc hominem in Supruniensis castri *(igy)* manentem, nomine Forcos a civili iugo subtraxi, tantaque dote libertatis sublimavi, ut ubicunque vellet libere ac secure famulari posset, ea videlicet, quod fidelis mihi extitit in omnibus, et contra infideles illos, qui castrum illud, quod vulgariter Copuu dicitur oppugnare volebant, fideliter mihi institit, et in super veniens, infidelitatem illorum in serie manifestavit. Que causa ut rata permanere posset, coram quibusdam primatibus mihi assistentibus, videlicet Luca Strigoniensi archiepiscopo, Micone Colochensi archiepiscopo, Machario episcopo, Beloslao preposito; Heidrico palatino comite, Gabriele curiali comite, Ampudino comite, Laurencio comite, Rubeno comite, Fulco comite, Dionisio comite; Widone pristaldo. Preterea predicto (fideli) meo dedi in villa Kacil unum pratum cum uno molendino, et in villa Vidza similiter, in villa eciam Welen unum pratum cum duobus molendinis; et per notarium Bicenum

Digitized by Google

scribi, ac per Sudam capelle mee magistrum, sigillo regali muniri precepimus. Si quis igitur hoc institutum regale infringere tentaverit, omnipotentis dei iram et regie maiestatis anathema incurrat. Scripta est autem hec cartula, anno dominice incarnacionis M° C° L° X° II°.

Függő pecséttel, mely még ismertetve nincsen; eredetije Sopron sz. kir. város levéltárában; az oklevelet már Schwartner Introductio in Rem Dipl. 337. l. és Fejér György II. 164. l. közzétették, de több eltéréssel; vármegyénkről az eddig ismert eredetiek közül ezen legrégibb oklevelet, lehetőleg híven, ujabban közölni szükségesnek tartottam.

3. *III. István király az atyja II. Géza király által, Gotfried és Albrecht német jövevények részére, Locsmánd, Gyirót és Sárad nevü birtokokról kiadott adománylevelet, megerősíti. 1171.*

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Pateat omnibus tam modernis quam posteris, sub dicione regis Hungarie existentibus, quum quidam nobiles Gothfridus et Albrehth hospites teotonici, relicta terra natalis patrie, regnante glorioso rege Geyssa, regnum Hungarie ad vocacionem suam honorabiliter sunt ingressi, quos dominus rex iamdictus Geyssa, quia milites fuerunt strennui, benigne eos recepit, ac pro ipsorum servicio eos remuneravit, dans eis villam Luchman, cum omni tributo fori, et terram ville vdurnicorum nomine Gherolth, et terram Supruniensem, sitam iuxta Rabcham sursum, nomine Sarud; post obitum vero regis Geysse, regnante filio suo glorioso rege Stephano, Ivanka comes de Luchman, cum rex fuit in Pest, in presencia regis litigavit cum predictis hospitibus, dicens datum regium ad suam pertinere comitivam; rex autem cognoscens regium datum non esse dignum aufferri, et pura veritate ad ipsius non pertinere comiciam intelligens, hospitibus prefatis reddidit suisque heredibus perpetuo possidendum, sicut a patre suo eisdem fuerat condonatum; cuius reddicionis interfuere iobagiones Ambodimus banus, comes Laurencius, Luchas comes, Fulcus, Dionisius comes, Ruben E post*) pristaldus, Johannes comes filius Calmer. Hoc autem privi-

*) *Az 1412-ki átiratban „epus", mi episcopusnak felelne meg.*

Digitized by Google

legium fecit scribi rex Stephanus, cuius scriba fuit Beccen. Si quis vero hoc institutum infringere voluerit, sub anathemate sit; est autem scriptum ab incarnacione domini anno M° C° LXXI°, regioque sigillo sigillatum per Wydonem capelle magistrum.

A vasvári káptalannak 1392-ben kiállított átiratából; az átirat eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1017. 24. dipl. oszt. 21. sz. a. őríztetik; megvan u. o. Szécseni Frank országbíró 1412-ki átiratában is dipl. oszt. 15. Fejér Gy. is közli több hibával, i. m. II. 184. és VII. 5. 121. ll.

4. *Imre király a Domokos bán által alapított szent-Mária kolostor szőllő birtokain, a soproni várispánoknak a csöbör-dézma-adó szedését megtiltja, s a kolostort Kethely és Micske nevü falukban vásártartás jogában megerősíti. 1200. körül.*

H(emiricus) dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie Rameque rex, omnibus comitibus Supruniensis castri salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus de vineis in terra abbatis et fratrum de monte sancte Marie cibriones non recipiatis, nec ab antiquo prorsus recipi permittatis, possessio quippe libera est, et sicut aliorum accepimus testimonio, possessores eiusdem predii comes videlicet Dionisius et Florentinus, ipseque Dominicus banus, qui eandem terram ecclesie et fratribus illis tradidit, hactenus non persolverunt. Id ipsum quoque collectoribus cibrionum precipimus, ne de cetero pro requirendis cibrionibus, ab eis ad nos querimonia deveniat, et ne pro eorum colleccione super ecclesie populum descendere presummant, alioquin iram nostram incurrent. Preterea forum in villa Meinhart et aliud forum in villa Michsa, cum tributo, sicut hactenus libere eos possidere concessimus; populus eciam ipsorum nec coram aliquo iudice stare, et a nullo preter nos, vel quemcunque vice nostra, episcopum seu comitem tunc iudicem eis dederimus, de reliquo prorsus iudicari permittimus.

Zöld selyem zsinegen függő kettős pecsét maradványaival, eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor fasc. 28. Nro. 55. dipl. oszt. 38. l. Közli Fejér III. 1. 456. l. 1224. évről, és elég hibásan II. Endre király neve alatt. Van

Digitized by Google

ugyan az orsz. ltárban II. Endre királynak is egy majdnem hasonló tartalmu oklevele, Borsmonostor fasc. 28. Nr. 65. dipl. oszt. 776, azonban ezen oklevél is év nélküli, s csak annyiban tér el Imre király oklevelétől, hogy ezen szavak után »de monte sancte Marie« ez áll »videlicet in Meynhart in Michsa et in Pruscing ceterisque villis cibriones non recipiatis.« stb.

5. *Imre király adománylevele Benedek vajda részére, Nagymarton nevü faluról, mely előbb a budai káptalané volt. 1202.*

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Hemericus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servieque rex in perpetuum. Ad regie benignitatis serenitatem pertinere dinoscitur insignem fidelium constanciam et omnium pro utilitate et honestate regni desudancium merita equitatis lance metiri et opportunitatis tempore, que usu habet adesse emeritis, manu dapsili et largiflua gratanter remunerare. Sane igitur ad universorum noticiam volumus pervenire, quoniam villam quandam, que villa Martini dicitur, quam pater noster gloriosus rex Bela ab ecclesia Budensi quondam precio comparaverat, dilecto ac fideli ioubagioni nostro Benedicto voiovode, intuitu meritorum ipsius, regia benignitate contulimus; eadem autem villa ex parte orientis conterminalem habet villam Wolbrum, deinde villam Mouruhc, de qua procedunt mete versus Austriam, ad locum qui dicitur Forcosfertes, de quo ad Sumpotochfeu, inde transeunt ad fines Austrie; item ex alia parte conterminalis est eidem ville Mortun villa Kethuch, de qua descendunt mete ad Zolounta; inde transeunt ad villam Pugym, et hinc reflectuntur ad predictam villam Volbrum et terminantur. Ut autem hec nostra donacio invariabilis et inconcussa duret in posterum, presentem paginam, rei veritatem continentem, sigillo regie maiestatis fecimus communiri, Datum per manus Petri Albensis prepositi et aule regie cancellarii, anno ab incarnacione domini Millesimo ducentesimo secundo; venerabili Job Strigoniensi archiepiscopo existente, reverendo Johanne Colocensi archiepiscopo, Calano Quinqueecclesiensi episcopo, Vgrino Geuriensi episcopo, Simone Waradiensi episcopo, Desiderio Cenadiensi episcopo; Benedicto palatino et Bichoriensi comite, Jula curiali et Cenadiensi

Digitized by Google

comite, Ipohc Bachiensi, Tiburcio Budrugiensi, Cepano Suppruniensi, Thoma Posoniensi, Mauro Mussuniensi, Ochyz Albensi.

Az igen nagy, sárga-vörös selyemzsinóron függő viaszpecsét ép állapotban van meg, tökéletlen rajzát l. Pray Syntagma de sigillis, Tab. VIII. fig. 3.; a durva pergamentre irt oklevél eredetije a bécsi cs. és kir. áll. ltárban őríztetik. Közli Fejér Gy. is i. m. II. 395. l. de a befejezésben az egyház és országnagyok neveit elhagyja; az oklevelet ujabban Károly Árpád másolata után azon okból is szükségesnek tartottam közölni, mert abban a Nagymarton körül fekvő faluk egyenként felsoroltatnak.

6. *Iván, II. Endre király és Berchtold kalocsai érsek lovagja, halála után családját az érsek pártfogása alá helyezi, egyszersmind lelke üdvéért a Domonkos bán által alapitott Szent-Mária kolostornak Jorunburg nevü pusztában s Gyirót és Locsmánd nevü birtokokban több jövedelmeket, kallómalmokat, szőllőket és egyes birtokrészeket hagyományoz. 1206—1218.*

Universis Christi fidelibus innotescat, quod ego Iwan miles domini regis et domini B(ertholdi) archiepiscopi Colocensis, totum predium meum in manus domini mei archiepiscopi Colocensis ad defendendum uxori mee et pueris meis post obitum meum ordinavi. In predio, quod vocatur Jorunburg dimidios redditus, in Gerolt dimidios redditus, in Luceman dimidios redditus. preterea duo molendina, in uno molendino quatuor rote, quarum una rota criseum pannum pilat, in altero due rote, et alie due, que criseum pannum pilant; et novem vineas in Luceman, que cibriones solvunt; preterea tres vineas in Luceman, quas ego ipse excolui, in Jorunburc duas vineas et duo prata, et unum servum in Jorunburc, cum duobus pueris filium et filiam, filius vero Wid cum patre suo Petro pueris meis serviant, filia autem libera permaneat; preterea et tres equos, cum quibus uxor mea et pueri mei terre me commendent, et elemosinas pro anima mea largiantur. Preterea disposui de predio meo fratribus Dominici bani in monte sancte Marie tria allodia integra in Luceman, unum quod possidet, Weygman, secundum quod tenent Heberweyn et Wergant

Digitized by Google

tercium quod tenent Hyrsman et Hipesner, et unam vineam ibidem, et sepulturam mihi apud ipsos et uxori mee ordinavi. Horum omnium testes sunt fratres supradicti loci de monte sancte Marie, et filiastres mei duo, scilicet Ratolt et Laurencius, et consobrini mei duo, Willerm et Walbrun, et iobaiones domini regis, Scomoz, Buce, Forcas, Carolus, Jacobus et Hartvicus, Zoyc, et prepositus Ercules de Ferreo Castro, Nicolaus et Thomas; preterea sacerdotes isti: Paulus, Jacobus, Cosda, Dans, Hainricus, Marcwardus, Andreas et Haynricus. Si quis autem supra dicta violaverit, et elemosinam, quod in monte sancte Marie pro remedio anime mee contuli, defraudaverit, cum in novissimis coram deo et omnibus sanctis eius ad examinandum steterimus, ipsum velut inimicum manifeste accusabo.

Hártyaszalagon függő két ép pecséttel, egyiknek körirat nélkül czimere egy fejüsas, kiterjesztett szárnyakkal, a másikban egy kereszti alatta A. W. betük, a köriratból ez utóbbin csak egyes betük látszanak; az oklevél két eredeti példányban van meg, egyike ezeknek az országos levéltárban Borsmonostor fasc. 28. Nr. 63. dipl. oszt. 782, a másika pedig a pannonhalmi levéltárban őríztetik; ez utóbbin az A. betütől N. betüig terjedő chyrographum alól, amazon pedig felül van; mi az országos levéltári példány után közöljük az oklevelet, mely némely helyen a pannonhalmi levéltárban őrzött eredeti példány szövegétől eltér; az oklevél már közölve van Fejérnél i. m. VII. 5. 277. l. 1248. év alatt és III. 2. 463. lapon év nélkül; Wenzel is közli az Árpádkori Új Okmánytárban 1. 214. l. az 1225. éviek között, azonban ekkor Ugulin volt a kalocsai érsek; mi azt tartjuk, hogy a B. betü Berthold kalocsai érsek nevének felel meg, ki 1206-tól 1218-ig ült a kalocsai érseki széken. Fejér VII. 5. 277. l. azért közli 1248. évről az oklevelet, mert az abban B. betüvel jelzett érsek alatt Benedeket érti, azonban 1248-ban Domonkos bán a szent Mária hegyen épült kolostor alapítója már nem élt, l. Wenzel i. m. VI. 428. l. s az oklevél irása is inkább a XIII-ik század elejére mutat. II. Endre király 1225-ben kelt és alább közölt oklevelében Iván lovagnak ezen adomány levelére hivatkozik, ebből nyilvánvaló, hogy Iván lovag levele 1225. év előtt Berthold kalocsai érsek idejében kelt.

7. *II. Endre király István papot, kinek előde Kaal, Németországból még Gizella királynéval jött be, és az akkor még kevés lakossal biró Sopron vármegyében megtelepedett, a soproni várjobbágyok által elfoglalt Kál nevü birtokba visszahelyezi. 1212.*

Nicolaus et Stephanus quasdam literas domini Andree olim regimen huius regni feliciter importantis, anno ab incarnacione domini M° CC° duodecimo privilegialiter emanatas,

Digitized by Google

curarunt exhibere. In quarum quidem literarum privilegialium dicti domini Andree regis continencia exprimebatur, quod tempore regis sancti Stephani avi scilicet eiusdem domini Andree regis, cum Kesla regina Hungarie christianissima de intrinsecis partibus Alamanie fuisset transducta, quidam Kaal nomine, homo libere condicionis, terram liberam consumsisset, et omnis servitutis expers, predecessor fidelis clerici eiusdem domini Andree regis Stephani nomine, in officio eiusdem domine regine persistens, Hungariam intrasset, et quia temporis *(igy)* rarus habebatur incola in comitatu castri Supruniensis, libere et absque alicuius condicione terram et locum cohabitandum elegisset. Tandem herente in multo temporis curriculo, tempore pie recordacionis Geysse regis, cum Laurencius comes comitatum Castri Ferrei et Supruniensis possedisset, iobbagiones eiusdem castri in invidia ducti, a tramite veritatis deviantes, patrem fidelis clerici dicti domini Andree regis, Stephani, Alykon nomine, calumnias et falsa alloquentes iobbagiones castri, et quia unum ex ipsis socium in presenciam Laurencii comitis fore asseruissent, ut per hoc ipso titulum infringerent libertatis. Videns autem fidelis clericus eiusdem domini Andree regis Stephanus, et Lampertus suus frater uterinus, quod libertas eorum per eosdem maliciosos iobbagiones prefati castri fuisset annullata, tempore felicis recordacionis Emerici regis fratris eiusdem Andree regis, cum ipse ducatum tenuisset, ad ipsius scilicet domini Andree regis accedentes presenciam, se penitus servicio eiusdem subdidissent, et prout decuisset tales fideliter servire cepissent; unde et in illo conflictu, quam in valle Rad idem dominus Andreas rex adversus dictum fratrem suum Emericum regem habuisset, Lampertus frater fidelis dicti Stephani clerici ibidem usque ad sanguinis effusionem ob summe fidelitatis amorem mortem sustinuisset; nec hoc eidem fideli clerico sufficiens, una morte fratris sui tradens oblivioni, post eundem conflictum, cum eodem domino Andrea rege in Teutoniam exiens, ibique multo anhelancius cepisset servire; tamen inter cetera sue fidelitatis opera, quomodo et qualiter iobbagiones prefati castri libertatem ipsorum infregissent, eidem

Digitized by Google

domino Andree regi sepius intimasset. Ipse igitur dominus Andreas rex postmodum divina favente clemencia successisset ad regni gubernacula, multitudinis fidelis dicti Stephani clerici sui serviciorum, tum propter fratris eiusdem mortem, cum eciam propter ipsius fidelitatem ipsum scilicet Stephanum clericum in pristinum libertatis titulum restituens, in domum suam regiam recepisset, ut tam ipse, quam ab eo descendentes de domo et familia regia de cetero computabiles haberentur, et de propria terra ipsorum Kyal nomine, ad quinque aratra sufficiente, sibi et suis posteris sua regia auctoritate fecisset restitui, quam roborasset terram circumquaque cum metis, cuius quidem possessionis mete quodammodo in eo privilegio continentur.

Szécsi Miklós országbíró 1372-ki ítéletleveléből; II. Endre király 1212-ki oklevelét az országbíró előtt »Stephanus et Nicolaus filii Andree de Tyak« (Fejér Gy. Czeh után hibásan »de Ayak«-nak irja) a Niczky család ősei mutatták fel; az országbíró itéletét eredetiben a N. Muzeumban őrzik. Fejér György i. m. IX. VII. 270—72. l. és Wenzel Árpádkori Új Okmt. I. k. 22. l. szintén közlik, de több hibával, ez okból az oklevél kivonatát, mely vármegyénkről szent István király idejéből is tartalmaz emléket, érdekesnek tartottam ujabban közzétenni.

8. *II. Endre király Bors comes kérésére, az ennek atyja Domokos bán által, valamint maga Bors comes és mások által adományozott birtokokban, a felsorolt határok között, a hegyen épült szent-Máriai monostort megerősíti, s annak javadalmait újabbakkal gyarapítja. 1225.*

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Andreas dei gracia Ungarie, Dalmacie, Crohacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerieque rex in perpetuum. Ab antiquis mundi temporibus ex quo reges vel principes divina providencia regnare disposuit, multifarie multisque modis confirmaciones testamentorum ac privilegiorum deo disponente propter pacis charitatisque custodiam exorte simulque suscepte sunt, quibus proprie possessa vel pro deo data possent in eternum integra perseverare. Quapropter quum universa, que regalis confirmat auctoritas, salva semper et inconcussa permaneant, tam futuris quam presentibus, tenore presencium notum esse volumus, quod noster cognatus et in omnibus semper fidelis Bors comes ad nostram accedens

Digitized by Google

presenciam eleganti prece nobis intimavit, quod pater suus pie memorie Dominicus banus, ob salutis anime sue posterorumque suorum remedium, et ut crucem, quam susceperat, et viam, quam ad sepulchrum domini pergere debuerat, redimeret, monasterium ordinis Cisterciensis in honore beate virginis Marie propriis sumptibus et expensis, prediis aliisque necessariis reditibus, ad dei servicium decenter sufficientibus per licenciam domini Innocencii pape ac consensum patris nostri regis Bele construere decrevisset; postulans a nobis attencius, quatenus ea, que pater suus iam olim obtulerat, et ipse cum uxore matreque sua de prediis suis propriis postea donacione sua libera predicto monasterio disponeret, auctoritatis nostre munimine confirmari faceremus. Nos igitur peticionibus suis saluberrimis favore debito annuentes, omnia, que pie ac devote in eleemosynam ecclesie sue tam ipse, quam pater suus contulit, privilegio nostro perpetua stabilitate fecimus roborari. Hec autem sunt nomina prediorum, que contulerat: Altus mons, in quo situm est ipsum monasterium, Mainhart et Laztay, que pariter sibi coniacencia, metas ab antiquis temporibus habitas, sicut Florentinus comes a comite Dionisio, ipseque Dominicus banus a Florentino emerat, sine aliqua disceptacionis vel contradiccionis molestia, nominative singulis in locis per circuitum continentes: prima igitur ipsorum meta incipit ab ortu solis super aquam Rebce, iuxta terram Sydan, inde vadit in montem, ad metam, que iacet in Hurduc, deinde montem ipsum ascendit ad metam, que est iuxta viam tendentem in Sydan, abhinc pergit ad metam, que iacet iuxta viam pergentem in Gathal, postea redit per eandem viam ad duas metas, ubi conveniunt termini de Sydan et Gathal, et abhinc redit ad viam, currens per plures metas, festinat ad tres metas, a tribus autem metis vertit se ad meridiem, et inde per antiquam viam inter duas malos ad locum, qui vocatur rakathia, postea descendit ad salices in valle pluviali, deinde recto tramite currit in fluvium Gyngus versus molendinum Martini, ipsumque fluvium ascendens usque ad locum, ubi rivulus Lybnic cadit in ipsum, deinde ipsum rivulum semper ascendendo, longa via tendit ad caput

Digitized by Google

ipsius Lybnic, et inde paulum versus orientem ascendit in viam magnam, que venit de via Pylgrim, deinde per eandem viam plures metas habens, festinat ad caput unius vallis, que dicitur Satelbach, ipsumque non deserens, descendit in Rebce, inde descendens ipsam aquam, vadit ad molendinum Merkel, ab ipso autem molendino ex altera parte Rebce ascendens, retro ecclesiam sancte Agathe, pergit ad viam, que vadit in Suprun; posthec per plures metas currit ad terminos trium terrarum Corrardi fratrumque suorum, Pule maioris et minoris, abhinc per plures metas sub ortu solis vadit ad viam, que dividit duas terras Myxa minoris et maioris, deinde per plures metas recto cursu versus meridiem pergit ad rubum salicis, inde ad tres metas tendit iuxta viam, que vadit in villam Engud, inde per eandem viam versus orientem festinat ad metam, que iacet in prato sub via, de qua denuo revertens, contra meridiem properat per pratum in Rebce, iuxta stagnum, quod vulgo dicitur Nadalthou, inde paululum ipsam aquam ascendens revertitur ad locum suum, unde processit. Hec descripcio metarum trium prediorum videlicet Altimontis, Menhart et Laztay sub iureiurando fidelis et vera est. Infra istas metas nullus hominum aliquid proprii possidet, preter ecclesiam, et ipsos, qui serviunt ecclesie, excepto, quod ipse Bors comes redditus universos predicti Laztay, exceptis chybrionibus, cunctis diebus vite sue tenebit, cum autem mortuus fuerit, ecclesia cuncta pro anima sua possidebit, sive filium habuerit sive caruerit. Preterea dederunt ecclesie sue duo predia simul adiacencia, quorum nomina sunt hec, Mixa et Prezena, et ipsa nihilominus in circuitu secundum veritatem metata: prima eorum meta incipit ab ortu solis super Rebce iuxta terram de Luchman, et inde versus montem per vineas ascendit vallem per plures metas in cacumine montis versus meridiem, deinde vertit se ad orientem et tendit ad magnam quercum, que continet metam, et ab ipsa per verticem ipsius montis vadit ad quatuor metas, ubi termini quatuor prediorum simul conveniunt, Mychsa, Luchman, Wis et Perezna, deinde recto cursu pergit versus meridiem per plures metas ad quandam viam,

Digitized by Google

ubi mete trium prediorum consistunt, et ab his rotundo cursu sub meridie per plures metas tendit ad terram iobagionum de Suprun, Ozlup scilicet et Tywan et aliorum; deinde per plures metas venit ad metas, ubi incipit terra Sydan, inde currit ad almafa, (deinde) festinat ad metas Engud, inde tendit ad aquilonem per plures metas et cadit in vallem pluvialem, et per ipsam vertens se ad occidentem per plures metas iuxta terram Martini descendit in Rebce, qua descendens transire festinat ad terminos superioris Michsa et inferioris iuxta magnam viam, que venit de Luchman in Maynhart, ubi antiquum meatum habuit Sawa; abhinc vero paululum deambulans a molendino, quod situm est super Sawam, contendit transire, ipsamque ascendens festinat ad minorem Mychsa venire, inde cursum suum retorquens versus orientem tendit per obliquum in Rudnik iuxta viam, que venit de Pula, deinde vertens se ad aquilonem per ipsum rivulum Rudnik ascendit ad metas trium villarum Mychsa, Nygvan et ecclesie, statimque recurrens versus orientem, ascendit montem per plures metas, properat ad tres metas trium terrarum, ab his vero per plures properat versus meridiem, clivum pluvie non deserens, tendit in Rebce supra *(igy)* molendino Igu, ibique non diu tardans, gurgitem transire festinat, ipsumque modicum descendens, revertitur ad locum suum unde processit. Infra istas metas nullus alienus proprii quipiam possidet preter ecclesiam et illos, qui serviunt ecclesie, excepto, quod ipse B(ors) comes Michsam et omnes reditus eius, exceptis cyprionibus, cunctis diebus vite sue tenebit, sed ipso defuncto, si filium non habuerit, uxor sua, quamdiu in viduitate permanserit, exceptis cyprionibus interim habebit; quod si virum alium duxerit vel defuncta fuerit, ecclesia cuncta possidebit, si autem predictus comes filium habuerit, illeque filio caruerit, ecclesia, sicut predictum est, cuncta possidebit. Contulerant eciam ecclesie sue duo prata sibi pariter coniacencia, nomen uni rotundum et alteri Zakanrete, ipsaque per circuitum metata: prima meta incipit ab oriente super Rebce iuxta terram Bayka, inde per tres metas versus meridiem vadit ad quartam, et ab ista

Digitized by Google

semper rotundo cursu sub meridie per plures metas tendit versus occidentem ad antiquam viam, que vulgo dicitur Otwengut, statimque revertens versus meridiem, per iam dictam viam contendit transire paludem, et inter duas metas Bayka et Zakanrete nusquam divertens ab Otwengut, properat ad tres metas sub radice montis Sydan, inde denuo per viam sub monte graditur versus occidentem per plures metas, ad rivulum Wigne Wise, quem descendens pergit in Rebce, ac per ipsam multos angulos circumnatans, revertitur in locum suum. Possident eciam predicti fratres duas mansiones cum omnibus serviciis suis in Gerolt, que pro remedio anime sue contulit dominus Iwanus miles de Lucman. Dederunt eciam ecclesie sue tria predia, sibi pariter coniacencia, quorum nomina hec sunt: Vkas, Zaka et Baran: prima igitur ipsarum meta incipit versus aquilonem a scilfa iuxta rivulum supra viam, que venit de Suprun, inde paululum vadit per ipsam viam versus meridiem ad viam tendentem in Vnd, deinde viam ipsam non deserens versus orientem per plures metas pergit ad terminos Vnd, unde vadit ad magnam metam sub meridie, ubi termini sunt Sira et Ambus, preterea tendit ad tres metas, ubi incipit terra Zakan iuxta quamdam viam, per quam properat ad tres metas, et ab his per aliam viam versus occidentem pergit ad metam iuxta terram Gerolt, inde versus aquilonem per plures metas vadit ad monticulum, deinde descendit versus occidentem ad metam, que iacet intra viam tendentem in Gerolt, inde per plures metas revertitur versus aquilonem per eandem viam ad duas metas, et ab istis versus occidentem descendit ad viam iuxta terminos terre Nigwan; inde denuo per ipsam viam versus aquilonem festinat ad angulum quendam, ubi est meta, quam relinquens tendit per viam euntem in Baran ad magnam metam, ab isto vero semper rotundo cursu sub occidente descendit per plures metas ad rivulum, ubi sunt termini Margardy et Zobotbaran, post hec ipsum rivulum transiens ascendit ad metas iuxta viam, ubi termini sunt ex altera parte Zobodboron et Conradi; inde predictam viam currens properat ad metas sub vinea Salamonis sitas, et ab istis per plures

Digitized by Google

metas pergit ad angulum, in quo mete iacent, quem relinquens descendit versus meridiem in rivulum, ipsumque semper descendendo revertitur ad scilfa, unde processerat; infra metas istas nullus alienus aliquid possidet preter filios Buce, qui terram cultam et incultam tantummodo possident ad unum aratrum, cetera omnia sunt ecclesie. Preterea possident centum quadraginta iugera prope ad Zakan, infra terminos trium terrarum cruciferorum, scilicet Ambus et Gerolt. Dederunt eciam terram, que vocatur Dag, cuius prima meta incipit iuxta viam, que venit de Suprun inter duo Dag, inde vadit in rivulum, ipsumque ascendit ad medium ville, et inde per girum sub meridie comprehendens duas curias, vertit se ad occidentem, et per vallem festinat ad viam, que venit de Lupoltpach in silvam, ubi due mete sunt, inde per dictam terram currens versus aquilonem, tendit ad angulum ad duas metas, et ab istis versus orientem vadit ad viam, que venit de Dag ad duas metas, ac predictam viam sequens festinat versus aquilonem ad duas metas, inde vergit versus occidentem aliquantulum ad duas metas, et ab his revertitur versus aquilonem ad tres metas sub monticulo positas, inde recto tramite descendit in vallem ad duas metas, ubi termini sunt Suslani et iobagionum castri, et abhinc per plures metas versus orientem properat per vallem pluvialem ad duas metas iuxta terram sagittariorum, inde vadit per plures metas equo cursu versus meridiem ad viam, que tendit in Maurich, et per ipsam aliquantulum versus orientem venit ad duas metas, et ab his versus meridiem revertitur in locum suum. Preterea dederunt in confinio Austrie iuxta Posonium predium nomine Wlocendorf, cum omnibus pertinenciis suis: cuius meta prima incipit ab oriente ad vadum Danubii, ubi finem habet insula nomine Nyassciget iuxta viam, que venit de Musunio, inde vadit per eandem viam directo cursu versus meridiem ad duas metas, ubi termini sunt Iwagi et Heteser, deinde pergit per plures metas versus occidentem ad metam, que vocatur populus iuxta palludem, et abhinc festinat ad ecclesiam Dersu, cuius sanctuarium pertinet ad Fluecendorf, inde descendit versus aquilonem ad magnum lapidem iuxta viam, que tendit in

Digitized by Google

Neyng, deinde recto tramite currit ad duos monticulos, ubi quondam bisseni domos habuerunt, inde vadit in Danubium ad caput insule, que vocatur Mogorsciget, abhinc festinat in magnum Danubium, quem descendens concludit tres insulas quamvis modicas: Mogorsciget, Beseneusciget, Nyassciget, et sic redit ad metam priorem. In partibus (Sath) predictus B(ors) comes habet quinque predia et multas piscinas, ex quibus obtulit unum predium nomine Hetes, cum tribus piscinis, quorum nomina sunt hec: Teremaliathou, Cuisebcerecthou, Hamusthou; post obitum vero suum contulit aliud predium, quod vocatur Zobothchat, sive filium habuerit sive caruerit, quod si filium non habuerit, omnia quinque predia et omnes piscine cum universis pertinenciis suis predicto monasterio in eternum permanebunt; contulit eciam in Zumuld terram arabilem ad tria aratra et pratum, quod situm est iuxta grangiam, quam predicti fratres construxerunt iuxta pomerium, et molendinum, quod positum est iuxta grangiam abbatis de Tata, et alium locum molendini ibidem et silvam, que vocatur Rugus et vineam in Stanch. Insuper prefati fratres possident tria predia post mortem uxoris comitis B(ors) filie ducis Velek, que ipsa propriis pecuniis, quas secum de domo patris sui attulerat, a Dominico filio Jacobi comitis de Mischouch emerat; sunt autem nomina prediorum: Seusen, Cruzna, Mrouna, que pro remedio anime sue contulit supra memoratis fratribus, cum universis pertinenciis suis, sive filium habuerit sive caruerit. Has disposiciones predictus B(ors) comes disposuit, ut ipse et filii sui a populis ecclesie, quos pater eius et ipse condonaverunt, ut decet filios ecclesie honorabiliter in perpetuum recipiantur. Preterea noverint omnes in regno nostro constituti cuncti simul christiani, quod ipse Bors comes, si filios non habuerit, monasterium suum coram deo et sanctis eius obtulit nobis, nostrisque successoribus, si vero filios habuerit, suis posteris in perpetuum remaneant. Quapropter congaudeant nobis boni et sicut dignum est subveniant nobiscum domui dei, perversi autem et malivoli pertimescant, nec damnum aliquod vel gravamen domui sancte Marie de cetero inferre presumant. Notum igitur sit omnibus quam futuris tam pre-

Digitized by Google

sentibus, quod et nos scientes non posse nos sufficere ad querendam veram vitam, auxilia religiosorum fratrum videlicet predicti monasterii querere decrevimus, eiusque bona nostra temporalia tradidimus, quatenus ipsorum precibus eternorum bonorum participes esse mereamur. Dedimus igitur ipsis libertinos denarios, qui vulgo fumarii vocantur, et pondera et omnes cibriones ab omni populo eorum, tam de iobagionibus quam hospitibus ubique commorantibus cuiuscunque condicionis sint, ad nullum enim pertinent nec ad palatinum nec ad comitem de Suprun, nisi ad nos, quum possessiones eorum libere semper fuerint. Forum eciam in villa Mainharth et aliud forum in Michsa cum tributis, sicut hactenus libere eos possidere concessimus. Dedimus eciam eis ducentos zuanos salium magnorum in castro Supruniensi, absque ulla contradiccione in festo sancti Stephani regis singulis annis in perpetuum possidendos. Quod si vero salinarii de Suprun dare noluerint, comes vel curialis comes, qui in Suprun illo tempore fuerit, auctoritate nostra cum iudicio ab eis accipiat et fratribus predictis sine aliquo damno, ducentos zuanos tribuat; precipimus eciam, ut ipsi fratres vel populi eorum coram nullo iudice stare debeant, et a nullo iudice preter nos vel quemcunque iudicem dederimus eis, iudicari se permittant; permittimus eciam eos pro negociis suis, libere sine tributo et absque omni impedimento, ingredi et egredi per omnes portas, et quidquid de salibus vel lanis vel quibuslibet aliis rebus suis, quas vendere ipsi habuerint aut emerint, nullus ab eis vel ministris ipsorum tributum exigere presumat; indulsimus eciam, ne populi ipsorum compellantur ire ad incidendas indagines, idem gepu; pretera dedimus eis omnes exacciones et census, qui super populus eorum succedente tempore qualicunque de causa per nos aut per successores nostros in perpetuum emergere poterunt, ut nec nobis nec aliquibus aliis nisi solum usibus iam sepe dicte ecclesie colligantur. Ut hec a nobis huius donacionis facta confirmacio salva semper et inconcussa nostris nostrorumque successorum temporibus permaneat, presentem concessimus paginam sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per manus magistri Stephani domini

Digitized by Google

pape subdiaconi, Zagrabiensis electi, aule nostre cancellarii, anno ab incarnacione domini M° CC° vigesimo quinto; vacante venerabili sede Strigoniensi, reverendo Vgrino Colocensi archiepiscopo existente, Desiderio Cenadiensi, Roberto Wesprimiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Alexandro Varadiensi, Briccio Vachiensi, Renaldo Transsilvano, Gregorio Geuriensi, Cleto Agriensi episcopis existentibus, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Jula palatino et comite Supruniensi, Nicolao curiali comite regine, Ladislao aule nostre curiali comite et comite Nitriensi, Dionisio filio Dionisii magistro tavarnicorum, Demetrio magistro dapiferorum et comite Posoniensi, Michaele magistro agazonum et aliis quam plurimis comitatus et magistratus tenentibus, regni nostri anno vicesimo secundo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a hg. Esterházy cs. kismartoni ltárában. O. 482.17. Az oklevél Jakab minoriták főnökének a XIII. században II. Endre király halála után készült átiratában is meg van, melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik, innét közli Fejér Gy. i. m. III. 2. 59—70. ll. több eltéréssel; I. Károly király 1327-ki átiratában is meg van, ugyancsak az orsz. ltárban.

9. *Osl comes fiaival és testvéreivel együtt a csornai monostornak számos birtokot hagyományoz. 1230.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Osl comes salubriter disponens, qualiter in domo beati Michaelis archangeli de Surna divina celebrentibus, de facultatibus meis necessaria pro remedio anime mee tribuam, in ipsa villa, ubi monasterium est situm, dedi de consensu filiorum cognatorumque meorum terram ad unum aratrum; item medietatem insule, quoadusque vivo, post mortem vero meam totaliter ad utilitatem dicte *(igy)* vertatur; item terram Potahc, que est ad unum aratrum; item terram Hueche, que est ad unum aratrum emcionis titulo collatam, item terram Bothonis ad unum aratrum cum tota silva et cum uno molendino, attamen condicione, ut quoadusque vivo, fructum dicti molendini percipiam, post mortem vero meam fiat ecclesie; item in villa, que vulgo Belud nuncupatur, dedi quatuor molendina, quorum trium fructum ad presens percipit ecclesia, quarti vero post mortem percipiet; item in

Digitized by Google

villa Petri terram ad unum aratrum et de silva tantundem; amplius ultra Dravam dedi terram unius ville Sancti Vidus cum mancipiis et quatuor vineis; preterea villam Hurpach, prout ad me pertinebat iure hereditario; demum in villa Moruch vineam unam, et proventus unius mansionis, quod vulgo lehen appellatur; preterea in villa que Osl nuncupatur, pari modo proventus unius mansionis; item Belud comes dedit terram in villa Pertel ad unum aratrum, in Belud vero unum molendinum; item iuvenis Osl dedit ibidem unum molendinum et unam vineam in Barba; item dictus Belud in villa Nagach dedit duas vineas; item Scoch serviens meus reliquit terram suam, quam habuit in villa Uulchey, dicte ecclesie, quoniam decessit absque herede; item magister Benedictus filius meus lucratus est a rege annuatim quinque marcas argenti in salibus; item Herbortus dedit unum molendinum in Belud; item contuli eidem ecclesie tributum fori de Surna pro thure et lucernis; item Pouka sacerdos de Tetuna dedit unam vineam; item Thomas filius meus in villa Huche dedit terram ad unum aratrum; item idem Thomas duo molendina in villa Belud, item unam vineam in villa Moruc; item Mauricius frater meus dedit medietatem vinee de Sacorou et terram de Nagoch emticiam; item Bot et Beke dederunt tres vineas in villa Nagoch. Datum anno ab incarnacione domini M° CC° XXX°. Amen.

Piros-kék és sárga selyem-zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, eccles. 35. 25. dipl. oszt. 159. meg van ugyanott a győri káptalannak Simon csornai prépost kérésére 1355-ben kiállított átiratában, dipl. oszt. 25111. valamint Pálóczi László nádornak 1436-ban Antal csornai prépost kérésére kiállított átiratában is, melyet a kapornoki convent 1446-ban Pál prépost kérésére irt át, dipl. oszt. 12835. Fejér György i. m. III. 2. 208—211 ll. egymásután kétszer közli, de több hibával; egyik közleményében Osl comesnek Mihály melléknevet ad, minek sem az eredetiben sem annak átirataiban semmi nyoma.

10. *Béla ifjabb király a hegyen épült szent-Mária egyházát, Borsmonostort, pártfogása alá veszi s birtokaiban és egyéb javadalmaiban megerősíti. 1230. körül.*

Bela dei gracia rex primogenitus regis Hungarie, omnibus hanc paginam inspecturis salutem et prosperos ad

Digitized by Google

vota successus. Cum universas ecclesias per orbem terrarum in Christo fundatas regie maiestatis subsidio teneamur pariter et iuvamine pretueri; quadam prerogativa ac specialiori studii cura ecclesias, que in honore beate virginis dinoscuntur consecrate, que mater omnium est et regina, vigilanter in iure suo proponimus confovere. Notificamus igitur universis Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis, quod nos ob reverenciam unigeniti altissimi dei, domum de Monte sancte Marie, cum omnibus suis attinenciis, in nostram singularem ac specialem accepimus proteccionem, confirmantes eidem ecclesie ac conventui sibi deservienti libertates possessiones ac universa presidia, que dominus et pater noster divino instinctu ad salutem anime pie recordacionis matris nostre eidem loco impendere procuravit. Hortamur itaque omnes fideles extra regnum nostrum constitutos, ut hunc locum venerari debeant ac promovere. Precipimus autem omnibus nobis subiectis, ut eidem domui in nulla unquam sinistra machinacione debeant adversari.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban miscellaneorum eccles. fasc. 53. Nr. 44. dipl. oszt. 780.

II. *IV. Béla király Bogyoszló nevü birtokot, a mai Németkereszturt, a németek elleni hadjáratban magukat kitüntetett hiveinek: Paghai Marczelnak és Szántai Sebrethnek adományozza. Székesfehérvár, 1245. maj. 18.*

(B)ela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chorvacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex universis Christi fidelibus, presencium noticiam habituris, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Preclara fidelitas famulorum, que persecucionem patitur propter regiam maiestatem, ducit mentem regiam et inducit, ut donis munificencie tanti culminis sit adiuta, quibus, tanquam circa ceterorum animos ad obsequendum fideliter illectivis, multiplicentur fideles circa culmen regium servitores. Proinde ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos considerantes illam constantem

Digitized by Google

fidelitatem, qua Marcellus de Pagha et Sebretus de Szamtou coram nostris oculis refulsere, quando ex persecucione teutonicorum, temeritatem exercencium contra nos et contra confinia earum parcium, omnes possessiones sue, site supra et infra Suprunium, invasionibus et incendiis sunt destructe, et post multam in nostro servicio sanguinis ipsorum effusionem, quidam de cognacione Marcelli mortis periculum incurrerat in eadem teuthonicalis furie tempestate, in recompensacionem damnorum et serviciorum eorum terram quandam, nomine Bujuslou, iuxta aquam Icoa in comitatu Supruniensi iacentem eisdem Marcello et Sebreto et suis legitimis successoribus dedimus, iure perpetuo possidendam. Cuius mete, prout per dilectum et fidelem nostrum Rolandum, magistrum dapiferorum et comitem Supruniensem, qui eos de mandato nostro in possessionem eiusdem terre introduxit, accepimus, hoc ordine distinguntur: prima meta terre Bujoslou incipit ab aquilone iuxta viam, que descendit a castro Supruniensi, ubi sunt tres mete terree, quarum una separat terram ville Harka, secunda terram ville Ruozd, tercia vero terram ville Bujuslou; inde ascendit, versus orientem, ad verticem montis, ubi sunt due mete, et ibi tenet metas cum villa Wyz; inde tendit in eodem vertice versus meridiem, usque aliam villam Wiiz, ubi sunt tres mete terree, inter villam Wyz et inter villam Toutsuk et inter villam Bujuslou; inde descendit, versus occidentem, ad caput unius nemoris, ubi sunt tres mete terree, et ibi tenet metas cum villa Mogyor Susuk; inde vadit diu versus meridiem, tenendo metas cum eadem villa Susuk, usque metam Boron, ubi sunt tres mete terree; inde tendit versus occidentem, usque domum Petri filii Chune, tenendo metas cum eodem; inde tendit versus aquilonem, usque terram ville Harka 'geminis metis interpositis, ubi sunt tres mete terree; inde cum metis geminatis intrat in eandem viam, quem prediximus, et in eadem via eundo versus aquilonem pervenitur ad primam metam, unde incepit tenendo metas cum villa Harka. Ne igitur ipsi vel eorum heredes heredumque successores super eadem terra temporum curriculo a quovis inquietari valeant seu aliquatenus molestari, pre-

Digitized by Google

sentes in perpetuam stabilitatem nostre donacionis concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine iure perpetuo roboratas. Datum Albe, anno dominice incarnacionis. Millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, quinto decimo kalendas Julii, regni autem nostri, anno decimo.

Vörös és sárga selyemzsinóron függő, kettős pecséttel; melynek egyik felén a trónon ülő király, a másik felén pedig kettős kereszt látható; ereditije Kismartonban a h. Esterházy cs. levéltárában P. 507.17.

12. *A csornai convent előtt Blandriz és Pál, a Cziráky család ősei, Herbord, Bertalan comesek s mások közbenjárására, bizonyos peres ügyben Farkast tizenkét márkával kielégítik. 1247.*

Conventus ecclesie sancti Michaelis de Serna, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum volumus pervenire noticiam, quod Forcasius dixit coram nobis, ut causa que inter ipsum ex una parte et Blandrizium ac fratrem eius Paulum ex altera vertebatur, Herborto ac Bartolomeo comitibus et Agabito nec non Valentino mediantibus, taliter est reformata ac pacificata, ut dicti Blandriz et Paulus pro bono pacis ipsi Forcasio darent duodecim marcas, quas idem Forcasius coram nobis dixit se plene accepisse, et omnem litem ac altercacionem in ipsos decidisse ita, ut nec ipse Farcasius nec sui cognati de cetero possent vel deberent super hoc causari cum Blandrizo et Paulo. Et ne processu temporis lis calumniose valeat suboriri, peticione utriusque partis literam presentem munimine sigilli nostri roboratam sepedictis Blandrizo et Paulo concessimus, anno gracie M° CC° XL septimo.

Hártyaszalagon függő ép monorú pecséttel, a körirat nem látszik jól; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában 20. 30.

13. *A csornai prépost és Herbort comes bizonyítják, hogy Beled az Osl bán özvegyének itélt eskü letételét ellenezte. 1249. körül.*

Nos prepositus de Serna et Herbortus comes notum facimus omnibus . . . . . erit, quod pro pecunia illa, quam

Digitized by Google

Belyd et Ensil a domina uxore Osl bani requirunt, ipsa domina sacramentum prestare volebat, sicut magister Dionisius iudicaverat, sed Belyd noluit sacramentum ipsius domine recipere, dicens, quod magister Dionisius non fuerit ordinarius iudex eorum, sed fuit arbiter inter eos et intellector.

Az eredeti kis hártyaszalagra irva, s a csornai convent kis hosszukás függő pecsétjevel erősitve az Ostfiyak cs. ltárában Ostfiasszonyfán őriztetik; az oklevélen egy másik függő pecsét nyomai is láthatók; az évszámra nézve vesd össze: Hazai Okmánytár. I. 26. 27. ll.

14. *Az ország egyik birája előtt Beled fia Beled és Osl fiai, a magban szakadt Ostfi Miklós birtokrészeit Csáva, Aranaz, Bezernuk, Csorna és Széplak nevü birtokokban öt részre felosztják. Regede, 1250. körül. febr. 16.*

Datum pro memoria, quod cum inter Belud filium Belud comitis ab una parte, et filios Osl comitis videlicet Herbordum, Thomam filium Johannis et filios Osl iunioris super possessionibus porcionem *(így)* Nicolai bone memorie filii Osl quoquo iure contingentibus, videlicet in medietate ville Chawa, et super porcionibus, quas habuit in villa Aranaz, in villa Bezernuk, in Chorna et in Zeplak, tam in servis quam in aliis ex altera, lis verteretur coram domino rege, et dominus rex ipsam causam nobis et Dionisio comiti de Zovnuk commisisset fine debito decidendam, taliter duximus ordinandum inter partes, quod omnes possessiones supra nominate, tam emticie quam hereditarie, Petro filio Petri, Georgio et Abraam comite mediantibus, dividantur in quinque partes, et unusquisque ex illis quinque hominibus, secundum quod in sorte exierit, suam percipiet porcionem; ordinavimus eciam, ut turris eiusdem Nicolai in Zeplak dividatur in quinque partes, et unus ex illis quinque, cui primus pars se optuletur, quatuor porciones eiusdem turris debeat in suum ius redimere in valore extimacionis condigna, viris supradictis extimatoribus existentibus. Dicimus eciam, quod ipsa divisio debet esse in medie Quadragesime, et eodem die Herbortus comes si presumserit ponere sacramentum in ecclesia ville Zeplak coram prenominatis divisoribus, quod

Digitized by Google

ipse quindecim marcas expenderit in requirendis ipsis possessionibus, nec ad plenum recuperare potuerit de fructibus earumdem possessionum, ex tunc filii Osl comitis et nepotes eiusdem comitis Osl, de communi refundere tenebuntur eidem Herbordo, et termini solucionis, si iuraverit, assignabuntur per eosdem viros supranominatos, videlicet Petrum, Georgium et Abraam, sed infra terminos solucionis comes Herbortus stabit in villa Chawa pacifice et quiete, donec sibi plena fiat solucio a suis fratribus, in octavis autem medii Quadragesime partes comparebunt coram nobis, et illa, que acta fuerint nobis presentabunt in literis virorum supradictorum. Datum in Rudugvey, in quindena purificacionis gloriose virginis Marie.

Zárlatán pecsét nyomaival; az irás, de az okmányban elöforduló Osl családbeliek neveikről itélve ez okmány a XIII. század közepe körül kelt; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. fasc. 50. Nr. 47, dipl. oszt. 24444 «Dionisius comes de Zonuk» emlittetik 1251. évben l. Zala vármegye Tört. Oklevéltár, I. köt. 22. l. V. ö. Hazai Okmtár. 1. 20. l.

15. *Róland nádor és pozsonyi főispán előtt az Erlen falubeli Hada és társai, Agyagos nevü birtok felett, az Osl nemzetségből való Suur unokáival kiegyeznek. Móriczhida, 1256. jun. 24.*

(N)os (R)olandus palatinus et comes Posoniensis, omnibus presencium noticiam habituris duximus significandum, quod cum Hada, Paulus, Elgun, Dionisius, Corraldus, Petrus, Marcellus, Benka et Jurko de villa Erlen; Beda, Jacobus, Ivanka, Dami(anus Chepanus) filius Crispini, Annias, Pouka filius Syke de villa Putund; item Andreas et Barka de villa Erlen, Petrum comitem, Gregori(um et fratres suos filios Petri comitis nep)otes Svvr coram nobis convenissent, proponebant, quod quandam terram ipsorum Ogegus nominatam, iure hereditario ipsos contingen(tem indebite occupassent et ad suum) usum detinerent, ad quod iidem filii Petri comitis, contra quos agebatur, respondebant quod ipsam terram Ogegus domin(us rex Andreas felicis recordacionis legitime et) iuste in concambium terre ipsorum Adul nomine iure hereditario ipsis contingentis contulerit, et de iure fuerit . . . regie potestatis conferri terram . . .

Digitized by Google

memoratam. Nos igitur auditis parcium proposicionibus et eisdem partibus consencientibus, ipsam causam ad examen d(uelli duximus) . . . tandem . . . partes in termino per nos assignato pugiles suos cum baculo congressus ad aream ambigui certaminis duelli . . . . . us summi dei victoriose committentes; tandem mediantibus probisv iris in talem ipsa litis questio devenit pacis tranquillitatem . . . . . Petri comitis nepotes Svvr actoribus predictis, pro bono pacis solverent viginti marcas, in terminis per nos assignatis coram capitulo . . . . . tempore percurrentibus. Postmodum partes memorate nostro se representantes conspectui, literas capituli Jauriensis coram nobis exhibuerunt, (in quarum continenc)iis expresse vidimus contineri, quod predictam summam pecunie viginti marcarum, predicti filii Petri comitis, Hada, Paulo et suis (cognatis) . . . . . plenarie in terminis per nos assignatis persolvissent. Et cum prefati actores presencialiter coram nobis constituti ipsam summam pecunie (ad plena) . . . . . recepisse faterentur, a filiis Petri comitis superius nominatis, nos terram Ogegus predictam sepedictis filiis Petri comitis per(petuo iure possidendam per nostru)m pristaldum Vgura de Beel duximus statuendam. Et eiusdem terre Ogegus mete hoc ordine distinguntur, prout in privilegio (domini) Andree (regis) felicis recordacionis vidimus contineri: prima meta incipit a septemtrione et tenet metas cum Bothus, deinde progrediens ad orientem, tenet metas cum Rabucha, inde enim procedens versus meridiem super quoddam vetus fossatum, tenet metas cum Vytnad, deinde tendendo versus occidentem, tenet metas cum Chama filio Focha, et sic mete terminantur. Ut autem huius rei series salva semper et inconcussa permaneat (et) a nullo queat in irritum retractari, literas presentes sigilli nostri munimine roboratas in testimonium et confirmacionem eiusdem facti (duximus) concedendas. Datum apud domum comitis Maurici in Raba, in festo nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Kivül: XVI-ik század elejéről való irással »Agyagos«.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. levéltárában a N. Muzeumban.

Digitized by Google

16. *IV. Béla király a széplaki hetivásár-tartási jogot, melyet Lörincz főispán és a soproni várjobbágyok Hegykő nevü faluban vettek gyarkolatba, Beled és Osl fiainak visszaitéli. 1262.*

Bela dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex, universis, quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium salvatore. Regie magnificencie benignitas circumscripta preces suorum subditorum sic exaudit, ut reddens unicuique, quod suum est, quemlibet in sua iusticia manuteneat ac conservet. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes ad nostram presenciam Johannes filius Belyd pro se et pro fratre suo Belid, Jacobus et Osl filii Osl pro se et pro Thoma et Emerico filiis Thome, nobis humiliter supplicantibus, ut forum ipsorum, quod in Syplak die lune in singulis septimanis consueverat congregari, quod progenitores ipsorum a tempore cuius non exstat memoria possederant, et Laurencius comes ac iobbagiones castri Supruniensis ausu proprio in villam Igku transtulerant, eisdem de benignitate regia restitui faceremus. Nos autem finem litibus imponere cupientes et causam sine strepitu iudicii in statum debitum revocare, venerabilem patrem Omodeum episcopum Jauriensem, Herricum palatinum, Rolandum banum tocius Sclavonie, Mauricium magistrum tavernicorum nostrorum, Chak banum et Herrandum magistrum agasonum nostrorum in fide deo debita et corone, super statu fori supradicti, qui cum unanimiter respondissent: forum sepedictum in villa Scyplak a primeva ipse *(igy)* ville congregacione fuisse convocatum, in fide, quam deo et corone debebant regie, ipsum forum de villa Ighu duximus revocandum et restituendum nobilibus supradictis, secundum quod iugiter obtinebant. In cuius fori possessionem corporalem dictos nobiles per venerabilem patrem Omodeum episcopum Jauriensem superius memoratum fecimus introduci. Ut igitur status fori memorati nullo tempore valeat in dubium revocari, aut ipsis nobilibus super ipso foro questio recipi, presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine

Digitized by Google

roboratas, in perpetuum robur et memoriam rei geste. Datum per manus venerabilis patris Philippi archiepiscopi Strigoniensis aule nostre cancellarii. Anno domini M° CC° LX° secundo, regni autem nostri anno XX° septimo.

A függő pecsét hiányzik, csak a sárga kék selyem zsinegek vannak részben meg; eredetije a héderváry ltárban Draskovits acták 17. 1. Közölve Fraknói Vilmos másolatából.

17. *Lőrincz országbiró és zalai főispán előtt Vágh nevű birtok tulajdonosai három nemzetségi ág szerint megosztoznak. Kómár faluban, 1263. jan. 20.*

Magister Laurencius iudex curie domini regis, comes Zaladiensis, universis, quibus presentes patuerint, salutem in salutis largitore; ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod inter Alexandrum filium Myke, Petrum filium Fyle, Stephanum filium Nicolai, Anas filium Ananie, Lorandum et Olyverium filios Andree, Thomam filium Polk, Onth et fratres suos filios Stephani ex una parte; Farkasium, Andream et Dionisium filios Petrus (*igy*), Lukam et Nicolaum filios Genchus ex altera, super divisione terre ipsorum hereditarie Waag vocate contencio vertebatur, quod licet inter ipsas partes diucius fuisset disceptatum, tandem Alexandro filio Myke pro se et pro aliis supradictis de linea generacionis sue descendentibus ex una parte, Nicolao filio Genkus, Dionisio et Andrea supradictis pro se, pro Farkasio et Luka ex altera;* item Johanne filio Lothardi, pro Nicolao fratre suo, et Paulo filio Ambrosii ac Mortun filio Chukur existentibus, in tercia linea generacionis supradicte, coram nobis constitutis ipsam terram Waag in tres partes, ad tres lineas supradictas confessi sunt se divisisse, quamlibet ipsarum trium parcium metis ab altera distingendo; quarum trium parcium una, que est a parte occidentali est Alexandri filii Myke et aliorum predictorum, in sua linea existencium, item alia porcio, que est inter orientalem et occidentalem plagas, est Johannis filii Lothardi et aliorum predictorum in sua linea existencium; tercia porcio de parte orientali Farkasio et sociis in sua linea existentibus remanente. Mete, que porcionem Alexandri et

Digitized by Google

sociorum suorum de porcione Johannis filii Lothardi et sociorum suorum, dividunt, hoc ordine diriguntur: prima meta incipit a parte meridionali de portu Raba, ubi sunt mete, deinde vadit ad septemtrionem directe ad unam pirum, sub qua sunt mete, et ibi cadit in viam, que vocatur Zaanuth, deinde vadit in Zaanuth usque viam, que vocatur Wasaruth, deinde vadit adhuc ad plagam septemtrionalem in eadam via ad vallem, que dicitur Lonkou, ubi sunt mete, deinde adhuc ad eandem plagam vadit ad locum, que vocatur Zergenmege et ibi terminantur; item mete, que porcionem Farkasii et sociorum suorum dividunt de porcione Johannis filii Lothardi et sociorum suorum, hoc ordine distinguntur: prima meta incipit de plaga meridionali de Raba, de loco, qui vocatur Lewstah Sylvaia, ubi sunt mete, deinde vadit ad plagam septemtrionalem ad ecclesiam, et transit cimeterium, ubi sunt mete, deinde in planicie vadit ad orientem et venit ad locum, qui vocatur Er, ubi sunt mete, deinde reflectitur ad septemtrionem et vadit usque Zanuth, ubi sunt mete, deinde vadit iterum ad orientem in Zanuth usque terminum ville Sebus, et usquedum venit ad terminum ville Sebus, sunt decem mete; dicimus eciam, quod in porcione Alexandri et sociorum suorum sunt duo molendina, item in porcione Johannis filii Lothardi et sociorum suorum sunt duo molendina, in tercia vero porcione est locus unius molendini; sed si qua parcium sine damno alterius partis construere molendinum voluerit, liberam construendi habebit facultatem. Ut igitur hec divisio irrefragabiliter robur perpetuum teneat, ad peticionem ipsarum parcium literas nostras tripartitas eisdem partibus concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno incarnacionis domini M° CC° sexagesimo tercio, per manus magistri Sebastiani protonotarii nostri in villa Kamar, in die sanctorum Fabiani et Sebastiani.

A győri káptalannak 1326. »comes Nicolaus filius Alexandri de Waag« részére kiadott átiratából, melynek eredetijét az orsz. levéltár curiai osztályában őrzik, 33. 102.

Digitized by Google

18. *A győri káptalan előtt a Vezekén nemzetségből való Sikusd fia, Salamon özvegyének, Chama asszonynak, az ugyan e nemzetségből származott Pál és Brondelez fiai, a Cziráky család ősei, hitbérét és hozományát kiadják. 1264.*

Capitulum ecclesie Jauriensis, universis presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod domina Chama filia Ilmar relicta Salomonis filii Sykusd de genere Wezeken ex una parte, Paulo et Zah filiis Pauli ac Stephanus filius Brondelez de eodem genere ab altera coram nobis constitutis, eadem domina super medietate dotis et rerum suarum parafernalium, a predictis Paulo Zah et Stephano, receptis ab eis coram nobis quindecim marcis et dimidia, confessa est sibi fuisse plenarie satisfactum, assummens eos ab omnibus pro premissis dote et rebus parafernalibus infestare volentibus expedire. Verum in eodem instanti Vgrinus, Dionisius ac Ivanca nobiles de Wezeken pro se et generacionibus suis in nostra constituti presencia, medietatem possessionis prefati Salomonis confessi sunt ad predictos Paulum Zah et Stephanum pertinere, pro premissa pecunie quantitate in dotem prefate domine, sicut premisimus, ipsis permittentibus persolute, et eandem possessionis medietatem eis perpetuo possidendam in nostra presencia pacifice dimiserunt. In cuius rei memoriam ad parcium peticionem presentes dedimus literas sigilli nostri munimine roboratas; anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto; Chepano preposito, Jurkone cantore, Hectore custode existentibus.

Czérnán függő pecsét romjaival, felül chyrographummal; eredetije a gr. Esterházyak galantai ltárában 29. 1.

19. *A győri káptalan előtt a hegyen épült Mária kolostor apátja Dág nevü birtokot, a mai Ágfalvát, Péter soproni várnagynak eladja. 1265.*

Capitulum ecclesie Jauriensis, universis presencium inspectoribus salutem in domino sempiternam. Ad univer-

Digitized by Google

sorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod viris religiosis fratre Johanne venerabili abbate, Dethmaro subpriore, Lazaro magistro operis et Blasio celerario monasterii de Monte sancte Marie ordinis cisterciensis pro se et conventu eiusdem monasterii fratribus suis ex una parte, et comite Petro castellano Supruniensi ex altera, coram nobis personaliter constitutis, iidem venerabilis abbas, Dethmarus subprior, Lazarus magister operis et Blasius celerarius, quandam possessionem monasterii sui prefati Dag nomine, a nobili viro Doncus bano clare memorie, ipsius monasterii fundatore collatam, ut asserunt, sitam in comitatu Supruniensi prope castrum, in commetaneitate civium Supruniensium et terre Luer, vicine terre ipsorum civium, ab oriente terre ipsius comitis Petri acquisicione similiter Dag vocate a meridie directe et ab occidente, cruciferorum de Suprunio, terre Gyula et terre Merth ac Nicolai filiorum Keseud a plaga septemtrionali, sicut dicunt successive adiacencium existentem, se et fratres suos, predictum conventum comiti Petro memorato confessi sunt vendidisse, in eisdem metis et terminis, quibus eam ipsum monasterium a tempore predicti Doncus bani patroni sui usque modo dinoscuntur possedisse, perpetuo pacifice possidendam, pro triginta tribus marcis, quas idem abbas et fratres sui prenominati suo proprio et fratrum suorum sepedicti conventus nomine, ab eo in nostra plena presencia receperunt, pro qualibet marca decem pensis denariorum viennensium computatis; assummentes, ut si quispiam eundem comitem Petrum occasione ipsius possessionis inquietare voluerit, ipsi eum modis omnibus debeant expedire. Quam quidem possessionem Dag se vendicioni exposuisse dixerunt necessitate aliqua non urgente, sed sola intencione ipsius precio aliam possessionem viciniorem ac commodiorem supradicto monasterio comparandi. Ut igitur huius rei series perpetue robur optineat firmitatis, ad parcium peticionem in eiusdem rei memoriam, presentes dedimus literas sigilli nostri munimine roboratas, anno dominice incarnacionis Millesimo ducentesimo sexagesimo quinto; Chepano preposito, Jurkone cantore, Hectore custode existentibus.

Digitized by Google

Kivül XV-ik századból való irással: Kauffbrief das das Kloster das Darff verkauft hat.

Vörös és zöld selyemzsinóron függő ép pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában, lad. A. fasc. 1. Nro. 1.

20. *IV. Béla király a Rába melletti királyi erdőőrök Székas nevü birtokából Szemere mellett, öt telekre való földet Veszkényi Bertalan fiának Dénesnek adományoz. 1265.*

Bela dei gracia Ungarie, Croacie, Dalmacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie Cumanieque rex, omnibus presentes literas inspecturis salutem in omnium salvatore. Solent scriptis redigi facta mortalium ne diuturnitate temporum facilius a memoria dilabantur. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod fidelis noster magister Dionisius filius Bartolomei de Wezeken ad nostram accedens presenciam, quandam terram de comitatu Supruniensi Scekas vocatam, de nostra magnificencia petivit sibi dari. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius terre nobis veritas non constabat, dilecto et fideli nostro Laurencio magistro dapiferorum nostrorum, comiti Supruniensi dedimus in mandatis, ut eandem terram inspiceret et qualitatem ac quantitatem circumstanciasque ipsius terre rescriberet nobis seriatim; qui quidem rescripsit nobis eandem terram esse custodum silvarum nostrarum de Raba et ex ipsis custodibus silvarum commorari quinque mansiones super ipsa et conferri posse sine preiudicio aliorum, cui regia decreverit celsitudo. Nos igitur considerantes circumspeccione regia servicia et obsequiosa merita ipsius magistri Dionisii, que nobis et corone in diversis expedicionibus nostris impenderat et impendere poterat in futurum, quibus coram oculis nostre maiestatis multiplici studio digne et laudabiliter meruit commendari et pro effusione sanguinis sui, quando iuxta Moroa contra regem Boemorum, capitalem inimicum nostrum et invasorem regni nostri manifestum, omni multitudine exercituancium nostrorum nos moveramus, in defensionem persone nostre se fortune casibus submittendo letaliter exstitit vulneratus, in recompensacionem tot et tantorum

Digitized by Google

serviciorum, licet in maiori sibi providere debuerimus, votis et precibus eiusdem magistri Dionisii liberaliter inclinati, nominatam terram nostram Zekas vocatam, cum omnibus utilitatibus ac attinenciis suis, ipsi magistro Dionisio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, ex regia munificencia dedimus, donavimus et contulimus eidem in possessionem perpetuam et proprietatem illibatam. Mete ipsius terre, prout in literis dicti magistri Laurencii vidimus, hoc ordine distinguntur: incipiens in aqua Rabcha iuxta magnum fossatum eiusdem magistri Dionisii tendit in terra arabili versus occidentem, deinde iuxta eundem fossatum in virgulto venit in quandam vallem Kueser vocatam, transiens in valle Kueser currit versus terram nobilium de Zemere, et ibi contiguatur eisdem de Zemere, hinc progreditur versus meridiem cum magnis metis et iuxta terram Zemere tendit versus Rabcha, hinc secundum aquam meat, descendit in priorem locum, videlicet ad fossatum magistri Dionisii antedicti. Ut igitur huius rei series robur obtineat perpetue firmitatis presentes eidem concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Farcasii Albensis electi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° sexagesimo quinto, regni autem nostri anno tricesimo.

A függő pecsét elveszett; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában 28. 32.

21. *IV. Béla király előtt a Vezekény nemzetségbeli Pál fia Pál és rokonai, a magban szakadt Veszkényi Salamonnak, Székas és Czirák nevü birtokát, a felsorolt határok között Veszkényi Dénesnek átengedik. Dabron falu mellett, 1265. körül, apr. 24.*

Nos B(ela) dei gracia rex Ungarie significamus memorie commandantes, quod Dionisius filius Bartholomei de Vezeken ex una parte, Paulus filius Pauli pro se et pro Brondez filio Zah, Stephanus filius Brondez pro se et pro Endre, Gervasio et Corrardo fratribus suis, item Vgrinus, Theodorus et Mark filii Artun, Joanka filius Tiburcii et

Digitized by Google

Andreas filius Jacobi de generacione eiusdem Dionisii de Vezeken ex altera, coram nobis constituti retulerunt, quod super causa, quam idem Dionisius contra generacionem suam, scilicet contra predictos nobiles super terra aquisitoria Salomonis de Vezeken generacionis eorumdem, adiacente inter terram hereditariam eiusdem Salomonis Zyrak vocatam et inter terram Zekos, quam quidem terram acquisitoriam nos ipso Salomone sine herede decedente devolutam ad nostras manus, quam generacio ipsius Dionisii hereditariam terram ipsius S(alomonis) esse dicebat, eidem Dionisio per priores literas nostras contuleramus, moverat, taliter concordassent, quod predicti nobiles de Vezeken ipsam terram aquisitam dicti S(alomoni) dimiserunt et relinquerunt concorditer et unanimiter prefato Dionisio pacifice possidendam, prout per nos eadem terra ipso Dionisio donata fuerat et collata; quantitas autem ipsius terre est, prout iidem dixerunt, a fluvio Rapcha, usque ad villam leprosorum in latitudine centum septuaginta amplexium, et ab eadem villa usque ad Ferteud continet in latitudine centum amplexus, ad quam circuiendam et statuendam cum pertinenciis et utilitatibus suis, eidem Dionisio accedet preceptor de Beu, in quindenis sancti Georgii, prout partes concorditer voluerunt, et facti seriem idem Dionisius nobis in literis ipsius preceptoris reportabit. Datum apud villam Dobrun in festo sancti Georgii.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában 27. 51.

22. *IV. Béla király a királyi udvarnokoknak birtokát, a soproni polgároknak adományozza. 1269.*

(B)ela dei gracia (H)ungarie, (D)almacie, (C)roacie, (R)ame, (S)ervíe, (G)allicie, (L)odomerie (Cu)manieque rex, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. (S)atis honoris nostri fastigia querimus prudenter extollere, si servicia subditorum iudicio racionis pensantes, ipsis munificencia regia occurramus, in quibus servicia continua, et pure fidei constanciam invenimus. (P)roinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos atten-

Digitized by Google

dentes prerogativam meritorum civium Supruniensium et servicia continua, que nobis et regno dimicando contra theotonicos in confinio regni nostri exhibuerunt indefesse, et eciam in instanti nobis in pecunia numerata serviverunt, advertentes nihilominus incommoditates, quas propter paucitatem et defectum terrarum aptarum ad culturam prefati cives paciebantur, terram udvornicorum nostrorum Wdwornuk nuncupatam interiacentem terris ipsorum, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis eisdem civibus dedimus, contulimus, concessimus et donavimus, perpetuo inrevocabiliter possedendam, (v)olentes, ut quicumque ex ipsis de voluntate suorum concivium ad ipsam terram se transferre voluerint, moraturi in eadem, nullum propter hoc in iuribus ipsorum, que in civitate Supruniensi habent, debeat eisdem preiudicium generari. (U)t igitur huius nostre donacionis et collacionis series robur perpetue obtineat firmitatis, ne per quempiam possit lapsu temporis in irritum revocari vel aliqualiter retractari, presentes ad peticionem et instanciam prefatorum civium Supruniensium concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. (D)atum anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono, regni autem nostri anno tricesimo quarto.

Fehér és vörös selyem zsinóron függő félig ép kettős pecséttel; eredetije Sopron sz. k. városi ltárában Lad. L. fasc. I. Nr. 1. A «Hof-Aecker» nevü düllő a város és Leberek között van.

23. *Birói oklevél Bezeg nevü birtokról, melyet Csáva nevü birtokának szomszédságában Osl fia Herbord, Ákos fia Miklóstól per utján megnyert. Mohács 1270. körül, oct. 18.*

Damus pro memoria, quod vidimus in literis formam iudicii continentibus comprehendi, quas quidem literas Georgius officialis comitis Herborti filii Osl exhibuit, pro eodem comite Herborto comparendo, quod idem comes Herbortus terram usui sex aratrorum sufficientem, Bezeg vocatam, ville Chawa, que est comitis Herborti, contiguam, et Nykolao filio Akus ordine iudiciario obtinuit, et in lite, que quidem

Digitized by Google

terra Bezeg mediantibus Leustacio de Zurchuk homine domini regis et testimonio capituli Jauriensis, presentibus eciam commetaneis et vicinis, et nemine contradicentibus, eidem comiti Herborto est statuta, prout litere capituli Jauriensis exprimebant, sub metis legitimis et antiquis. Verum quia idem Georgius . . . . . presencia domini sui privilegium recipere noluit super facto terre memorate, petente ipso Georgio statuimus, necnon comes Herbortus coram nobis comparendo secundum processus caus . . . (ipsius) terre, nostro privilegio confirmabimus factum terre supradicte, mandamusque, quod cursus metarum ipsius terre antiquarum in predictis literis dicti capituli ha . . . . . Datum in Muhach in festo Luce evangeliste.

Eredetije a gróf Teleki cs. gyömrői ltárában, Pogány csomag. Zárlatán pecsét nyomaival. Közölve Pesty Frigyes másolatából. Herbort comes Csáva nevü birtoka a győri káptalan 1270-ki oklevelében említetik l. Fejér i. m. V. 1. 81. l. és Wenzel i. m. VIII. 321.

24. *Moys nádor és soproni főispán előtt a székasi erdőőrök Bertalan fiát Dénest bepanaszolták, hogy ez cziráki birtokához délről az ő földjüket elfoglalta, a nádor által kiküldött több soproni várjóbbágy azonban a határt megjárván ugy találta, hogy Cziráky Dénes nem foglalt. Baboth, 1272. febr. 2.*

Nos Moys palatinus comes Supruniensis et iudex cumanorum, universis quibus expedit significamus per presentes, quod Chybur, Olup et Bana filii Botyz, Crisius, Och, Ebes, Mocha et Walentinus filius eius ac alii custodes silvarum de Zekos ad nostram accedentes presenciam, nobis dixerunt conquerendo, quod Dionisius, filius Bartolomei, quandam particulam terre ipsorum Zekos vocate, a parte meridionali ad terram suam Zyrak vocatam usurpando, indebite detinet occupatam; nos itaque sub tramite equitatis procedentes, predictum Dionisium ad nostram presenciam fecimus evocari, qui dixit, quod predicta particula terre, quam dicti custodes silvarum ab eo nomine iuris ipsorum requirunt, esset terra sua hereditaria. Nos autem cum in villa Gyorow in vicinitate predicte terre contenciose de-

Digitized by Google

sensum *(igy)* habuissemus, ad ipsam terram contenciosam personaliter accessimus, et nos eandem metis et fossatis invenimus circumdatam, quam Dionisius suam esse asserebat hereditariam; sed quia de iusticia parcium ignorabamus, nos tale iudicium fecimus inter partes, quod accederent ad eandem Petrus filius Vrkund, Paulus et Woytha filii eiusdem, Egidius filius Pouus de Byk, iobagiones castri Supruniensis, cum aliis iobagionibus ipsius castri, qui presentes erant in iudicio, et scirent sub fide eorum deo debita, et sub fidelitate regie corone consveta, si ipsa terra contenciosa sit predictorum custodum silvarum, aut sit terra hereditaria Dionisii antedicti, qui demum una cum partibus predictis redeuntes, sub fide et fidelitate predictis retulerunt, quod ipsam terram invenissent fore de terra hereditaria Dionisii prenotati, et sub his metis distingendo, que subscribuntur, reliquissent Dionisio memorato: incipiens a parte orientali iuxta fluvium Rabucha, sub quadam arbore piri, ubi sunt due mete terree antique, deinde parum procedendo, vadit ad quoddam fossatum, ubi sunt due mete terree; deinde in eodem fossato, ubi quedam arbores parvule continentur, vadit directe ad caput cuiusdam piscine Kendurattho vocate, que est Dionisii antedicti, ab hinc per quendam fossatum vadit ad monticulum, quem arare consueverunt, ubi sunt due mete iuxta quandam salicem, deinde vadit versus occidentem, ad quasdam arbores piri, ubi incidit iterum ad fossatum, per quod cum continuis metis in virgulto vadit ad virgultum Zemere, ubi terminatur. Datum in Bobuth, in festo purificacionis beate virginis, anno domini M° CC° septuagesimo secundo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban.

25. *V. István király Eund nevü soproni várföldet a Pápa nemzetségből való Lampert fiának Pálnak adományozza. 1272.*

Quoddam privilegium domini Stephani dei gracia condam incliti regis Hungarie clare memorie in anno domini

Digitized by Google

Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo confectum, duplici et autentico suo sigillo consignatum, nobis exhibuit, exprimens inter cetera, quod idem dominus Stephanus rex grata servicia Pauli filii Lamperti, que eidem domino regi cum omni fidelitate impendisset, pre oculis habens, volensque eundem prosequi regio cum favore, quandam terram castri sui Supruniensis Eund vocatam, cum omnibus pertinenciis et utilitatibus suis sub eisdem metis et terminis, quibus dictum castrum tenuisset et possedisset, contulisset, dedisset et donasset eidem Paulo et suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo et irrevocabiliter possidendam, et eundem Paulum in corporalem possessionem predicte terre Moys palatinus, comes Supruniensis, iudex comanorum, dilectus et fidelis suus regius fecisset ex ipsius regali mandato introduci.

Giletfi Miklós nádor **1347**-ki ítéletéből, mely eredetben a Koltai Vidos cs. ltárában Mihályfán Vas megyében őriztetik. Eund nevü birtok az említett ítéletben foglalt adatok szerint Veszprém vármegyében Mezölak és Acsád körül feküdt, mert a nádor ítélete szerint 1286-ban »Paulus filius Lamperti de genere Papa« Máté és Lampert testvéreivel a győri káptalan előtt Mezölak, Acsád és Eund nevü birtokokon megosztozott.

26. *IV. László király Dabron nevü soproni várföldet a Bakonaljban Hedrik comes fiának Jánosnak adományozza. 1274. mart. 29.*

Ladislaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus presentem paginam intuentibus salutem in omnium salvatore. Regalis pietatis immensitas licet ad universos se debeat benignum exhibere, et unicuique iuxta meritum respondere, eos tamen, quos fidelitatis continuata constancia et meritorum prerogativa per belli sudores et sanguinis effusionem dignos remuneracione reddi dicunt, ampliori tenetur gracia seu remuneracionis beneficio confovere. Proinde ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum magister Johannes filius comitis Hedrici primum domino regi carissimo patri nostro in diversis expedicionibus, quas secundum temporis diversitatem et negociorum suorum

Digitized by Google

qualitatem eum habere oportuit, ac demum nobis ad regni gubernaculum per successionem paternam sublimatis, fideliter et laudabiliter servivisset, maxime in seva guerrarum commocione, quam habuimus contra regem Boemorum capitalem hostem nostrum, predictus magister Johannes inter alios nobiles regni nostri ad defensionem confiniorum deputatus, famulatum laudabilem et omni remuneracione dignissimum impendisset. Nos, qui ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, et unicuique iuxta meritum respondere, bellicos sudores et actus strenuos ac fidelem famulatum prefati magistri Johannis, quibus coram nostre maiestatis oculis et baronum nostrorum presencia multipliciter claruit, attendentes, specialiter tunc, tum dilectos et fideles nostros Rolandum palatinum, Joachinum magistrum tavarnicorum nostrorum et Johannem comitem Supruniensem ac alios ad obsidendum castrum Jauriense transmisissemus, idem magister Johannes quendam ex adversa parte se iactanter in contrarium opponentem, cernentibus eisdem fidelibus nostris interemit, et nobilem triumphum reportavit, prout id nobis per dictos barones nostros patuit manifeste. Demum cum idem rex Boemie confinia regni nostri a parte comitatus Supruniensis fraudulenter invasisset, et nos prefatum comitem Johannem ceterosque nobiles regni nostri ad obviandum sue potencie destinassemus, sepedictus magister Johannes, ubi prope Supronium predicti fideles nostri non minimum exercitum dicti regis invadentes, viriliter debellarunt, extitit strenuus miles, nam in opposito aciei stragem intrepide dimicando, quendam militem dicti regis Boemie captivavit, in se plurima letalia vulnera recipiendo, quem postmodum in signum reverencie regalis culminis et sue fidelitatis corroboranciam, suo cum vexillo nostre optulit maiestati. Volentes igitur ei pro tantorum serviciorum meritis regio occurrere cum favore, licet pro modico reputemus, quod ad presens agimus, respectu eorum, que sibi facere intendimus in futurum, quandam villam castri nostri Supruniensis Dobrun vocatam sitam in Bokonol, cum foro libero sibi in eadem villa per nos celebrare die martis concesso, exceptam a iurisdiccione eiusdem castri penitus et

Digitized by Google

exemtam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis, sub eisdem metis et terminis, quibus eadem terra primitus limitata extitit et in posterum nascituris dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo et inrevocabiliter possidendam. Ut igitur huius nostre donacionis seu collacionis series robur optineat perpetuum, nec processu temporum per quempiam retractari possit vel revocari, presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Benedicti sancte Striagoniensis ecclesie electi, prepositi Budensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° LXX° quarto, quarto calendas Aprilis, regni autem nostri anno secundo; venerabilibus patribus Stephano Colochensi et Johanne Spalatensi archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Chanadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vespremiensi aule nostre cancellario, Philippo Vaciensi aule domine regine consortis nostre carissime cancellario, Lodomerio Waradiensi, Timotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transsilvano episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Dionisio palatino comite de Okylic et iudice cumanorum, Henrico bano tocius Sclavonie, Nicolao voiavode Transsilvano comite de Zonuk, Joachino magistro tavarnicorum nostrorum comite de Plys, Nicolao iudice curie nostre comite de Kecke, Paulo bano de Zeurino, Renoldo magistro dapiferorum nostrorum comite Zulgageuriensi, Herbordo magistro pincernarum *(igy)* nostrorum comite de Barana, Nicolao magistro pincernarum nostrorum, Johanne comite Suproniensi, Gregorio comite Castriferrei, Moys comite Simigiensi, Dedalo comite Zaladiensi et aliis quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

A pecsét sárga, vörös és zöld selyem zsinóron függött; eredetije a hédervári ltárban, »Héderváry rész« 3. 1. Megvan u. o. egy 1349-ki átiratban is.

Digitized by Google

27. *Az esztergomi káptalan előtt a Zaak nemzetségből való Pousa fia Pousa, Nógrád vármegyei birtokait, Fulcus fia Farkasnak, Crocou nevü Sopron vármegyei birtokáért cserébe adja. 1274. apr. 27.*

Capitulum ecclesie Strigoniensis, omnibus christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino. Ad universorm noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod comes Pousa filius Pouse de genere Zaak pro se et pro Nicolao filio suo, quem adhuc parvulum esse et obhoc eum personaliter non posse comparere dixit ex una parte, et magister Farcasius filius Fulcus ex altera coram nobis constituti, talem commutacionem seu concambium in suis possessionibus confessi sunt se fecisse, quod comes Pousa terram suam Scechen vocatam, in comitatu Nogradiensi existentem, cum aliis terris, Guych Rymouch et Almas vocatis, quas ipse comes Pousa ad eandem terram Scechen pertinere dixit, et cum uno libertino suo Budus vocato, et Chyd filio eius, et servo suo Buza nomine, et duobus fratribus eiusdem Buza super eadem terra residentibus, ac cum omnibus aliis utilitatibus iuribus et pertinenciis suis, dedit et assignavit magistro Farcasio memorato, et ipsius heredibus seu successoribus perpetuo possidendam ita, quod si qui de cetero contra prefatum magistrum Farcasius vel ipsius heredes, racione predicte terre Scechen aut eius utilitatum et pertinenciarum, attentarent ullo unquam tempore movere materiam questionis sive litem, ipse comes Pousa et predictus Nicolaus filius eius, et heredes eorum, sicut eidem comes Pousa assumsit, eundem magistrum Farcasium, et eiusdem heredes seu successores, super predicta terra et eius pertinenciis, ab omnibus impetentibus teneantur expedire suis propriis laboribus et expensis; e converso autem magister Farcasius terram suam Crocou vocatam, que est in comitatu Supruniensi, quam per donacionem regiam dixit se habuisse et possedisse, dedit et assignavit in predicte terre Scechen et eius pertinenciarum predictarum concambium comiti Pouse et ipsius heredibus similiter perpetuo possidendam, et insuper solvit coram nobis Pouse comiti sexaginta

Digitized by Google

marcas argenti, et idem comes Pousa predictam terram Crocou, pro se satis fructuosam et utilem esse, et ipsam plus quam ducentas marcas argenti valere affirmavit, et dixit expresse eadem pro ducentis marcis nolle se carere, et eandem terram Crocou, tum pro eo, quod ipsam sibi fructuosam et utilem esse senciebat, tum eciam pro predictis sexaginta marcis in eiusdem additamentum sibi coram nobis persolutis, recepit ad se in predicte terre sue Scechen, et eius pertinenciarum concambium, cum omni rei eventu et omnibus impedimentis ac litibus, si quas super ipsa terra Crocou processu temporum contigerit exoriri, ita quod magister Farcasius et eius heredes non tenebuntur ipsum Pousam comitem aut eius heredes ab alicuius vel aliquorum impeticione super ipsa terra Crocou expedire. In cuius rei testimonium et memoriam ad peticionem parcium predictarum, presentes nostras concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Sixti lectoris Strigoniensis, quarto die post festum sancti Georgii, anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

Zöldvörös és sárga selyemzsinóron függö ép pecséttel felül chyrographummal; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 218. 35. dipl. oszt. 855. »Pousa-Barama ad castrum Koroco« mondja Fejér i. m. VIII. 1. 172. lapon közölt egyik oklevél.

28. *IV. László király Ságí Vendéget és fiait a királyné fegyvert viselő jobbágyait Ság nevü birtokukban nemesi rangra emeli. 1274.*

Ladislaus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex universis Christi fidelibus presens scriptum habituris *(igy)* salutem in domino. Regalis fastigii sublimitas tanto celsius sublimatur, quanto fidelium suorum meritoria obsequia munificenciis regiis prosequitur ex condigno, nam per hoc gratos sibi reddit bene meritos et minus devotos ad serviendum efficit promciores. Hinc est, quod ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Wendeyg et filii sui, videlicet Nicolaus, Symon et Thayma exercituales iobagiones domine regine carissime consortis nostre de

Digitized by Google

Saag, accedentes ad nostram presenciam maiestati nostre humiliter suplicarunt, ut nos ipsos de predicto iobagionatu exercituali pure et simpliciter eximendo, cum terra eorum Saag vocata in numerum nobilium serviencium regalium transferre benignitate regia dignaremur. Nos itaque, qui ex officio suscepti regiminis metiri debemus merita singulorum, et unicuique iuxta virtutis sue meritum respondere, predicti Wendeyg et filiorum suorum prefatorum meritoria servicia et obsequiosa gracio(sa), que iidem in diversis expedicionibus regni nostri a primevis iuventutis sue temporibus exhibuerunt fideliter et devote, nostre mansvetudinis oculis propensius recensentes, eundem Wendeyg, et supradictos filios suos, cum memorata terra Saag, ut dicebant ad tria aratra sufficienti, de antedicto iobagionatu exercituali pure et simpliciter eximendo cum omnibus heredibus suis heredumque successoribus, in numerum regalium serviencium de plenitudine nostre gracie duximus transferendos, volentes, quod tam ipsi, quam eorum filii, et filiorum filii illa semper et eadem gaudeant inreprehensibiliter libertate, qua regales. servientes gratulantur. Ut igitur huiusmodi translacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, presentes dari fecimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri B(enedicti) divina miseracione electi ecclesie Strigoniensis prepositi Budensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° LXX° quarto, regni autem nostri anno secundo; venerabilibus patribus Stephano Colocensi et Jhoanne Spalatensi archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Canadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vesprimiensi aule nostre cancellario, Philippo Waciensi aule domine regine carissime consortis nostre cancellario, Lodomerico Waradiensi, Thimotheo Zagrabiensi, Dionisio Jauriensi et Petro Transsilvano episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Dionisio palatino comite de Okluch et iudice cumanorum, Hernico bano tocius Sclavonie, Nicolao voivoda Transsilvano comite de Zonuk, Joachyno magistro tavernicorum nostrorum comite de Pylys, Paulo bano de Zeurynio, Reynoldo magistro dapiferorum nostrorum comite Zulgageuriensi, Herbordo magistro agasonum nostrorum

Digitized by Google

comite de Barana, Jhoanne comite Supronensi, Gregorio comite Castriferrei, Moys magistro tavernicorum domine regine carissime consortis nostre comite Simigiensi, Dedalo comite Zaladiensi, Jacobo comite Nitriensi et aliis quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

III. Endre király **1291**-ki átiratából l. alább.

29. *Ompud alországbiró Kér nevü birtokat, Vs és Vysa fiai ellenében, Veszkényi Dénesnek itéli. Bozsok faluban, 1277. jul. 13.*

Nos comes Ompudinus viceiudex curie domini regis, memorie commendantes significamus, quibus expedit universis, quod comes Dionisius filius Bartholomei de Wezekyn coram nobis personaliter comparendo, exhibuit nobis literas capituli Castriferrei, in quibus comperimus, quod quia Nicolaus filius Vs, Fabianus, Iso, Sebe, Petrus et Johannes filii Wysa contra ipsum comitem Dionisium in quinque iudiciis remanserant, pro eo magister Moys quondam iudex curie domini regis ipsum comitem Dionisium ad quandam possessionem eorumdem Keer vocatam, pro qua inter ipsos contendebatur per Obulganum de Bozth hominem domini regis, coram testimonio dicti capituli, pro ipsis quinque iudiciis fecerat introduci, ubi per ipsum Nicolaum filium Vs et filios Wysa predictos fuerat contradictum, terminum videlicet festum sancti Georgii coram domino rege comparendi, de facto principali respondendi et de ipsis iudiciis satisfaciendi assignando. Quo termino adveniente, predicti Nicolaus et filii Wysa non comparuerunt nec miserunt ad satisfaciendum de premissis, in quo eciam termino in sexto iudicio remanserunt. Itaque idem magister Moys procedens sub tramite iusticie eundem comitem Dionisium per predictum Obulganum hominem domini regis presente testimonio idoneo capituli Castriferrei ad predictam terram Keer iterato fecerat introduci, ubi nullus exstitit contradictor, quindenam nativitatis sancti Johannis Baptiste eisdem pro termino assignando ad hoc, ut iidem Nicolaus et filii Wysa de facto principali plene respondeant et satisfaciant de sex

Digitized by Google

iudiciis antedictis, sub tali pena, quia factum diucius erat ventilatum, ut si Nicolaus et filii Wysa prenotati in ipsis quindenis non comparerent et de premisso facto non satisfacerent, extunc finalis decisio imponeretur huic facto, secundum regni consvetudinem approbatam, quo eciam termino adveniente, Nicolaus, Fabianus, Iso, Sebe, Petrus et Johannes non venerunt nec miserunt pro premissis faciendis, et pro eo in septimo iudicio remanserunt, prout in literis iudicialibus exinde confectis continetur. Comperimus eciam eosdem in octavo iudicio remansisse, quia in vicesimo secundo die Pentecostes non comparuerunt similiter, nec miserunt, prout in literis eiusdem magistri Moys vidimus contineri. Nos itaque una cum baronibus et nobilibus regni in iudicio sedentibus decrevimus, quod predicta possessio Nicolai filii Vs et filiorum Wysa Keer vocata, pro facto principali et pro octo iudiciis supradictis, predicto comiti Dionisio remaneat iure perpetuo possidenda. Datum apud villam Bosuk, in festo beate Margarete virginis, anno domini M° CC° septuagesimo septimo.

Dénes országbirónak 1277. nov. 18. kelt átiratából l. alább.

30. *Dénes országbiró Ompud alországbirónak Kér nevü birtok iránt föntebb 29-ik sz. a. hozott itéletét megerősíti sabba, Kopasz Gergely és Szopori Pál szomszédok jelenlétében, a vasvári káptalan által Veszkény Dénest beiktattatja. Sopron, 1277. nov. 18.*

Nos comes Dionisius iudex curie domini regis, memorie commendantes significamus, quibus expedit universis, quod comes Dionisius filius Bartholomei de Wezekyn, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis literas patentes comitis Ompudini viceiudicis nostri confectas, super facto terre Keer vocate, petens a nobis, ut easdem nostris literis privilegialibus eidem confirmaremus, quarum quidem tenor talis est. Nos comes Ompudinus *(stb. l. föntebb 29. sz. a.)* Exhibuit eciam idem comes Dionisius filius Bartholomei privilegium dicti capituli Castriferrei continens quantitatem predicte terre Keer et nomina commetaneorum eiusdem; in quo inter cetera invenimus contineri, quod totalitas ipsius terre, prout

Digitized by Google

per Obulganum hominem domini regis et unum ex ipso capitulo est metita, continet terram quinque aratrorum; cui terre ab omni parte sui idem comes Dionisius vicinatur, Gregorio calvo et Paulo de villa Zupur commetancis ipsius terre non contradicentibus, prout eidem capitulo per eosdem Obulganum et unum ex ipso capitulo exstitit recitatum. Nos itaque visis omnibus predictis literis et instrumentis et perlectis una cum baronibus domini regis, omnia premissa pro rato et firmo habentes, predictam terram Keer eidem comiti Dionisio reliquimus perpetuo possidendam. Datum apud Suprunium in octavis sancti Martini confessoris, anno domini M° CC° septuagesimo septimo.

A pecsét hártyaszalagon függött; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában.

31. *Miklós soproni plébános balfi szőllőjét végrendeletileg a csornai egyháznak hagyja. 1278. körül.*

Datum pro memoria, quod cum Nykolaus plebanus humillimus de Suprunio bone vite et memorie in presencia venerabilis patris, videlicet Stephani prepositi ecclesie sancti Michaelis de Charna memor fuit illius, qui dicit, omnis caro in suam redigitur originem, ob hoc congrue vigilavit, vacillans in grabato egritudinis inter hec et alia tale fecit testamentum, quod vineam suam propriam de Woolf non ex patrimonio ecclesie emtam, verum cum laboribus manuum suarum plantatam et cultam pro remedio anime sue, patris et matris nec non . . . . . et omnium parentum suorum post decursum huius vite sibi concesse, constituit ecclesie sancti Michaelis de prefata Charna perpetue possidendam; ita tamen, quod post extremum diem vite sue corpus et animam eiusdem N(icolai) plebani fratres prememorate ecclesie in cimiterio memorati archangeli in domino perpetuo frui commendabunt; ordinacionem vero pretaxatam fecit in presencia virorum discretorum et idoneorum, scilicet prepositi de Churlee et duorum fratrum minorum, nennon *(igy)* cruciferi de Suprunio et iudicis civitatis et duorum civium. Et ne aliquis ultra suorum cognatorum presentem disposicionem vel et alii provocent in irritum, presentes sigillo cruciferi de Suprunio et ipsius decrevit roborare.

Digitized by Google

Három hártyaszalagon függött pecsétje hiányzik; eredetije az orsz. ltár kincst. orsz. Eccles. 37. 79. dipl. oszt. 1028. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából. Rhodianus a soproni keresztes lovagok preceptora előtt 1278. évben Miklós plébános föntebbi adományát megerősíti, l. Fejér i. m. VII. 4. 179. l. a föntebbi oklevél évszámát tehát bizvást 1278-ra tehetjük.

32. *Máté nádor Somogy és Sopron vármegyék főispánja, a Székas és Czirák nevü birtokok iránt elődének Moys nádornak itéletét, Bertalan fia Dénes javára a székasi kir. erdőőrök ellenében megerősíti.*

1279. mart. 28.

Matheus palatinus comes Simigiensis, Supruniensis et iudex cumanorum, universis presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Solent scripti patrocinio communiri ne acta temporalia lapsu temporis a memoria dilabantur. Proinde universorum noticie presencium et futurorum harum serie innotescat, quod cum de mandato domini regis terre universorum condicionariorum suorum in comitatu Supruniensi per hominem domini regis et nostrum coram testimonio capituli Jauriensis reambularentur et restituerentur indebite occupate, et super quadam particula terre inter terram Scekas vocatam et inter terram Zyraak per Ebees, Mester, Martinum, Laurencium, Moukam, Lukam, Oth, Olup et Karachinum custodes silve Scekas contra comitem Dionisium filium Bartholomei fuisset coram nobis exorta materia quescionis, proponentibus ipsis custodibus silve predictam particulam terre suam fuisse hereditariam, et per eundem comitem Dionisium usurpando contra iusticiam detineri, contra que comes Dionisius allegavit respondendo, quod eadem terra, super qua contenditur, sua esset hereditaria; de continencia sue terre Zyraak dicte, et in sue responsionis argumentum comprobandum privilegium magistri Moys tunc temporis palatini et comitis Supruniensis in forma iudicii presentavit, factum predicte particule terre continens seriatim. Nosque convocatis Anyas, Stephano comitibus, Emyrico, Pongracio et Petro de Keer ac aliis iobagionibus castri Supruniensis, hominem domini regis et nostrum cum testimonio predicti capituli Jauriensis, super

Digitized by Google

facie eiusdem terre contenciose secundum continenciam privilegii eiusdem magistri Moys reambulande et restituende duximus transmittendos, volentes omnibus et singulis sua queque reddere iusticia mediante. Qui quidem homo domini regis et noster pariter cum testimonio predicti capituli et prefatis iobagionibus castri Supruniensis exsecuto et expedito negocio huius terre, demum ad nos reversi concorditer retulerunt, in fide deo debita et corone per hos specialiter requisiti, quod quia predictam particulam terre secundum tenorem privilegii magistri Moys invenissent fore et esse hereditariam Dionisii comitis antedicti, sicut id predictum privilegium plenius declarabat, eandem terram, super qua quescio vertebatur, metis distinctam, quarum eciam metarum cursus in eodem privilegio continetur, eidem comiti Dionisio reliquissent perpetuo et pacifice possidendam; que quidem mete taliter distinguntur: videlicet incipitur a parte orientali, iuxta fluvium Rabcha, sub quadam arbore piri, ubi sunt due mete terree antique, deinde parum proceditur ad quoddam fossatum, ubi sunt due mete terree, ex hinc in eodem fossato, ubi quedam arbores parvule continentur, itur directe ad caput cuiusdam piscine Kendurattou vocate, que est Dionisii antedicti, abhinc per quoddam fossatum venitur ad quendam monticulum, qui arari consvevit, ubi sunt due mete iuxta quandam salicem, exinde dirigitur versus occidentem ad quasdam arbores piri, ubi cursus metarum incidit iterum ad fossatum, per quod cum continuis metis in virgulto curritur ad virgultum Scemere, ubi eciam terminatur. Nos vero ex officio ordinis iudiciarii cupientes facere iusticiam, que debebatur, predictis custodibus silve super dicta particula terre silencium perpetuum imposuimus sentencialiter decernendo. In cuius memoriam rei et perpetuam firmitatem presentes nostro sigillo dedimus communitas. Anno domini M° CC° LXX° nono V° calendas Juny.

László soproni főispánnak 1283. febr. 27-én kelt átiratából; l. alább

Digitized by Google

33. *Az Osl nemzetségből való Herbord fia Herbord mint csornai egyház kegyura ezen egyháznak Csorna, Erlen, Pertel, Beled, Ujfalu, Horpács, Ilmicz és Csáva falukban több telket és Vicza mellett két malmot adományoz. 1280.*

Nos magister (Herbortus filius comitis Herborti bone) memorie, significamus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium (per tenorem, quod cum pater) noster ac dominus adhuc vivens (mentis et vigoris) compos extiteret, una nobiscum pari consensu et voluntate disposuimus monasterio nostro (in Churna) per singulas possessiones nostras et villas ac (legavimus) singulas mansiones, in quibusdam duas cum suis utilitatibus et debitis, prout nobis solvere continentur, tam in solidis debitis, quam in procuracionibus exigendis, que exorte fuerunt per patronum videlicet in Churna unam mansionem, in Erlen *(az átiratban Herlun)* unam mansionem; item ad Sanctam Crucem in Pertel duas, in Belud duas, in Nova Villa duas; item in Hurpach duas; item in Elmouch *(az átiratban Ilmeuch)* duas mansiones; item in Chava duas mansiones; item in Lusa duo molendina, proxima villa Vicca vocata, que cedit ad Jacobum et Osl comites patronos ecclesie sancti Michaelis perpetuo possidenda et contradiccione cuiuslibet non obstante. Datum anno domini M° CC° octoagesimo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban Chorna 35. 28. dipl. oszt. 1079. Megvan ugyanott a győri káptalannak 1350-ben »in festo beati Barnabe apostoli« Simon csornai prépost kérésére kiállított átiratában is, dipl. oszt. 1078.

34. *A győri káptalan Lőrincz comesnek 1280-ban Limpach birtokról Borsmonostor részére kiállított adománylevelét átirja. 1282. jan. 11.*

Magister Carachynus prepositus Jauriensis, totumque capitulum loci eiusdem, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui suis fidelibus dat salutem. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod frater Syghardus abbas montis sancte

Digitized by Google

Marie cisterciensis ordinis de dyocesi Jauriensi, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis privilegium nobilis viri comitis Laurencii filii magistri Laurencii de genere Aba, super quadam terra, nomine Lympach, monasterio montis sancte Marie tradita, data et donata confectum. Petens a nobis humiliter, ut idem privilegium ad maioris securitatis remedium confirmaremus, nostris literis de verbo ad verbum inseri faciendo; cuius quidem privilegii tenor talis est. Nos Laurencius *(stb. l. ennek 1280-ban »Neek nonas kalendas Marcii« kelt okmányát Fejér i. m. V. 2. 596. lap.)* Unde nos, tam ad peticionem comitis Laurencii, quam nobis per suas literas humiliter cum eodem confirmando privilegio destinavit, quam ad humiles preces supradicti abbatis montis sancte Marie, privilegium non abrasum, non cancellatum nec aliqua sui parte viciatum, equitate svadente, de verbo ad verbum rescribi, et nostris literis inseri faciendo, auctoritate et munimine nostri sigilli duximus apponendum. Datum et actum in dominica, qua cantatur in excelso throno, anno domini M° ducentesimo octagesimo secundo; magistro Abraam ecclesie nostre cantore, Dominico lectore, Mykou custode existentibus.

Zöld vörös és lila selymen függő pecséttel; eredetije Kismartonban a hg. Esterházy cs. ltárában O. 485. 17. Fejér tévesen adja az évszámot.

35. *László főispán Máté nádor 1279. évi ítéletét átírja, és annak értelmében Bertalan fiát Dénest, a cziráki és székasi határok közötti peres birtokban, a székasi kir. erdőőrök ellenében, megerősíti. 1283. febr. 27.*

Ladyzlaus comes Supruniensis omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium et largitor. Quoniam que geruntur et decise peraguntur lapsu temporum ne per fraudulosam calliditatem aliqnorum irrevocabilia existant, humana advenit racio, ut ea tenore privilegiorum in perpetuum perdurentur. Proinde universorum noticie modernorum scilicet et futurorum harum serie declaramus, quod cum nos de mandato domini regis et precepto in comitatu Supruniensi terras universorum

Digitized by Google

condicionariorum regalium et castrensium a quibuslibet indebite occupatas, mediantibus scilicet homine regio et testimonio capituli Jauriensis ad hoc deputatis reambulari faceremus et reimpediri, dictis condicionariis possidere restituendas, et cum inter cetera quidam custodes silvarum de Scykos videlicet Ebees, Martinus, Laurencius, Karachynus, Paulus et Nicolaus quandam particulam terre inter dictam terram Scykos ab una parte, et terram Zyrak vocatam ab altera existentem ut dicebant, nomine terre eorum a comite Dionisio filio Bartholomei reambulari fecissent et reimpediri, et super eadem cum eo comite Dionisio coram nobis deveniendo in causam eo modo, ut premisimus, super ipsa particula dicti custodes silvarum allegarent, ipso comite Dionisio ex adverso sepius nominatam particulam suam hereditariam fore confitendo, prius eciam per predictos custodes aliquos iam ex eis defunctos et aliquos sicuti tunc et modo viva persona allegantes coram duobus iudicibus dixerit se in causam attractum exstitisse, et secundum quod tunc temporibus inter partes decisum fuerat habere instrumenta iudicum predictorum, sentencialiter hoc statuimus, ut ipsa instrumenta coram nobis deferentur, die autem per nos ad hoc deputato presentibus ipsis custodibus silvarum comes Dionisius exhibuit nobis privilegia nobilium virorum Moys videlicet et Mathei palatinorum et quia tenorem Moys palatini privilegii continebat et Mathei palatini privilegium cessando de eodem verbo ad verbum relegi facientes nostro privilegio ad plenum fecimus denotari. Cuius quidem tenor talis est: Matheus palatinus. *(stb. l. föntebb 32. sz. a.)* Unde cum premisse exsecuciones et statuta sepius nominati Mathei palatini non in aliquo videantur fieri reprehensibilia, sed recta et in omnibus de iure processa, ne eciam aliquo unquam temporis curriculo per quempiam omnia premissa valeant retractari in preiudicium ipsius comitis Dionisii et gravamen, nos ad robur et firmitatem, ut memoratam particulam terre sub eisdem metis et terminis, quibus actenus dinoscitur possedisse irrevocabiliter possideat et habeat, ad peticionem et instanciam eiusdem comitis Dionisii, quia eciam ad hoc ordo iuris poposcebat, literas

Digitized by Google

nostras concessimus privilegiales, munimine sigilli nostri roboratas. Datum tercio kalendas Marcii, anno domini M° CC° octoagesimo tercio.

A függő pecsét hiányzik; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában 29. 3.

36. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Gergely comes, Homok és Hidegséd nevű birtokok egy harmad részének egy harmadát testvérének Andrásnak három évre ujabban zálogba adja. 1283. jul. 3.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus universis, quod cum iuxta continenciam, priorum literarum nostrarum memorialium comes Gregorius filius Petri, de genere Osl, terciam partem tercie partis possessionum Hunky et Hydegsed vocatarum a comite Andrea fratre suo pro viginti sex marcis in octavis nativitatis beati Jhoanis Baptiste redimere debuisset coram nobis, ipso termino adveniente, partibus coram nobis comparentibus, cum idem comes Gregorius impediente necessitate, predictam terciam partem tercie partis possessionum memoratarum redimere non potuisset, eandem particulam possessionum predictarum ipsi comiti Andree, pro summa earumdem viginti sex marcarum, a presentibus octavis sancti Jhoanis Baptiste usque ad terciam revolucionem octavarum predictarum iterato pignori obligavit, talibus videlicet articulis interpositis, quod si comes Andreas usque illud tempus redemcionis moreretur, quod humanum est, ex tunc nullus fratrum sepedicti comitis Gregorii a filiis comitis Andree redimere poterit, preter eundem comitem Gregorium in supradictis octavis pro termino redemcionis assignatis. Si autem comes Gregorius premoreretur, ex tunc sepedicta particula terre eidem comiti Andree et heredibus eiusdem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis perpetuo possidenda remanebit, nec aliquis cognatorum vel fratrum suorum redimere poterunt ab eisdem; nec hoc pretermiserunt, quod utilitatem particule sepedicte medio tempore percipiet comes Andreas memoratus; adiecerunt eciam, quod comes

Digitized by Google

Gregorius ante revolucionem octavarum predictarum quandocunque voluerit, redimere poterit particulam sepedictam; qui si nec ante nec assumto termino redimere voluerit, eadem porcio ipsi comiti Andree et heredibus suis cedet perpetuo possidenda, et non obstante absencia ipsius comitis Gregorii exinde, sicut partes voluerunt, nostrum privilegium concedemus. Adicimus eciam, quod comes Sur frater dicti comitis Gregorii, qui aderat, ordinacioni premisse consensum prebuit et assensum. Datum tercio die octavarum sancti Jhoanis Baptiste, anno domini M° CC° octagesimo tercio.

Hátlapján pecséttel, eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 41. 10. dipl. oszt. 1149.

37. *Németújvári Miklós nádor és Sopron vármegye főispánja, tisztjeit utasítja, hogy a borsmonostori szerzeteseket Sopron vármegye tizede huszadának haszonvételében ne háborgassák. Kőszeg, 1285. körül. sept. 9.*

Nos N(icolaus) palatinus comes Supruniensis et iudex cumanorum, memorie commendantes significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod nos vicesimam decimarum in comitatu Supruniensi provenientem, venerabilibus fratribus ordinis Cisterciensis de monte sancte Marie percipiendam dimisimus et concessimus eo modo, secundum quod Stephanus inclite recordacionis et dominus noster Ladizlaus illustres *(igy)* reges Ungarie eisdem perpetuo contulerunt, suis privilegiis confirmando. Unde volumus et precipimus firmiter, quod nullus officialis noster vel quivis alius in districtu comitatus Supruniensis prenotati, racione dicte vicesime eosdem vel officiales suos molestare seu in aliquo audeat impedire, cum eandem pacifice possederit usque modo. Datum in Kuzyk, in crastino Nativitatis beate virginis.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban; Borsmonostor. 28. 52. dipl. oszt. 3648.

Digitized by Google

38. *Frank comes Scolastica neje lelki üdvéért az úgy nevezett gróf-rétet Frankó mellett, fiai beleegyezésével a borsmonostori apátnak adományozza. 1286. apr. 18.*

Ego comes Franch, filius quondam comitis Franchonis, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in domino sempiternam. Notum esse cupio omnibus, ad quod presens scriptum pervenit, quod devocione sancta ductus divine remuneracionis intuitu, nec non et in remedium anime dilecte coniugis mee Scolastice nomine, cum consensu et voluntate liberorum meorum scilicet Nicolai, Franchonis, Simonis et Johannis et omnium consanguineorum meorum contuli abbati de monte sancte Marie necnon et fratribus ibidem deo famulantibus, quoddam medium pratum vulgo comitis pratum cognominatum, prope Franchnawe situatum, cuius alteram partem relicta Stephani de Leutzman tenet, omni eo iure ac libertate, quam illud possedi, absque omni contradiccione perpetuo possidendum; et ut hec mea donacio firma et inviolabilis permaneat, has literas duxi sigilli mei ac sigilli Nicolai consanguinei mei filii Povschan quondam comitis munimine roborandas. Acta sunt autem hec anno domini M° CC° LXXXVI°, decimo quarto kalendas maii.

Két függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostor 26. 30. dipl. oszt. 1196. Fejér i. m. III. 1. 249. l. 1218. évről és V. 1. 267. l. 1272. évről közli.

39. *A soproni keresztesek commendatora előtt Zoboszló és rokonai Harkai nemesek bizonyos birtok-részt Fülöp fiainak átadnak. 1289. jan. 10.*

Nos Fr. dictus commendator domus hospitalis in Suprunio, tenore presencium profitemur significantes universis, quod Gregorius et Stephanus filii Philippi ex una parte, Petrus filius Zobozlai cum fratribus suis ac generacio ipsorum nobiles in Harcha ex altera constituti coram nobis, super omnibus causis preteritis inter ipsos (h)actenus ventillatis, ad formam pacis devenerunt, et dicti nobiles de Harcha possessionem filiorum magistri Philippi, Stephani et Gregorii, pro qua per eosdem nobiles iidem filii Philippi im-

Digitized by Google

petebantur, reliquerunt eisdem Stephano et Gregorio ac ipsis heredibus heredumque successoribus, cessante impeticione qualibet, perpetuo possidendam, omni eo iure et consvetudine, prout pater ipsorum ex donacione domini regis Bele dinoscitur possedisse. Cuius vero possessionis sive terre commetanei sunt prefati nobiles de Harcha ex una parte, ex altera vero parte filii comitis Georu in superiori villa Harcha eciam nominata. Actum anno domini M° CC° LXXX° nono, quarto idus Januarii.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Sopron sz. k. város ltárában, lad. C. fasc. 1. Nr. 3.

40. *IV. László király a magban szakadt János fia Pálnak rábaközi birtokát, Vörös István esztergomi várnagynak és testvérének Benedeknek adományozza, Buda, év nélkül, oct. 18.*

Ladislaus dei gracia rex Ungarie fidelibus suis capitulo Jauriensi salutem et graciam, comes Stephanus dictus Ruphus, castellanus noster de castro Strigoniensi terram seu possessionem Pauli filii Johannis circa Rabakuz in comitatu Supruniensi existentem, nomine terre seu possessionis sine herede decedentis, petivit a nobis sibi et Benedicto fratri suo dari. Verum quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis veritas nobis non constabat et utrum nostre pertineat collacioni nec ne, fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus mittatis hominem vestrum idoneum, coram quo Andreas de Paztur homo noster, convocatis commetaneos et vicinos *(igy)*, reambulet possessionem Pauli antedicti et statuat Stephano et Benedicto supradictis, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, ad nostram citet presenciam, ad terminum competentem; et posthec diem citacionis, terminum assignatum et nomina contradictorum, qualitatem, et quantitatem terre seu possessionis memorate, simul cum cursibus metarum, nobis in vestris literis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Luce evangeliste.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 17. 4. dipl. oszt. 5104.

Digitized by Google

41. *A győri káptalan előtt Veszkényi Borendrez és Pál fiai, Sixtus fia Salamon magban szakadt rokonuknak birtok részeit Czirák és Veszkény nevű birtokokban és két szolganőjét maguk között felosztják. 1291. jun. 9.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie damus pro memoria, quod Conradus filius Borendrez de Wezken pro se et pro Endre ac Gervasio fratribus suis, item Paulus filius Pauli de eadem pro se et pro Cosma, Alexandro ac Nicolao fratribus suis ab una parte, Borendrez filius Zaah de eadem ex altera, coram nobis personaliter constituti, super porcionibus Salamonis filii Scyxti cognati eorum sine herede decedentis existentibus videlicet in Scyrak et in Wezeken, quas porciones predictus Paulus et Stephanus frater predictorum Conradi et Endre, a solucione dotis et quarta filiarum expediverant, ut dicebant, talem inter se concorditer divisionem factam fuisse retulerunt, quod terciam partem possessionis dicti Salamonis, quam habet in Zyrak, que tercia pars prefatum Borendrez filium Zaah contingebat, idem Borendrez cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eiusdem tercie partis videlicet silvis, terris arabilibus et molendinis reliquit et remisit supradictis Conrado et fratribus suis, nec non Paulo et fratribus suis memoratis, perpetuo, pacifice et quiete possidendam, e converso autem idem Conradus et Paulus suo et supradictorum fratrum suorum nomine, terciam partem possessionis sepedicti Salamonis, quam habet in Wezeken cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, que ipsam terciam partem in silvis, terris arabilibus et fenetis contingunt, eidem Borendrez filio Zaah similiter perpetuo iure possidendam reliquerunt, preterea sepedicti Paulus filius Pauli et Borendrez filius Zaah duas ancillas eiusdem Salamonis, Kunche et Tykur vocatas, cum omnibus heredibus earum creatis et procreandis reliquerunt iure perpetuo Conrado et fratribus suis sepedictis possidendas et habendas. Datum in vigilia Pentecostes, anno domini M° CC° nonagesimo primo.

Ugyan csak a győri káptalannak 1292-ik évi átiratából l. alább.

Digitized by Google

42. *III. Endre király Sághi Vendég fiai kérésére, tekintetbe véve a Rorau vára alatt kitüntetett vitézségüket, a IV. László király által 1274-ben kiadott szabadalom-levelet megerősíti. 1291. aug. 2.*

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Nicolaus, Simon et Thayma filii Wendeyg, ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis privilegium Ladislai regis fratris nostri super libertatibus ipsorum confectum, petentes a nobis cum instancia, ut ipsum privilegium ratum habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. Cuius quidem privilegii tenor talis est: Ladislaus *(stb. l. föntebb 28. sz. a.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus Nicolai, Simonis et Thayma predictorum favorabiliter inclinati, maxime pro meritoriis serviciis ipsorum, que nobis in expugnacione castri Roro laudabiliter impenderunt, ubi iidem per ictus lapidum graviter fuerunt vulnerati, dictum privilegium fratris nostri ratum habentes, et acceptum, ed verbo ad verbum presentibus insertum, auctoritate presencium duximus confirmandum, duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Theodorii prepositi Albensis ecclesie, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° nonagesimo primo, quarto nonas Augusti, regni autem nostri anno primo.

Vörös, lila és zöld zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen, »Sopron« 1. a.

43. *III. Endre király IV. László királynak 1277. és 1282. években kelt adományleveleit, melyekben Lozs, Lobló és Tard nevü birtokok Keczöl nevü birtokért az Osl nemzetségből való Beled comesnek cserebe adattak, átirja és megerősíti. 1291. sept. 29.*

Andreas dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus

Digitized by Google

Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Congruit regie maiestati propensiori diligencia suorum fidelium utilitatibus et commodis vigilare, eorumque devotis peticionibus inclinari, per quos corone regie commoda efficacius procurantur. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedens ad nostram presenciam comes Belud filius Belud de genere Osl, a nostra petit maiestate, ut privilegium serenissimi regis Ladizlai carissimi fratris nostri patruelis, super collacione quarumdam terrarum castri Supruniensis Lous, Loblu et Tord vocatarum in concambium terre sue Kechel vocate, sibi traditarum et concessum ratum habere, nostroque dignaremur privilegio confirmare, cuius quidem privilegii tenor talis est: Ladizlaus *(stb. l. IV. László királynak 1282-ben kelt adomány-levelét és az abban átirt »Datum in Syrch in crastino Nativitatis domini« 1277-ben kiadott oklevelét Fejér i. m. VII. 2. 57. és 93. lapokon közölve)*. Nos itaque attendentes eiusdem Belud comitis perpensam fidelitatem et felicium gestorum commendabilem claritatem, quibus ab avitis temporibus, in tota generacione sua per actus perspicuos in omnibus regni negociis claruit ab antiquo, considerantes eciam et luculencius cognoscentes, quod ipsa terra Kechul castro nostro Bobuth fuerit aplicata, tamquam eidem vicinaliter adiacens, et plurimum opportuna, peticionibus ipsius comitis Belud equitate et iusticia svadente favorabiliter inclinati, dictum privilegium de verbo ad verbum presentibus insertum, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte diminutum, de benignitate regia ratum habentes et gratum, presentis scripti duximus patrocinio confirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Theodorii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CC° nonagesimo primo; regni autem nostri anno secundo, tercio kalendas Octobris.

Vörös és sárga selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban Lozsi fasc. 1. Nr. 5.

Digitized by Google

44. *A csornai convent előtt a veszkényi nemesek Presne, Család és Czirák nevü birtokaikon megosztoznak. 1291.*

Nos A. prepositus et conventus de Churna, significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod constitutis coram nobis nobilibus de Wezekin, comite Paulo filio Pauli pro se et fratribus suis, Chosma videlicet Alexandro, Nicolao ab una parte, comite Endre et Corrardo, Gervasio ex altera, Bolondriz filio Zaah pro se ipso de eadem personaliter, et viva voce confessi sunt hoc modo, quod in possessionibus suis mediantibus probis fecissent divisionem nominati (*igy*) inter Presne et Chalad tali modo et ordinacione computatis; quod villa Presne, que in tribus partibus dividebatur et tercia pars in pignore posita, apud Dionisium filium Bartholomei decem marcis extitit, nunc vero ad duas partes dixerunt divisisse, partem Dionisio impignoratam Bolondriz predictus, propter bonum pacis et generacionis dileccionem ad suam percipit porcionem . . . . . eiusdem Presne liberam et inviolabilem Endre cum fratribus Corrardo et . . . . . filii Bolondriz assumserunt possidendam; in villa itaque Chalad et predictam . . . . . (Pau)lum supradictum cum fratribus suis spontaneos in divisionem esse fecerunt ad partem . . . . . villa Chalad vocatam receperunt pacifice et quiete a cognatis suis possidendam . . . . . o tamen, quod si insurgente aliquo villa Chalad supradicta repetere et inpetere . . . . . attentare et subcumbere, extunc partes predicte . . . e generacionis Paulum ad . . . . . si vero subcumbere contigerit, f(ilii Pau)li prememorati in Presne . . . . . unt. Item e contra si villa Presne eodem modo subcumbere contingerit . . . . . Endre cum suis fratribus et cum Bolondrizo iterato partem in Chalad habebunt . . . . . in Scirach duo molendina, que comitis Pauli nominantur, due partes eorumdem molendinorum filiis Pauli pertinent et tercia pars Bolondrizo filio Zaah cedit possidenda; preterea contra partes duas molendinorum filiorum Pauli iam dictorum reliquerunt et restituerunt fundum duorum

Digitized by Google

molendinorum Salomonis in Scirach comiti Endre iam supradicti, cum fratribus suis perpetuo possidenda. Datum anno gracie M° CC° nonagesimo primo.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában 27. 9.

45. *Az Osl nemzetségből való Gergely Alramsi comes beleegyezését adja, hogy a Bécsújhelyi német rend szerzetesei egy rétet Alrams mellett, bizonyos bér-fizetésért birtokukba vehessenek. 1292.*

Nos Gregorius comes de Alrams filius Petri comitis de progenie Oschli, presentis scripti testimonio publice profitemur, quod de nostro consensu voluntario viri religiosi et discreti fratres sancte Marie, domus Theotonice in Nova Civitate comparaverunt nullo contradicente pratum quoddam in nostra proprietate situm prope Alrams, apud Stephanum eiusdem ville tunc temporis iudicem filium Ottonis favente uxore sua dicta Perhta ac eius heredibus universis, de quo prato domine Hedwigi relicte quondam domini, Syffridi de Haslowe, sive eius heredibus, in festo beati Michaelis, omnibus aliis serviciis penitus exclusis, annis singulis dicti fratres solvent in censu unum talentum denariorum viennensis monete, nobis vero nihil, condicionibus tamen talibus interiectis, quod si forsan processu temporis nos vel nostri heredes a prefata domina vel suis heredibus alia quedam feoda, que ad nos pertinent, in loco prefato, ad que eciam pertinet dictum pratum, que prefata domina a nobis quodam censu possidere dinoscitur, ab ipsa vel eius heredibus obtinuerimus per iusticiam vel amorem, quod extunc prefati fratres nobis idem talentum denariorum de dicto prato, iure civili, annuatim persolvere teneantur, hoc eciam annotato, quod si forsitan processu temporis inter nos vel nostros heredes, et inter prefatam dominam Hedwigim, et suos heredes, super predictis feodis et prato, quescio vel dissensio oriatur, hoc non debet dictos fratres in dicto iure eiusdem prati aliqualiter impedire; ut autem premissa emcio rata et irrevocabilis successu temporum

Digitized by Google

perseveret, prenotatis dominis et fratribus presentem literam desuper contulimus nostri sigilli appendicio roboratam, testibus subnotatis, qui sunt hi: dominus Chunradus plebanus in Grillenperg, dominus Helwicus plebanus in Waima et Fvelde, dominus Rudwinus miles de Ekkendorf, dominus Fridricus miles de Sprinczenstayn, Henricus dictus Westerburger, magister monete in Nova Civitate, Engelbertus Radix iudex eiusdem civitatis, magister Rudolfus phisicus, Lutoldus et Henricus fratres dicti Wisingi, Rudlinus et Henricus fratres dicti Leblini, Rudolfus et Nicolaus filii muratoris, Lupo de Merteinsdorf, Hartliebus iudex de Petschnery, Rudlinus et Henricus dicti Pinauz et alii quam plures fide digni. Datum anno domini Millesimo CC° LXXXX° secundo.

A pozsonyi káptalan 1339. évi átiratából, melynek eredetije a bécsi cs. állam-ltárban őriztetik. Közölve Pesty Frigyes másolatából. Az oklevelet kiadta már Fejér i. m. VII. 2. 164. 1. de csak az okirat elejét és végének egy részét, Duelli Hist. Ord. Teutonici czimü munkájából, hol Gergely comes pesétje is meg van rajzban, az Osl vagy Ost nemzetségbeliek karmos sas szárnyat előtüntető czimerével.

46. *A győri káptalan előtt Veszkényi Zaah fia, Czirák nevü birtokát Veszkényi idősb Borendrez fiainak eladja 1292.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Borendrez filius Zaah nobilis de Wezeken ab una parte, Endre, Gervasius et Corrardus filii senioris Borendrez, nobiles de eadem Wezeken ex altera, ad nostram presenciam personaliter accesserunt, et dictus Borendrez filius Zaah medietatem porcionis sue, quam hereditario iure in terra Zcyrak habuit et possedit, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis eiusdem medietatis, terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, fenetis, molendinis, area curie sive loco sessionali, que ipsam medietatem contingunt, alia medietate dicte sue porcionis similiter cum omnibus utilitatibus et attinenciis sibi reservata, vendidit et tradidit predictis Endre, Gervasio et Conrado ac heredibus heredumque successoribus eorumdem, pro sex marcis denariorum latorum videlicet viennensium

Digitized by Google

perpetuo et irrevocabiliter possidendam, quas quidem sex marcas supradictus Borendrez filius Zaah plenarie confessus est se recepisse ab eisdem, vicinos autem et commetaneos dicte terre antedicti Endre, Gervasius et Conradus ac Borendrez filius Zaah se ipsos et non alios retulerunt esse circumquaque; nec hoc pretermiserunt, quod quicunque dictam medietatem terre vendicioni expositam ab eisdem Endre, Gervasio et Conrado nec non heredibus eorum repetere attentaverit in posterum, sepedictus Borendrez filius Zaah expediet eos propriis laboribus et expensis, ut assumsit. Preterea iidem nobiles super quadam divisione possessionis eorum exhibuerunt nobis literas nostras petentes a nobis cum instancia, quod tenorem literarum huiusmodi presentibus inseri literis faceremus, quarum quidem literarum tenor talis est: Nos capitulum Jauriensis ecclesie *(stb. l. jöntebb 41. sz. a.)* In quarum rerum et divisionum memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem parcium presentes concessimus literas munimine nostri sigilli confirmatas. Datum ..... anno domini M° CC° nonagesimo secundo, magistris Carachino ecclesie nostre preposito, Dominico cantore, Bors lectore, Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

A pecsét piros és sárga selyemsodraton függ, felül chyrographhummal; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában 28. 31.

47. *István soproni várnagy a megye nemeseivel Gatal fiait Ivánkát és Lászlót, Miklós bán fia László ellen, meg nem jelenésük miatt pervesztesnek jelenti ki. 1296. körül, aug. 21.*

Nos comes Stephanus castellanus Supruniensis damus pro memoria, quod cum Ivanka et Ladislaus comites legitime citati fuissent sex vicibus, et septima vice ad (feriam terciam) proximam post diem sancti regis Stephani per magistrum Ladislaum filium Nicolai bani pro duodecim marcis in nostra presencia peremtorie respondendo, predicti Iwanka et Ladislaus filii Gatal non venerunt, nec pro se hominem miserunt responsalem, ideo cum nobilibus provincie ipsos iudicavimus contra magistrum Nicolaum predictum in suo iure occubuit

Digitized by Google

et cecidisset, et cum ipse personaliter legitime expectasset. Datum termino supradicto.

Eredetije a Dessewffy cs. ltárában, zárlatán pecsét nyomaival. Közölve Pesty Frigyes másolatából. Ladislaus filius Nicolai bani de Mead oklevelét 1296-ból l. Hazai Okmánytár IV. 93 l.

48. *III. Endre király az Osl nemzetségből való Osl comesnek Zár (a mai Szárföld) nevű soproni várföldet adományozza, megjutalmazandó őt azért, hogy a hűtlen Németújvári Henrik bán fiaitól elpártolt. Buda, 1297, máj. 30.*

Nos Andreas dei gracia rex Hungarie, memorie commendantes significamus, quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nos consideratis fidelitatibus et meritoriis serviciis comitis Osl de genere Osl, que nobis in diversis expedicionibus regni nostri cum omni fervore fidelitatis exhibuit et impendit, et specialiter pro eo, quod a societate filiorum Hernici infidelium nostrorum se retrahendo, nobis adhesit ut suo domino naturali, propter quod per eosdem infideles nostros, in destruccione possessionum et amissione rerum suarum ad mille marcas in valore ascendencium, damna et iniurias est perpessus, in aliqualem remuneracionem seu recompensacionem, licet maiora mereretur, quandam terram castri nostri Supruniensis Zaar vocatam, vacuam et habitatoribus destitutam, quam Nykylinus filius Pauli serviens Jhonnis filii Hernici predicti infidelis nostri tenuerat potencialiter occupatam, eidem comiti Osl et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis, sub eisdem metis et terminis, quibus per castrenses castri nostri memorati, limitata fuerat et possessa, ipsi comiti Osl dedimus, donavimus et contulimus, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, sine preiudicio tamen iuris alieni. Datum Bude, in octavis Ascensionis domini, anno eiusdem M° CC° nonagesimo septimo.

Eredetije ép hártyán az Ostffy cs. ltárában őriztetik; a pecsét mely hátúl volt rányomva letöredezett. Közölve Véghely Dezső másolatából.

Digitized by Google

49. *A fehérvári káptalan előtt a Csák nemzetségből való János fiai megosztoznak, Vértesmelléki birtokok Ugrinnak, a Rába melletti Miháli nevű birtok pedig Domokosnak és Jánosnak (a Kisfaludyak ősének) jutott osztályrészül. 1299. jun. 1.*

Nos capitulum ecclesie Albensis memorie commendantes significamus, quibus expedit, tenore presencium universis, quod inter nobiles viros videlicet Dominicum, Vgrinum et Johannem filios Johannis fratris sui nomine, ac per Petrum subcustodem ecclesie nostre, quem ad predictum Vgrinum ad peticionem eiusdem, quia propter inimicicias suorum adversariorum nunciabat personaliter non posse coram nobis comparere, miseramus, est recitatum, mediantibus nobilibus viris videlicet magistro Stephano filio Marci, comite Germano, comite Corraldo et aliis de generacione eorumdem talis divisio in eorum possessionibus, anno proximo preterito, circa festum sancti Georgii facta extitisset, quod possessio Myhal vocata cum aliis ad eandem pertinentibus iuxta Raba existentibus, predictis Dominico et Johanni, possessiones vero ipsos in Wertus contingentes, predicto Ugrino devenissent possidende, tenende, conservande et habende. Datum feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CC° nonagesimo nono.

Hátlapján monorú pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban.

50. *A győri káptalan Venczel királynak jelenti, hogy Bene fiait Benedeket és Istvánt, Rábaközi János fia Pál fele birtokába beiktatta, és hogy a másik fele-rész birtokában a csornai egyház meghagyatott. 1302. jan. 9.*

Excellentissimo domino suo Ladizlao dei gracia illustri regi Ungarie capitulum Jauriensis ecclesie oraciones in domino debitas et devotas. Receptis literis serenitatis vestre, cum Andrea de Paztur homine vestro, miseramus magistrum Joseph socium et concanonicum nostrum pro testimonio, coram quo idem homo vester terram Pauli filii Johannis de Rabakuz sine filio decedentis, statueret Benedicto et Stephano

Digitized by Google

comitibus filiis Bene; et cum iidem homo vester et noster ad nos reversi nobis retulissent, quod domina relicta dicti Pauli, racione tam dotis sue quam quarte filie sue super dicta terra, cuius medietatem idem Paulus in extremis suis monasterio beati Michaelis de Chorna pro remedio anime sue reliquit et donavit, contradictrix extitisset, et super illa contradiccione iure regni consvetudine observata, citatio intervenisset ad presenciam vestre maiestatis, tandem Thomas dicte relicte Pauli maritus secundus, pro eadem domina, cui ipsa domina in hac parte prosecucionem dotis sue et quarte filie sue commiserat, sicut in vestris literis continetur, ab una parte, Conradus de Wezekyn procurator predictorum Benedicti et Stephani comitum pro eisdem, una cum fratre Martino preposito de Chorna ex altera, coram nobis personaliter constituti, in talem se composicionis formam devenisse retulerunt, quod super dote dicte domine et quarta filie sue, ex parte sepedictorum Benedicti et Stephani comitum, iuxta morem libertatis Pauli antedicti, videlicet de dote viginti quinque marcis et de quarta in tribus marcis de ipsa possessione ad plenum satisfactum est, de illa videlicet porcione, que dotem solvere debebat, absque scilicet porcione, quam monasterio predicto reliquerat in anime sue remedium salutare. Unde iuxta mandatum vestre maiestatis, ut antiquis metis et terminis, ipsa possessio preter porcionem monasterii antedicti, predictis Stephano et Benedicto comitibus nullo penitus contradictore existente, extitit assignata. Datum quarto die Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1081. 3. dipl. oszt. 1629. Vesd össze Anjoukori Okmanytár I. 17. l.

51. *A győri káptalan Locsmándy István comes fia János Ombus vagy Spanfurt nevű birtokát Locsmánd megyében Keneplin óvári várnagynak és Ikervári Péternek zálogba adja. 1304. dec. 19.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam.

Digitized by Google

Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod magister Johannes filius comitis Stephani de Luchman ab una parte, comes Keneplinus castellanus de Owar ac comes Petrus filius Nicolai de Ikurvar ex altera, coram nobis personaliter constituti, prefatus magister Johannes quandam possessionem suam hereditariam Ombus vocatam in comitatu Luchman existentem vacuam et habitatoribus destitutam, vicinam et contiguam possessioni sue Luchman vocate, de permissione cognatorum suorum, ab octavis Nativitatis domini iam proxime venturis usque ad annualem revolucionem earumdem octavarum, scilicet ad unum annum, supradicto comiti Keneplino ac Petro, pro quinquaginta marcis denariorum viennensium decem pensas pro qualibet marca computatis plene persolutorum et acceptorum se confessus est pignori obligasse, eo videlicet articulo interposito, quod si in dictis octavis Nativitatis domini pro redemcione assignatis, idem magister Johannes dictam possessionem redimere non posset vel negligeret, redimet postea quandocumque poterit cum duplo quinquaginta marcarum predictarum coram nobis. Adiectum extitit in super, quod quicquid utilitatis in preparandis edificiis vel congregandis populis et aliis quibuslibet, sepedicti comites videlicet Keneplinus et Petrus medio tempore in dicta possessione desolata fecerint, antedictus magister Johannes solvet eisdem secundum quod per comprovinciales nobiles iuxta regni consvetudinem dicta edificia et utilitates fuerint extimate; nec hoc pretermissum est, quod si cognati et proximi sepedicti magistri Johannis, usque tempus redemcionis ipsos comites Keneplinum et Petrum seu heredes eorum intenderent molestare, ipse magister Johannes tenebitur expedire propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia beati Thome apostoli, anno domini M° CCC° quarto; magistris Mathia preposito, Andrea lectore, Fabiano cantore, Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Zöld és fejér selyem zsinóron függő pecsét romjaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 443. 27.

Digitized by Google

52. *A győri káptalan előtt Boch fia István comes és ennek fia Miklós, Bayanlaka nevű birtokát, Nyék nevű birtok szomszédságában, a Lueri, Sopron elővárosában lakó polgároknak eladja. 1304. nov. 8.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod comite Stephano filio Boch pro se et pro Nicolao filio suo nec non pro aliis cognatis suis, quorum in hac parte interesse debet, ab una parte, Paulo filio Olber de vico Luer de suburbio Supruniensi pro se et pro Andrea filio Nicolai, Martino filio Galus, Petro dicto Tatar et pro omnibus civibus de eodem Luer ex altera coram nobis constitutis, recitatum exstitit per eosdem, quod super quescione, quam iidem cives de Luer super medietatem possessionis Bayanlaka vocate, in comitatu Supruniensi existentis, per arbitrium proborum virorum et specialiter per arbitrium Petri dicti Kulb, in talem composicionis formam devenissent, quod idem comes Stephanus de bona voluntate sua, item consensu supradicti Nicolai filii sui, ac aliorum cognatorum suorum, dictam medietatem possessionis predicte, cuius medietatem eorumdem civium de Luer esse dixit, pro duabus marcis sibi per eos plene persolutis, perpetuo et irrevocabiliter possidendam reliquisset, nullo penitus contradictore existente; assummendo et obligando se idem comes Stephanus, et filium suum ac alios cognatos suos, quod quicunque successu temporis ipsam medietatem memorate possessionis ab eisdem civibus de Luer repetere attentaverit, ex tunc ipsi et eorum heredes eosdem expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis; preterea partes sunt confesse coram nobis, quod quia prefatus Petrus dictus Kulb suos nimios labores et expensas in prosecucione predicti negocii fecit, triginta iugera terre arabilis a parte possessionis Neek et aliorum nobilium existencia, eidem Petro Kulboni et suis heredibus simul concurrentibus perpetuo et irrevocabiliter possidenda reliquissent. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus nostro sigillo

Digitized by Google

consignatas. Datum in octavis Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC° quarto; magistris Carachino preposito, Mathia lectore, Fabiano cantore, Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Veres selyem-zsinóron függő ép pecséttel, fönn és lenn chyrographummal; eredetije Sopron sz. k. város ltárában VIII. et H. fasc. 1 Nr. 6.

53. *A soproni keresztesek conventje előtt Harkai Tiba fia, tizenegy hold földet szomszédjának Fülöp fiának István mesternek, egy bécsi márka széles denárért elad. 1307. jan. 25.*

Nos frater Johannes preceptor domus hospitalis de Supprunio significamus universis presencium per tenorem, quod existans in nostra presencia Zehonuk filius Tyba nobilis de Harka publice fatebatur, quod undecim iugera agri, que ibidem ipsum Zehonuk iure hereditario respiciunt, volentibus omnibus suis commetaneis, affinibus et cognatis, magistro Stephano filio Philippi et suis successoribus, commetaneo predicte possessionis, pro una marca latorum denariorum viennensium vendidisset, perpetue ac irrevocabiliter possidenda. Prenominatam ipsam pecuniam supradictus Zehonuk confessus est se a magistro Stephano plenarie recepisse; assumens eciam iamdictus Zehonuk, firmiter et precise, quod si forte processu temporis magistrum Stephanum aut suos heredes pro predicta possessione aliquis impugnaret, quod ab hoc et possessionem predictam, supradictus Zchonuk *(igy)* magistrum Stephanum liberare debet propriis laboribus et expensis; preterea sepedictus Zchonuk assumsit integre, sua libera voluntate, quod si predictam possessionem magistrum Stephanum vendere contigerit, et si prefatus Zchonuk emere voluerit, nulli, nisi eidem pro quantitate pecunie supradicte. Datum anno domini M° CCC° VII°, in conversione beati Pauli.

Hártyaszalagon függő ép pecséttel; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában. Lad. XVII. fasc. 1. Nr. 9. Ugyanott megvan a soproni keresztesek preceptorának 1310-ben kelt bizonyságlevele, hogy Mark comes fia Márk az András comestől, Weche testvérétől megvett harkai birtok részét Fülöp fiának Istvánnak szintén eladta. Lad. XVII. fasc. 1. Nr. 1.

Digitized by Google

54. *A váradi káptalan előtt egy részről Kozma comes és fia Ivánka, más részről Adony fia Ivánka és fia Miklós, a többek között Sopron vármegyei Dorog és Kőhidpordány nevű birtokaikon meg osztoznak. 1307. máj. 17.*

Nos capitulum ecclesie Waradiensis damus pro memoria, quod comite Cozma paruuo *(így)*, et magistro Ivanka filio eius ab una parte, item comite Ivanka filio Odun, et magistro Nicolao filio eiusdem, pro se et pro aliis fratribus et filiis suis ab altera coram nobis personaliter constitutis, relatum extitit per eosdem, quod in possessionibus eorum hereditariis, de divisione facienda, coram Kopoz palatino quescionem motam et suscitatam, taliter inter se unanimi voluntate et concordi consensu sopivissent et sedassent: quod in comitatu Supruniensi porcionem ipsorum in possessione Durug vocata, communiter possiderent, ita videlicet quod rectam medietatem comes Cozmas cum suis heredibus, et reliquam medietatem comes Ivanka cum suis successoribus possideret; item in eodem comitatu porcionem suam de possessione eorum similiter hereditaria Kuhidparadan vocata, prope eandem Durug existenti, comes Ivanka reliquit et assignavit comiti Cozme cum suis heredibus perpetuo possidendam, et e converso idem comes Cozmas porcionem suam in possessione eorum similiter hereditaria Razin vocata in comitatu de Zoboch iuxta Tyciam, in vicinitate Sulthe prope Dada existenti, porcionem suam comiti Ivanche et suis posteris, similiter perpetuo dedit et assignavit; item in possessione eorum hereditaria in eodem comitatu Zoboch Harang vocata, ecclesiam beate Margarete in se continenti, inter terras Kallo et Wrusi existente comes Ivanka reliquit et assignavit comiti Cosme et suis heredibus perpetuo, et e converso idem comes Cosmas in comitatu Bihoriensi, porcionem suam in possessione eorum hereditaria Neguenzil vocata, iuxta Er prope Dyozeg existenti, ecclesiam in honore sancti Georgii in se continenti, dedit et assignavit comiti Ivanche, et posteritatibus ipsius perpetuo; item quod porcionem ipsorum in monasterio Odun, in honore beate

Digitized by Google

virginis constructe *(így)*, in Nir communis in generacione eorum communiter possidebunt; item idem comes Cosmas ob amorem fraterne dileccionis quandam possessionem suam in comitatu Bihoriensi Nek vocatam, que castri Bihoriensis fuerat, iure acquisiticio possessam iuxta Er inter terram Hernuh sancti Stephani de promontorio Waradiensi, et in monasterio Egged in honore Omnium Sanctorum, ac terre Myko et Chepani filiorum Martaley existentem, secundum tenorem privilegiorum Stephani, Ladizlai et Andree regum felicium recordacionum, habitam et obtentam reliquit, assignavit et dedit comiti Ivanche, et filiis eiusdem fratribus suis, et per ipsos eorum heredibus ac successoribus, perpetuo possidendam tali condicione apposita, quod ipse comes Ivanka tali donativo munere prefate possessionis sibi facto, omnes possessiones eiusdem comitis Cosme, iure emcionis et acquisicionis possessas cum servis ancillis et vineis tam ultra Danubium quam citra et in qualibet parte regni reliquit et dimisit eidem comiti Cosme, et suis successoribus pacifice et quiete possidendam *(így)*; et licet porcionem in possessione Neguenzil ad monasterium Egged pertinenti, ipse comes Cosmas comiti Iuanche contulerit, ius tamen patronatus in ipso monasterio eidem de iure pertinens, sibi et suis posteritatibus invariabiliter et inviolabiliter reservavit; item terram Sengurg vocatam emtam a filiis Durugi ceci, Ladizlao, Marko, Alberto et Dominico, per ipsos comitem Cosmam et Iuankam, ipse comes Cosmas reliquit et dimisit totaliter comiti Iuanche memorato, ita, quod si ipsi filii Durug, aliquid quescionis moverent contra comitem Cosmam, comes Iuanka tenebitur expedire. Et cum presentes nobis fuerint reportate nostrum super hoc privilegium conferemus; adiecerunt eciam, quod si qua parcium ipsi divisioni facte, ut premissum est, contrairet, nomine Kalumpniatorio *(így)* damnaretur. Datum feria quarta proxima post festum Pentecostes. Anno domini M° CCC° septimo, et hec omnia sine preiudicio ecclesie nostre et nostro.

Hátán hosszúkás pecsét noymaival; eredetije a N. Muzeumban; az orsz. ltárban is megvan egy 1308-ki átiratban. Közölve Nagy Gyula másolatából.

Digitized by Google

55. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Herbord és fia István, Gychk nevű birtok felét Gyalokai Both fiának Istvánnak ajándékozzák. 1308. aug. 15.*

Capitulum Jauriensis ecclesie, universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Herbordus filius magistri Herbordi de genere Osl, una cum magistro Stephano filio suo ab una parte, comes Stephanus filius Both de Gyoloka ex altera, ad nostram presenciam accesserunt, et idem magister Herbordus eodem magistro Stephano filio suo volente et consenciente, ob recompensacionem fidelium serviciorum dicti comitis Stephani, que servicia ipsum comitem Stephanum, a tempore iuventutis sue, in omnibus expedicionibus suis tam in exercitu quam alias, suam personam ad omnia obiciendo, labores et erumnas pro ipso non recusando, sibi impendisse dicebat indefesse, medietatem cuiusdam possessionis sue Gychk vocate in comitatu Supruniensi existentis, quam quidem possessionem a domino rege Ladislao felicis recordacionis pro meritoriis serviciis suis se acquisivisse dicebat, et eandem donacionem referebat per literas domini Andree regis fuisse confirmatam, dedit, contulit et donavit supradicto comiti Stephano filio Both et heredibus suis heredumque suorum successoribus perpetuo pacifice et quiete, cum omni plenitudine sui iuris possidendam, in quibuscunque contingit, medietatem donatam possessionis antedicte. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas nostro sigillo roboratas. Datum in festo Assumcionis beate virginis, anno domini M° CCC° octavo; magistris Ladizlao preposito, Mathia lectore, et Stephano custode ecclesie nostre existentibus.

Zöld és sárga czérnán függött pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Gicsk ma Dicsk, erdő volt Megyes és Tormás puszták közt.

Digitized by Google

56. *A vasvári convent előtt Damonyai Albert, Szelestei Veez Miklóst nyugtatja, hogy Damonyai Pál leányának szelestei Gurk özvegyének járó hitbért és jegyajándékot kiadta. 1308.*

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo, notum facimus tenore presencium universis, quod Olberth filius Olberth de Damana coram nobis personaliter constitutus, Nicolaum dictum Veez de Scelyste a dote et sponsalibus domine Maristella filie Pauli de eadem Damana relicte Gurk de Scelyste sororis sue dixit esse expeditum penitus et omnia *(igy)* coram nobis, adeo plene, quod si processu temporis racione prefate dotis idem Nicolaus a quoquam fuerit molestatus, prefatus Olber et sui heredes, heredumque suorum successores tenentur ipsum Nicolaum et filios eius filiorumque suorum natos et nascituros expedire; quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus nostro sigillo communitum, magistro Bors preposito, Cosma custode, Petro cantore, Thoma decano ecclesie nostre existentibus, anno ab incarnacione domini M° CCC° octavo.

Hártyaszalagon függő pecsét nyomaival; eredetije a verebi Végh cs. ltárában. **11. 141.**

57. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Beled és Imre fiai, Sefred, Beled, Szerdahely és Csapodcsalád nevű birtokokon osztoznak. 1309. febr. 2.*

Capitulum Jauriensis ecclesie, universis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Emericus filius comitis Belud de generacione Osl pro se et pro Johanne, Belud, Ladizlao ac Johanne filio Nicolai, fratribus suis ab una parte, Ladizlaus filius comitis Emerici de eadem generacione, similiter pro se et pro Gregorio, Laurencio, Deseu, Michaele et Emerico fratribus suis ex altera, ad nostram presenciam accesserunt, et super quibusdam possessionibus suis, coram magistro Petro socio et concanonico nostro, quem nos in testimonium partibus assignavimus, talem divisionem inter se factam fuisse retulerunt,

Digitized by Google

quod prefati Ladizlaus, Gregorius filii Emerici ac fratres eorum, porcionem eorum totam, quam habent in possessione Sefred vocata in comitatu Supruniensi, reliquerunt et remiserunt antedictis Emerico, Johanni, Belud, Ladizlao, Johanni et Nicolao filiis comitis Belud, perpetuo pacifice et irrevocabiliter possidendam; e converso autem antedicti filii comitis Belud totam porcionem eorum, quam habuerunt in possessionibus Belud, Zeredahel et Chapudchalad vocatis, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis dederunt et reliquerunt supradictis filiis comitis Emerici, scilicet Gregorio, Laurencio, Ladizlao, Deseu, Michaeli et Emerico ac heredibus eorum similiter perpetuo pacifice et irrevocabiliter possidendam, hoc specialiter declarato, quod quicunque in posterum huiusmodi divisioni seu ordinacioni voluerint contradicere, partes vicissim se tenebuntur defendere, et pariter expedire. Nec hoc pretermiserunt, quod si in dictis possessionibus Belud, Zeredahel et Chapudchalad vocatis aliqui dotem et quartam dominarum requisiverint, dicti filii comitis Emerici ab huiusmodi questione se tenebuntur expedire propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas nostro sigillo roboratas. Datum in festo Purificationis beate virginis, anno domini M° CCC° nono; magistris Ladizlao preposito, Mathia lectore et Stephano custode ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Nemzeti szinü czérna-sodraton függött pecsét nyomaival, s fölül chyrographummal; eredetije a hg. Esterházy cs. ltárában Kismartonban. C. 83. 14. Megvan a gr. Viczayak ltárában is Hédervárott a győri káptalannak 1415-ben aug. 14-én Lozsi Jakab fia Belyd kérésére készült átiratában.

58. *A győri káptalan előtt Veszkényi Bertalan fia Domokos, Veszkény nevü birtokban egy erdőrészt Tordas mellett, Csornai Imre fiának Lőrincznek zálogba ad. 1310. körül, nov. 24.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie universis, quibus expedit, presencium significamus per tenorem, quod Dominicus filius Bertholomei nobilis de Vezekyn, pro quo Lukacius presbiter de Zyl et Emericus sacerdos de Chorna ab una

Digitized by Google

parte, Johannes filius Clementis pro magistro Laurencio filio Emerici de Chorna domino suo ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem Dominicus quandam particulam silve sue in possessione sua Vezekyn existentis, in medio duarum viarum sitam et locatam, inter metas Thordas ab oriente et inter sessionem suam ab occidente, predicto magistro Laurencio pro quatuor marcis pignori obligavit, tali ordinacione interposita et assumta, quod quandocunque idem Dominicus vel filii sui ac proximi eiusdem redimere voluerint, rediment in quatuor marcis partim in denariis et partim in extimacione sine gravamine dupli. Datum in vigilia beate Katherine virginis et martiris.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 449. 8. dipl. oszt. 24449.

59. *Németújvári Miklós kir. tárnokmester, Bykugi várnagyának, a fülesi birónak és az odavaló lakóknak meghagyja, hogy az Ikechi (malomházi) dézsmát a borsmonostori apátnak kiszolgáltassák. Kethely, 1311. apr. 16.*

Nos Nicolaus magister tavarnicorum domini regis vobis comiti Iwanche castellano nostro de Bykug villico et populis de Fyles firmiter precipimus et districte, quatenus capecias terre Ikech et decimas, si quas usque ad hec tempora pertinentem ad dominum abbatem montis sancte Marie non persolvissetis vel pro vobis exegissetis omnino refundatis et restituatis; et volumus, ut manus vestras a modo ad capecias et iura ipsius domini abbatis non (ten)datis; quare volumus, ut fructus et iura iamdicte terre predictus dominus abbas percipiat plene et integre, aliud in premissis, si nostram dileccionem coram habere vultis, non facturi; miramur enim cur priores nostras literas noluistis acceptare, cum ex nostro precepto sint emanate, prout eciam in ipsis literis nostris prioribus continentur. Datum in Kedhel, feria sexta post festum Pasche, anno domini M° CCC° XI°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. Eccl. 27. 1. dipl. oszt 1755. és 1776. — V. ö. Fejér i. m. VIII. 1. 391. l.

Digitized by Google

60. *Miklós győri püspök Sopron város birája és polgárai ellen, Gentilis bibornok és pápai legatus előtt, rákosi épületei és palotája lerombolása miatt folytatott perében a polgárokkal száz márkában kibékül. 1311. jul. 3.*

Nos magister Nicolaus divina miseracione per graciam summi pontificis in episcopum Jauriensem confirmatus, habentes amministracionem in spiritualibus et temporalibus. Universis, quibus expedit, presencium significamus per tenorem, quod super dirucione seu destruccione palacii et edificiorum in Rakus, que est curtes episcopalis, super quo quidem negocio, per nos quescio mota fuit contra iudicem et cives de Suprunio, coram venerabili patre domino Gentili, miseracione divina ecclesie sancti Martini in montibus presbitero cardinali, sedis apostolice legato, ad peticionem nobilium et proborum virorum, nec non de consensu fratrum nostrorum capituli videlicet Jauriensis cum dictis iudice et civibus taliter concordavimus, quod iidem iudex et cives pro dictis damnis et iniuriis nobis solverunt centum marcas, quas quidem centum marcas nos solvimus pro debito ecclesie nostre domino legato prenotato. Unde nos eosdem iudicem et cives taliter reddidimus expeditos et pariter absolutos, ut de premissis nec nos nec successores nostri, contra eosdem cives valeamus movere quescionem. Datum tercio die post octavas festivitatis nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° decimo primo.

Hártyaszalagon függő pecsét romjaival; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában Lad. LV. fasc. 1. Nr. 1.

61. *A vasvári káptalan előtt Damonyai Miklós fia Kemén és birtokos társai, a Répcze folyón levő négykerekű malmukban malom-részüket Péter és Máté rokonaiknak zálogba adják. 1312. febr. 1.*

Nos capitulum ecclesie beati Michaelis de Castroferreo, presentes literas damus pro memoria, quod Kemen filius Nicolai de Damania pro se et pro Nicolao fratre suo

Digitized by Google

Lorando, Demetrio, Valentino filio Ipach, Johanne, Martino, Petro et Stephano filiis Petri de eadem, Alber filius Alber pro se et pro Jacobo fratre suo coram nobis constituti, terciam partem quatuor rotarum molendini currencium super fluvio Repche, quarum fructus annuatim sex muth dicuntur, de quibus duo muth Laurencio, Petro et Matheo fratribus suis debent provenire, impignorarunt eisdem Laurencio, Petro et Matheo pro novem marcis latorum denariorum tali modo, quod quandocunque illas novem marcas Kemen et socii sui refundere poterunt, rehabebunt terciam partem rotarum prescriptarum. Datum in vigilia Purificacionis beate virginis, anno domini M° CCC° decimo secundo.

Ugyancsak a vasvári káptalannak 1349-ben Péter Pál napján, Damonyai Loránt fia Pál kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije a verebi Végh cs. ltárában őriztetik.

62. *A győri káptalan előtt Szopori Jakab és Farkas fiai, nemzetségükbeli összes rokonaik nevében egy részről, más részről pedig Hetyei Kozma, Orbán és Pál fiai, szintén nemzetségükből való összes rokonaik nevében, a régi határok szerint birtokaiknak békés használatára nézve kiegyeznek. 1313. apr. 26.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie universis, quibus expedit, presencium significantes per tenorem, quod Nicolaus et Ruh filii Jacobi de Zupur, pro se et pro Petro, Andrea ac Jacobus fratribus eorum, item Johannes filius Fork de eadem, similiter pro se et pro Stephano ac Michaele fratribus suis, necnon pro universis cognatis eorum de generacione sua ab una parte, Cosmas filius Cosme de Hege pro se et pro Nikul filio Vrban, Petro filio Pauli et aliis proximis suis universis de generacione sua ex altera coram nobis personaliter constituti, super omnibus causis, contencionibus, homicidiis, possessionibus ac aliis universis in quocunque genere existant, inter partes exortis usque modo, per amicabilem composicionem nobilium ac proborum virorum taliter se concordasse retulerunt, quod predictas causas et iniurias hincinde excitatas, contra invicem sopitas et sedatas

Digitized by Google

reddiderunt, sub tale videlicet pena, quod quecunque ipsarum parcium super premissis et maxime super possessionibus quescionem suscitaverit, iterato convictus sine strepitu iudicii remanebit, tamquam si succubuisset in duello; preterea, quod partes in perpetua pace super possessionibus suis et heredes eorum in futurum possint permanere, iuxta veteres metas, quibus mediantibus patres et progenitores eorum suas possessiones ab antiquo possiderunt, novas metas in eodem cursu se dixerunt erexisse. Datum feria quinta infra octavas Pasche, anno domini Millesimo CCC° decimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Alsószopori Nagy cs. ltárában.

63. *A vasvári káptalan előtt Cséri Csépán fiai, Szopori Jakab, Sámson és Farkas fiait nyugtatják, hogy Szopori Demes özvegyének Isalch asszonynak és ezek leányának Liliomnak, hitbérét, hozományát és leánynegyedi járandóságát kiadták. 1313. szept. 8.*

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo notum facimus tenore presencium universis, quod Petrus filius Chepani de Cher pro se et pro Chepano fratre suo coram nobis personaliter constitutus, super dote et rebus parafarnalibus domine Isalch sororis sue, relicte Demus de Zupur, necnon quarta domine Lilium filie eiusdem domine Isalch, Nicolaum, Petrum, Andream, Jacabs et Ruh filios Jacobi, Stephanum filium Sampsonis fratris ipsorum ac Stephanum, Michaelem et Johannem filios Fark de eadem Zupur, receptis quatuor marcis ab eisdem, dixit esse expeditos penitus et per omnia coram nobis; quarum videlicet quatuor marcarum duas partes per Nicolaum filium Jacobi et fratres suos prescriptos, terciam vero partem per Stephanum filium Fark et fratres suos antedictos persolvisse affirmarunt coram nobis, hoc eciam interposito, quod si processu temporis idem Nicolaus vel fratres sui predicti racione dotis et quarte prescriptarum a quocunque fuerint molestati, Petrus filius Chepani antedictus et Chepanus frater suus tenentur a molestantibus omnibus expedire,

Digitized by Google

propriis laboribus et expensis. Quod ut ratum sit, presens scriptum contulimus, nostro sigillo communitum. Datum in festo Nativitatis beate virginis, anno ab incarnacione domini Millesimo trecentesimo decimo tercio; magistro Bors preposito, magistro Andrea cantore, Thoma custode, Johanne decano, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival, fönn chyrographummal; eredetije az Alsószopori Nagy cs. ltárábún.

64. *Imre fia Lőrincz hegykői comes, a Kanizsayak törzse, bizonyitja, hogy azon perben, melyet Széplaki Kese valamint Miklós és Imre muzsaji nemesek, Pousa nevű bátyjuk megölése miatt Homondus fia Péter ellen folytattak, a felek több hegykői polgár s több sarródi, széplaki és süttöri lakos közbenjárására s jótállása mellett kibékültek, s hogy a panaszolt öt és fél márka megfizetésére kötelezte magá. 1313. nov. 13.*

Nos magister Laurencius filius Emerici comes de Igku damus pro memoria, quod causam, quam Kese de Sceplok et Nicolaus ac Emericus comites nobiles de Musey, super morte Pousa fratris ipsorum, contra Petrum filium Homondus ad iudicium detinendo moverant coram nobis, super ipsa per arbitrium proborum virorum, videlicet Ibur et Gudev civium de Igku et Ihonis de Sorud ac Petri filii Been et Ceres de Sceplok taliter concordarunt, quod comes Mike et comes Sur de Sehter ac Nicolaus filius Lamperti, item Ihones iudex de Sorud et Stephanus filius Ferde de eadem, fideiussores eiusdem Petri filii Homondus, quinque marcas et mediam in denariis viennensibus ipsis Kese et Nicolao ac Emerico supradictis solvere tenerentur in tribus terminis infra scriptis, videlicet duas marcas in festo beati Andree apostoli nunc venturo, item duas marcas in festo Purificationis virginis gloriose, alteram mediam vero marcam in die medii Kadragesime *(igy)*, tali pena et obligacione interiecta, quod si primum terminum obmitterent in solvendo et crastinarent, iidem fideiussores superius nominati

Digitized by Google

cum integro homicidio solvere tenerentur, si secundum terminum negligerent in solvendo, ammitterent pecuniam prius persolutam et C^m C^m homicidio solvere tenerentur, ut ad id se spontanea obligarunt voluntate; soluciones autem pecunie supradicte debent fieri in Igku coram Ibur et Gudev ac Joseph et Mathia civibus de eadem. Datum in festo beati Bricii confessoris, anno domini M° CCC° tredecimo.

Zárlatán pecsét maradványával; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

65. *A soproni keresztesek conventjének praeceptora előtt, Susláni János és anyja, Suslan (Somfalva) nevű faluban, birtokrészüket három márka bécsi denárért Pál és Bertrand nagymartoni grófoknak zálogba adják. 1314. mart. 13.*

Nos magister Petrus et communitas de domo Cruciferorum in Suppronio, universis, quibus expedit, significamus presencium per tenorem, Johannem filium Johannis de Suslan una cum matre sua nomine Elyzabeth coram nobis publice confessum esse, se omnem partem hereditatis sue ibidem in Suslan, que eos contingit, cum proventu, qui ad hanc pertinet, dominis ac comitibus ville Martini maioris videlicet domino Paulo et domino Pertramo ac fratribus eorum pro tribus marcis denariorum viennensis monete rite et racionabiliter ac libere obligasse; inserta serie tali, quod si idem Johannes prefatam summam dederit dominis iam dictis, de festo sancti Georgii nunc venturo per anni ambitum in eiusdem festi termino, tunc hereditas predicta constat esse libera et soluta, si autem illud actum non fuerit, tunc iterum hereditas eadem solvi non poterit, usque revolucionem festi iam dicti, et sic deinceps, si dicta hereditas non solvitur in termino sepedicto, quociens revolvitur, ex tunc ante terminum aut post non potest redimi neque solvi, nisi in termino prefinito, harum serie literarum. Datum anno domini Millesimo CCC° XIIII° in media Quadragesima.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 393. 20. dipl. oszt. 1841. Közölve Kovács Nándor másolatából,

Digitized by Google

66. *I. Károly király adománylevele Hédervári Dénes fia Dezső részére, Felsőlövő (Sircz) és Szil (Rust) nevű birtokokról. 1317. sept. 24.*

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Et si regia celsitudo cunctorum sibi fideliter famulancium precibus aures sue benignitatis debet aperire, illorum tamen desideriorum votis specialius et obnoxius tenetur intendere, quos constantis fidelitatis opera et constancie fidelis obsequia ceteris pretulerunt. Proinde ad universorum noticiam harum serie literarum volumus pervenire, quod magister Desew filius Dionisii de Heydreh, fidelis noster, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia nostre maiestati declarans et proponens, quandam possessionem Fulseuluew vocatam, quondam Baxa filii Abraam in comitatu Supruniensi existentem, et aliam Ceel vocatam circa stagnum Ferthew adiacentem hominum sine herede decedencium, sicut dixit, a nobis in recompensacionem suorum serviciorum sibi dari et conferri postulavit. Nos igitur, qui ex debito nobilitatis regie, que in beneficiis largiendis continue increscere debet, universorum nobis fideliter obsequencium merita dignis retribucionibus confovere, et iustis petencium desideriis aures benignas adhibere debemus, dicti magistri Desew peticionibus inclinati, consideratis maxime fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis, quibus idem nobis intime fidelitatis affectu studuit complacere et specialiter in eo, quia possessiones suas universas hereditarias et acquisiticias, nostrorum infidelium hostili fremitu conculcari permisit et desolari reliquit, licet easdem illesas et indemnes conservare potuisset. Nolentes huiusmodi sue fidelitatis immemores existere, ut alios ad exhibenda nobis fidelitatis opera per hoc invitemus, dictas possessiones Fulseu-Luew et Cel, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis universis, ac tributo in ipsa possessione Fulseuluew ab antiquo existenti, si presens peticio sua nobis porrecta equitatem continet,

Digitized by Google

dedimus et contulimus ipsi magistro Desew, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo, pacifice possidendam, tenendam et habendam sine preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukullo, dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo trecentesimo decimo septimo, VIII° kalendas Octobris, regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

Vörös selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 357. 30. dipl. oszt. 1899.

67. *Pottendorfi Henrik soproni főispán levelet ir Németújvári Henrik fia Jánoshoz, hogy a római király közbenjárására, Németujvári András kegyetlenségeit és pusztitásait egyelőre visszatorolni nem fogja; egyszersmind Németújvári Jánost fölkéri, hogy I. Károly királynál járjon közben, hogy a Warti (Röjtökör) vámot, mely ispánságához tartozik, Nagymartoni Páltól és Bertalantól visszakaphassa; végre hogy I. Károly királytól azt is eszközölje ki, hogy Horsundorfi Vulfing ellen, ki a lajtapordányi besenyöket szétriasztotta, fölléphessen. Sopron, 1317. körül, nov. 26.*

Nobili ac honesto viro fratri et amico suo carissimo strennuo comiti Johanni filio Hainrici, Rudolphus de Potendorf comes Soproniensis promtam et servilem ad omnia voluntatem cum amicicia pleniori. Noveris vestra fidelis amicicia per presentes, quod magnificus princeps romanorum rex, nobilem virum Weycher de Topel ad meam presenciam noviter in Supronium destinavit, mihi per eundem firmiter precipiens et districte, quod cum magistro Andrea ad iussum suum quidquam mali et gravaminis disponere habeam vel tractare, manus meas ab omnibus suis possessionibus retrahendo, alioquin me sciam suam indignacionem et iram regiam

Digitized by Google

graviter incursurum; sed quia antedictus magister Andreas omnem composicionem et unionem inter serenissimum dominum meum Karulum regem Ungarie et inter ipsum ordinatam, nullis meis meritis exigentibus potencialiter violavit, qui se de quibusdam possessionibus domini mei regis Vngarie contumaciter intromisit et mihi quandam villam bonis omnibus spoliavit, et cuidam homini in tributo domini mei regis Vngarie residenti unum pedem in mei preiudicium amputavit, que omnia malefacta totaliter transeo sine vindicta, diligenter non cogito et intendo qualiter et quali via antedicto magistro Andrea pro suis gravibus et notoriis excessibus possem castrum aliquod expugnare, quod me proficere ..... bene spero; si autem huiusmodi mea intencio mihi efficacem processum habere non posset, ex tunc eadem guerras a magistro Andrea mihi illata *(igy)* viriliter retraho cum vindicta. Noveris et, quod nobiles viri magister Paulus filius Simonis et magister Bartholomeus filius Michaelis, quoddam tributum Wort vocatum ad meum comitatum Supruniensem de mero iure pertinentem contra iuris debitum possident atque tenent, rogo, ut causa mei servicii et amoris dominum meum regem Vngarie rogatum et supplicatum habeas, ut ipsis magistris suis regiis literis firmiter dignetur iniungere, ut mihi idem tributum Wort vocatum ad suum iussum remittere debeant penitus absolutum. Insuper noveris, quod nobilis vir Wulfingus de Harsendorf homines et speculatores domini mei regis Vngarie de Pardan nimium aggravaret, ita quod villam et possessiones suas intendunt exire unanimiter, quod bene interciperem, sed ipsa gravamina ex ordinacione domini mei regis Vngarie et pro suo beneplacito procedere timeo et oriri, quare peto, ut mihi intencionem et voluntatem domini mei regis in hoc facto inquirere et intimare velis, ut iuxta hoc processum meum contra antedictum Wulfingum de Harsendorf regere valeam cum fiducia pleniori. Datum in Supronii *(igy)* sabbato post Katherinam.

Kivül: Nobili ac honesto viro amico suo karissimo Johanni filio Hainrici.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a Kisfaludy cs. ltárában: Pottendorfi Rudolf 1318. jan. 19-én kelt oklevélben említetik mint

Digitized by Google

főispán, l. Hazai Okmánytár II. 31. l. 1318-ban Katalin napja éppen szombatra esett, azért az oklevél keltének napjára való tekintettel a hiányzó évszámot 1317-re tettem, mely évben Katalin napja pénteken volt.

68. *I. Károly király Vitézfölde nevű birtokot a Fertő tava mellett, Keich és Tard nevű birtokok között Sopron vármegyében, melyet Majádi Miklós bán fia István elfoglalt és Bánfalvának nevezett el, Lampert és Mike keichi nemeseknek visszaítéli. Temesvár, 1318. máj. 3.*

Nos Karulus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod Nicolaus filius Lamperti et Mike filius Nicolai nobiles de Keych servientes magistri Pauli filii Simonis et Bartholomei filii Michaelis dilectorum et fidelium nostrorum unacum eisdem dominis suis ad nostram accedentes presenciam, nobis humiliter supplicando dixerunt, quod quedam terra seu possessio Vytezfelde vocata in comitatu Soproniensi inter possessiones Keych et Tord iuxta fluvium Ferthev existens, quam Stephanus condam banus, frater Nicolai bani de Mayad, potencialiter aufferendo occupaverat, et eandem alio nomine Banfalva nominaverat, esset ipsorum hereditaria et ad eos iusto titulo pertineret, quam a nobis sibi reddi et restitui postularunt. Nos igitur, cui proprium est pensare iura singulorum, et unicuique suum ius, quo quis indebite privatus extiterat, reddere et restituere debemus, peticionibus eorumdem magistri Pauli et Bartholomei fidelium nostrorum, ac ipsorum Nicolai et Myke devotis supplicacionibus regio inclinati cum favore, predictam possessionem Vytezfelde in antiquis metis et terminis cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis universis predictis Nicolao et Myke eo iure, quo ipsorum fuisse dinoscitur, reddidimus et restituimus perpetuo possidendam, tenendam et habendam, excepta nihilominus quadam particula terre arabilis in eadem Vytezfelde quinquaginta iugera, sicut dicitur, in se continente, et exceptis tribus locis piscature in fluvio seu loco Fertou in ipsa possessione Vytezfelde a parte orientali existentibus,

Digitized by Google

quas progenitores memoratorum Nicolai et Myke contemplantes religiosi viri fratris Fabiani abbatis condam monasterii de Chatar proximi eorum eidem monasterio dicuntur perpetuo contulisse. Volumus igitur et vobis universis comitibus Soproniensibus nunc et pro tempore constitutis firmiter damus in mandatis, quatenus supradictos Nicolaum et Myke ac eorum heredes in sepedicta possessione Vytezfelde contra quoslibet indebite molestare volentes auctoritate nostra debeatis conservare. Datum in Themeswar in festo Invencionis sancte crucis, anno domini Millesimo trecentesimo decimo octavo.

A budai káptalan 1410. évi átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 390. 26. dipl. oszt. 1917. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

69. *A győri káptalan előtt Pethych Péter németi nemes Agyagos nevű birtokban a maga és Egyed testvérének részét az Osl nemzetségből való Imre fiának. Lőrincznek tiz márka denárért zálogba adja. 1318. sept. 14.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie universis, quibus expedit, presencium significamus per tenorem, quod comes Petrus dictus Pethych nobilis de Nemithy ab una parte, magister Laurencius filius Emerici de genere Osl ex altera, ad nostram accesserunt presenciam, et idem Petrus porcionem tam suam quam Egidii fratris sui iam defuncti, quam habebant in possessione Agagus in comitatu Supruniensi existentem, simul cum omnibus utilitatibus et pertinenciis universis, predicto magistro Laurencio, pro decem marcis denariorum viennensium plene sibi persolutis, a festo Exaltacionis sancte crucis, usque ad revolucionem festi eiusdem pignori obligavit, tali obligacione interposita et assumta, quod, si in predicto termino pro predicta summa pecunie redimere poterit, bene quidem, alioquin redimet in secunda revolucione festi eiusdem cum pena dupli; medio autem tempore dictus magister Laurencius percipiet utilitates possessionis supradicte, elapsis autem predictis duobus ter-

Digitized by Google

minis, in tercia revolucione predicti festi, ducentur per partes estimatores, et quitquid in estimacione excreverit, prædictus magister Laurencius solvet antedicto comiti Petro coram nobis. Datum in predicto festo Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC° decimo octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 564. 16. dipl. oszt. 1929.

70. *Amadé fia Miklós főispán kötelezi magát, hogy Fülöp fiának Istvánnak fiait és István fiát Konrádot, soproni polgárt, Egered nevű birtokban mindennemű háborgatások ellen megvédendi. Sopron, 1319. máj. 15.*

Nos magister Nicolaus filius Omodei comes Supruniensis, memorie commendantes significamus, quibus expedit, universis presencium per tenorem, quod accedentes ad nostram presenciam domino Servacio presbitero de Suprunio, unacum filiis magistri Stephani filii Philippi de eadem, videlicet Vincencio et Bartholomeo dictis, loco magistri Stephani patris ipsorum supradicto ab una parte, Chunrado filio Stephani civis eiusdem civitatis Supruniensis ab altera, iidem literas Ladizlai et Andree illustrium quondam regum Hungarie bone memorie, ac Karoli dei gracia illustris regis Hungarie domini nostri dilecti non cancellatas, non abrasas, nec in aliquo penitus viciatas nobis exhibuerunt, super donacione et collacione cuiusdam possessionis Egered vocate, in comitatu Supruniensi existentis, petentes a nobis cum devota precum instancia, ut ipsos in eadem possessione auctoritate regia ab omnibus ipsos indebite molestare volentibus, vellemus conservare; nos igitur regio precepto et mandato in omnibus volentes obtemperare, et peticionibus ipsorum iustis et legitimis consentire, iuxta quod in eisdem literis privilegialibus domini nostri predicti vidimus contineri, volumus eosdem in predicta possessione ab omnibus ipsos perturbare volentibus auctoritate eiusdem domini nostri supradicti conservare, pacifice et quiete, nullum a nobis et a nostris in eisdem damnum et nocumentum inferendo, sed salvos ipsos in omnibus suis iuribus predicte possessionis volentes in-

Digitized by Google

demniter observare. Datum Suprunii feria tercia proxima ante Ascensionem domini, anno domini Millesimo CCC° decimo nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. G. fasc. 1. Nr. 13.

71. *I. Károly király Garablyan, Gyalóka és Dicsk nevű birtokokat, Imre fiának Lőrincznek, a Kanizsayak ősének adományozza. 1319. jun. 16.*

Carolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Regie sublimitatis munificencia debet non immerito fidelitates et servicia metiri singulorum, et unicuique iuxta suorum exigenciam meritorum respondere muneribus donativis, ut alii ipsorum exemplo accensi, ad fidelitatis opera facilius invitentur. Proinde ad universorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Laurencius filius Emerici dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis servicia magne diligencie studio nobis impensa rememorans et exponens, quasdam possessiones seu terras Garablyan, Gyaloka et Dyukch vocatas in comitatu de Suprunio existentes, asserens eas fore quondam Stephani filii Both hominis sine herede decedentis, infidelisque nostri notorii, et ex hoc nostre collacioni devolutas, pro suis fidelibus serviciis sibi dari et conferri a nobis perpetuo postulavit. Nos igitur secundum quod regie magnitudinis expostulat et requirit officium, ut uniuscuiusque merita animo meciatur pietatis, et his, quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt, grata debeat reddere premia meritorum; reminiscentes de fidelitatibus et serviciorum meritis ipsius magistri Laurencii, que idem, continuis locis et temporibus opportunis nobis adherendo, possessiones et bona sua in manibus infidelium nostrorum desolacioni relinquendo, et suam personam dubiis fortune casibus, pro constancia fideli-

Digitized by Google

tatis nobis et sacre regie corone debita submittendo, et specialiter in conflictu theotonicorum, proximorum Andree filii Gregorii infidelis nostri specialis et notorii ac tocius regni nostri, quem iidem de Austria in subsidium eiusdem Andree ex conspiracione ipsius, contra nos et regnum nostrum ad rebellandum in obprobrium regiminis nostri temeraria sue feritatis presumcione venientes, spiritu inflati superbie, cum nostris fidelibus habuerunt et committere minime formidarunt, idem magister Laurencius, ut fidelitatem fidelitate aggregaret et ut fidei constancia evidens rerum experiencia in quolibet certis indiciis comprobaret, laudabiliter dimicando, multitudinem eorumdem Theotonicorum haut expavescens, et unum ex ipsis quasi pociorem et ceteris celsiorem captivando exhibuit summe fidelitatis studio et impendit; ubi quidam de suis servientibus pro observanda corone regie fidelitate viriliter decertantibus, usque ad extremam spiritus exinanicionem ingressi universe viam carnis, ibique provisione divina, per quam reges regnant et principes dominantur nostri fideles, arduo fidelitatis fervore efficaciter preliantes, victoriam obtinuerünt et triumphum laudabilem reportarunt; volentes pro huiusmodi fidelitatibus et serviciis specialibus predicti magistri Laurencii regie remuneracionis occurere eidem gratuito donativo, licet pretextu suorum serviciorum laudedignorum a nobis multo plura mereretur, tamen ut aliqualiter votis eiusdem annuamus, prememoratas possessiones Garablyan, Gyaloka et Dyukch cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis universis sub eisdem metis et terminis, quibus per eundem Stephanum infidelem eedem habite extiterunt et possesse, iamdicto magistro Laurencio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus sine preiudicio iuris alieni eo iure, quo nostre competunt collacioni, dedimus, donavimus et contulimus perpetuo possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukulleu, dilecti et fidelis nostri, anno

Digitized by Google

domini Millesimo CCC° decimo nono, sedecimo kalendas Julii regni autem nostri anno similiter decimo nono.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyáni cs. ltárában Körmenden. Miscell. 114. Alm. 5. Lad. 6.

72. *A zalavári convent előtt Bees bán fia László Boz nevű birtokát a Fertő tava mellett, Hidegséd és Balf birtokok között, Kanizsay Lőrinczuek zálogba adja. 1321. márt. 21.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani de Zala damus pro memoria, quod comes Ladizlaus filius Bees bani ab una parte, magister Laurencius filius Emirici ex altera, coram nobis sunt constituti, idem comes Ladizlaus exposuit suas articulorum causas (necessitatis), quibus fuerat occupatus et devolutus, quod cum in obsessione expugnacionis seu occupacione castri magistri Jahun filii Gregorii bani proximi sui, per magistrum Andream filium magistri Gregorii in ipso castro occupato, idem Ladizlaus captus fuisset et nec proximorum seu amicorum suorum in pecuniis iuvamen de ipso vinculo captivitatis eidem prestitum fuisset se defendendum et propria facultas sibi deserit in presenti, predictum magistrum Laurencium pro defensione capitis sui suplicando postulasset, quandam possessionem suam hereditariam Bvzy vocatam iuxta lacum Ferto, in comitatu Supruniensi existentem in commetaneitate seu vicinitate villarum Hydegsed et Wolf vocatarum, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, quibus idem comes Ladizlaus et predecessores sui possederunt, confessus est dicto magistro Laurencio pro sex marcis denariorum latorum viennensium pignori obligasse, quas ab eodem se recepisse dixit sub condicione gravaminis et vinculo literarum capituli Jauriensis, qua eadem possessio antea magistro Gregorio fratri iamdicti magistri Laurencii fuerat obligata, referens eciam idem comes Ladizlaus, quod quia predictus magister Laurencius in tempore seu ora *(így)* sue necessitatis bono animo et auxilio sibi adheserit, predictam possessionem suam pro ipsis viginti marcis, quibus ipsa possessio predicto magistro Gregorio forma pre-

Digitized by Google

cedenti impignorata fuerat, magistro Laurencio reliquit et commisit redimendam ab ipso magistro Gregorio memorato; nec hoc pretermittentes, quod cum propter discrimina presentis temporis partes se a malefactoribus et inimicis ..... paventes ad predictum capitulum Jauriense pro emanacione et facto literarum accedere recusent, cum eciam idem magister Laurencius in castro regali proprius nostro conventui vicinetur, mediantibus nostris literis supradictus comes Ladizlaus possessionem suam prelibatam duxit obligandam magistro Laurencio memorato; ad uberiorem eciam cautelam et firmitatem premisse obligacionis literas capituli Jauriensis predicti idem comes Ladizlaus promisit emanari facere hoc sub tenore. Datum in festo beati Benedicti confessoris, anno domini M° CCC° vigesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 6. 44. dipl. oszt. 2034.

73. *A zalavári convent előtt Vörös István fiai Emych és Dezső, rábaközi birtokukat Bogyoszló és Farád szomszédságában, Kanizsay Lőrincznek Zala vármegye főispánjának zálogba adják. 1322. jan 3.*

Nos conventus monasterii (beati Adriani de Zala) damus pro memoria, quod magister Emych filius comitis Stephani rufi pro se et pro Deseu fratre suo ab una parte, magister (Laurencius filius) Emerici comes Zaladiensis ex altera, personaliter coram nobis constituti, idem magister Emych quandam possessionem suam Da(masy) vocatam in Rabakuz prope Boguzlo et Farad existentem cum omnibus utilitatibus suis, excepta porcione Blasii fratris ..... ta et iuxta divisionem distinctam scilicet tercia parte eidem Blasio salva remanente, confessus est predicto magistro (Laurencio) in decem marcis denariorum viennensium plene receptis ab eodem pignori obligasse, a data presencium in quarto anno redimendam ..... mediante, quod iamdictus magister Emych et Deseu frater eius dictam possessionem eidem magistro Laurencio obligatam usque revolucionem predictorum quatuor annorum redimere non valebunt,

Digitized by Google

usus fructus et universas utilitates dicte possessionis magister Laurencius annotatus per predictos annos percipiet pleno iure, elapsis vero ipsis quatuor annis quandocunque iidem magister Emych et Deseu dictam possessionem redimere voluerint, in prescriptis decem marcis denariorum viennensium liberam habebunt redimendi facultatem a magistro Laurencio memorato, et quia partes, propter impacacionem et turbacionem regni, coram capitulo Jauriensi comparere nequierunt, ut presens accio et disposicio seu obligacio inter partes ratum atque firmum habeatur, partes mediantibus nostris literis se voluerunt obligare. Datum in octavis beati Johannis evangeliste, anno domini M° CCC° vicesimo secundo.

Papiron, zárlatán a convent félig ép pecsétével; több vizfolt által sokat szenvedett; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 22. 4. dipl. oszt. 2085.

74. *A pannonhalmi convent előtt Jakab bakonbéli apát, a monostorához tartozó Árpás nevű birtokban a révjognak, és Szil nevű birtokban a vásárjognak elfoglalásától Móriczhidai Móriczot tiltja. 1322. jan. 7.*

Nos conventus monasterii sancti Martini de sacromonte Pannonie damus pro memoria, quod venerabilis in Christo pater dominus Jacobus abbas monasterii de Beel constitutus personaliter coram nobis, suo et ipsius monasterii sui nominibus proposuit protestando, quod tributum portus seu pontis in possessione dicti monasterii sui Arpas vocata super fluvium Raba stantis, quod nunc magister Mauricius detinet, et tributum fori de Zyl ad idem monasterium suum efficacium instrumentorum vigoribus pertinerent, in quorum eciam dominio pleno et pacifico ante et usque tempora impacata semper ipsum monasterium extitisset, sed postmodum durantibus ipsis temporibus guerrosis, dum dictum monasterium incendio, variis vacacionibus, aliisque oppressionibus et incommodis quamplurimis subiacens, ad extremam pene exinanicionem redactum fuisset, eadem tributa, sicut et alie quamplures possessiones et iura eiusdem monasterii per manus potentes ab ipso monasterio ablata et alienata atque occupata extitissent, et adhuc occupata detinerentur, in

Digitized by Google

ipsius monasterii et suorum rectorum grande preiudicium et iacturam; adiciens ipse abbas similiter protestando, quod quamquam ipse sua et ipsius monasterii prepediente penuria ad presens predicta tributa et alia iura ab occupatoribus et detentoribus eorumdem requirendi careat facultate, quam primum tamen dei pietas huiusmodi inopiam dignabitur relevare, eadem omnia et singula requirere et recuperare intenderet, pro suis viribus ut tenetur; medio autem tempore prelibatum magistrum Mauricium et alios quoslibet prescriptorum tributorum occupatores et detentores ab eorum ulteriori occupacione et detencione indebita et iniusta, ac vendicione, alienacione, perpetuacione et alia cuiusvis coloris distraccione, regiam eciam maiestatem a collacione et donacione eorumdem quibuspiam personis factis hactenus aut in posterum faciendis, nominibus quorum supra prohiberet, et coram nobis prohibuit ministerio vive vocis contradicendo manifeste; petens instanter a nobis super protestacione et prohibicione suis premissis testimoniales literas sibi dari. Quod et faciendum duximus per presentes, sigillo nostro munitas communi iusticia et regni consvetudine requirente. Datum in crastino festi Epiphanie domini, anno Millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a pannonhalmi főapátság ltárában. Capsa 50. X. Közölve néhai Stachovics Remig másolatából.

75. *A győri káptalan bizonyság-levele Tamási nevű birtokról, mely végett Gáni Miklós Kapui várnagy, soproni alispán és biró társai előtt, Babothi Péter fiai Vörös István fiai ellen pert folytattak, s melyet megis nyertek azonban a birtokot az Osl nemzetségből való Lőrincz mint szomszéd magához váltotta. 1322. jun. 4.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod comes Nicolaus de Gaan castellanus de Kopu, vicecomes Supruniensis, misso ad nos nuncio petivit a nobis humiliter et devote, ut hominem nostrum pro testimonio

Digitized by Google

fide dignum, coram quo idem comes Nicolaus quandam possessionem, Emuch, Deseu et Blasii filiorum quondam, rufi Stephani, Thamasy vocatam, qui quidem filii dicti Stephani ad ipsius presenciam et Belyud filii Belyud ac Nicolai filii Pauli de Wezeken, in iudices tocius provincie comitatus Supruniensis deputatorum, contra Michaelem et Nicolaum filios Petri de Bobuth legitime citati, in septem terminis contumaciter venire non curassent, nec pro se misissent aliquem vel aliquos ad respondendum, convocatis vicinis et conterminalibus prefate possessionis Thamasy, assignaret eandem predictis Michaeli et Nicolao, dirigere dignaremur. Nos itaque peticionem prefati comitis Nicolai castellani de Kopu attendentes in hac parte fore iustam et legitimam, discretum virum magistrum Petrum clericum et notarium nostrum, ad eundem duximus destinandum, qui demum ad nos reversus nobis retulit, quod memoratus comes Nicolaus de Gaan, accedens super faciem memorate possessionis Thamasy, unacum predictis Belyud et Nicolao iudicibus, eandem reambulassent, metis et terminis distinctam, coram vicinis et conterminalibus predicte possessionis, videlicet Emerico filio comitis Emerici de genere Osl, Ladizlao filio Laurencii de Cheke, item Jacobo filio Bene de Chafurd et Ompud filio Andree de eadem Cheke ac aliis quam pluribus nobilibus de provincia inibi convocatis, et assignasset predictis Michaeli et Nicolao filiis memorati Petri de Bobuth pro iniuriis et damnis quadraginta marcarum minus una, per eosdem filios Stephani ipsis irrogatis et illatis, et postmodum facta assignacione possessionis antedicte, sepedictus magister Emericus filius comitis Emerici, tam suo quam Gregorii et Laurencii magistrorum fratrum suorum nomine, assignacioni prefate possessionis inhibendo contradixit allegando et dicendo, quod racione vicinitatis et commetaneitatis redemcio et emcio possessionis prelibate regni consvetudine requirente ad ipsos pertineret; qui quidem Michael et Nicolaus, audita huiusmodi contradiccione legitima et iusta, prefatam possessionem Thamasy vocatam, pro summa nonaginta marcarum, damnum videlicet predictarum quadraginta marcarum minus una ipsis illatum, nec non iudicia pre-

Digitized by Google

dictorum comitis Nicolai et duorum iudicum provincie in se includendo, in quibus iudiciis iidem Emuch et fratres sui remanserant, predictum magistrum Laurencium filium comitis Emerici ad se redimere ultro permisissent; quam quidem pecuniam predicti Michael et Nicolaus nec non comes Nicolaus de Gaan et antedicti duo iudices provincie se plenarie recepisse confessi extitissent; et postmodum facta huiusmodi solucione pecunie memorati Michael et Nicolaus necnon prefatus comes Nicolaus et dicti duo iudices provincie sepedictam possessionem Thamasy, sub eisdem metis et terminis, quibus dicti Emuch, Deseu et Blasius ac patres eorum dinoscebantur possedisse, contulissent et assignassent sepedicto magistro Laurencio et heredibus suis, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, in quibuscunque consistant, perpetuo et irrevocabiliter possidendam. In cuius rei memoriam, et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante octavas festivitatis Pentecostes, anno domini M° CCC° vicesimo secundo; magistris Damiano preposito, Michaele lectore, Nicolao cantore, Michaele custode ecclesie nostre existentibus.

Zöld és veres czérnán függő pecsét nyomaival, felül chyrographummal; eredetije Kismartonban a hg. Esterházy cs. ltárában, G. 272. 14. Hasonló tartalmu itélet-levele van ugyanott nevezett Gány Miklós alispánnak »feria quarta, ante octavas festivitatis Pentecostes 1322»; ugyan csak a fenebbi birtokról Lőrincz mester részére. Ugyanott megvan a győri káptalan bizonyságlevele, hogy 1324-ben Vörös István fiai Damasy nevű birtokot, melyet IV. László királytól kaptak adományba, Kanizsai Lőrincznek hatvan márkáért eladták.

76. *A zalavári convent előtt az Osl nemzetségből való Péter fiának Dénesnek fia Dezső, birtok részét Agyagoson Kanizsay Lőrincznek eladja. 1322.*

Nos conventus monasterii beati Adriani de Zala universis Christi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ne ea, que aguntur in tempore, (excidantur) a memoria hominum, quia res humane fragiles sunt, consvevimus scriptis autenticis roborare. Proinde universorum noticie fieri volumus manifeste, quod

Digitized by Google

Deseu filius Dionisii filii Petri de genere Oslu pro se et Stephano fratre suo ab una parte, magister Laurencius filius Emerici de generacione eadem ex altera, in nostri personaliter constituti presencia, idem Deseu totam porcionem in possessione eorum Agagus vocata, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis ipsos contingentem in comitatu Supruniensi existentem, confessus est vendidisse predicto magistro Laurencio, pro viginti quinque marcis, quas se recepisse dixit ab eodem, per eundem heredum in heredes perpetuo et inrevocabiliter possidendam. Relatum eciam extitit per eosdem, quod, quia propter discrimina temporum seu temporis impacatum, partes in parochionali capitulo, propter metum suarum personarum in premissa vendicione comparere nequiverint, et predicte persone presenti tempore pro servicio regali nostro conventui propinguiores extiterint, nostris literis presentibus duxerunt muniendam. Ut igitur presens rei racio vel vendicio robor optineat perpetue firmitatis, presentes nostro sigillo duximus roborandam. Datum et actum anno dominice incarnacionis M° CCC° XX° secundo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 564. 17. dipl. oszt. 2140.

77. *I. Károly király Ceel vagy Zil (Rust) nevű birtokot, Barandrez fia Konrád fiainak, a Czirákyak őseinek adományozza. 1323. febr. 17.*

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps salernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Regie convenit maiestati, ut suorum subditorum fidelia servicia favoris oculis prospiciat et attendat, et fideliter obsequentes extollat honoribus, dotet possessionibus et ditet regalis munificencie donativis, ut alii eorum exemplo ad fidelitatis opera exercenda facilius invitentur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Stephanus filius Corrardi filii Barandrez fidelis noster ad nostram acce-

Digitized by Google

dendo presenciam et nostrum regium animum, de suarum fidelitatum serviciis exacte diligencie studio nobis impensis, faciens reminisci, quandam possessionem, sicut dixit, hominis sine herede decedentis, Ceel vocatam in comitatu Supruniensi existentem, a nobis sibi, Thome et Johanni fratribus suis dari et conferri perpetuo postulavit. Nos itaque, qui ex debito nobilitatis regie singulorum merita prospicue contemplacionis oculis pensare et pensata digne retribucionis premio debemus confovere, fidelitatum meritis laude dignis ipsius Stephani in memoriam maiestatis nostre tenaci memoria revocatis, per que nobis in nostris et regni nostri negociis tam prosperis quam adversis, ac expedicionibus necessariis, que suo modo per singula longum esset enarrare, et presentibus inseri tediosum, pro nostri honoris incremento viriliter decertando, variisque fortune casibus se creberrime submittendo, quo fideliter eo diligenter studuit complacere et se reddere graciosum, antedictam possessionem Ceel cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub antiquis metis et terminis, quibus per priores possessores eadem hactenus habita extitit et posessa, antedicto Stephano, Thome et Johanni fratribus eiusdem prenotatis, et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus, ut eorum votis paulisper annuamus, et reliqui discant sub principe gracioso devocius famulari, absque preiudicio iuris alieni, dedimus, donavimus et contulimus perpetuo iure possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales, novi sigilli nostri et autentici duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai Albensis ecclesie prepositi et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo XX° tercio, tredecimo kalendas Marcii regni autem nostri anno similiter XX° tercio; venerabilibus in Christo patribus domino Bogezlao dei gracia Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensis, Benedicto Chanadiensis, Nicolao Jauriensis, Georgio de sancto Irineo, Ladizlao Quinqueecclesiensis, fratre Petro Boznensis, Iwanka Waradiensis, Herrico Vesprimiensis et Chanadino Agriensis eadem gracia

Digitized by Google

ecclesiarum episcopis, dei ecclesias feliciter gubernantibus; Philippo palatino comite de Scepus et de Wyuar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et de Trinchinio, Lamperto iudice curie nostre comite Nitriensi et Chanadiensi, Thoma voivoda Transsilvano comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclavonie comite Supruniensi et de Kamarun, Paulo bano de Machov comite Sirmiensi de Wolkou et de Budrug, Mykch magistro tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre, Desew iudice curie eiusdem domine regine, Nicolao comite Simigiensi et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Zöld és vörös selyem-zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 377. 28. dipl. oszt. 2143.

78. *A csornai convent előtt Tamás pozsonyi őrkanonok, Kanizsai Lőrincz mint a csornai egyház kegyura irányában magát arra kötelezi, hogy Pál csornai prépost által netalán elkövetett kártételekért jót áll. 1323. márt. 16.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie, significamus, quibus expedit, universis, quod discretus vir magister Thomas custos ecclesie Posoniensis ab una parte, magister Laurencius filius Emerici de Chorna ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Thomas assumsit et obligavit se, pro religioso viro fratre Paulo de ordine fratrum premonstratensium preposito, per suum curatorem ad monasterium beati Michaelis archangeli de eadem Chorna destinato, super eo, ut quamdiu dictus frater Paulus prepositus in prefato monasterio perseverare voluerit et dicto monasterio damnum intulerit, extunc prefatus magister Thomas satisfaciet de damnis illatis prefate ecclesie et patronatus eiusdem. Datum feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° vicesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, csornai prépostsági iratok. 35. 32.

Digitized by Google

79. *I. Károly király előtt az Osl nemzetségből való Miklós váradi prépost és testvére György s ezek rokona Kanizsay Lőrincz zalai főispán, Garablyan (ma Grébli, Salamonfa egyik része) Gyalóka és Dicsk nevű birtokokat maguk között két részre felosztják. 1323. apr. 11.*

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex princeps sallernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Regalis dyadematis elegancius attolitur decor et ornatus, dum primordialis sue munificencie beneficia inconcusse stabilitatis et perpetue firmitatis suscipit fulcimenta. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod constitutis in nostri presencia Nicolao preposito Waradiensi comite capelle domine regine consortis nostre carissime pro se et Georgio fratre suo de genere Osl ex una parte, ex altera vero magistro Laurencio filio Emerici comite Zaladiensi a nostra regia pecierunt maiestate unanimiter et concorditer, ut possessiones Garablyan, Gyaloka et Dyukch vocatas, quas nomine hominis sine herede decedentis supradictus magister Laurencius a nobis obtinuerat sibi conferri, mediantibus literis nostris privilegialibus, quarum tenor presentibus est insertus. Prefatus vero Nicolaus prepositus et fratres sui similiter nomine hominis sine herede decedentis, obtinuerant, quas eciam suas esse dicebat hereditarias et iniusto modo alienatas; tamen propter bonum concordie et affectum fraternitatis inter se taliter ordinarunt, ut supradicte tres ville seu possessiones equaliter dividantur, quarum media pars supradicto magistro Laurencio, alia vero medietas preposito memorato et fratribus suis cedet perpetuo possidenda, cassatis omnibus aliis literis, si que quomodolibet forent emanate super facto possessionum predictarum; petentes nos diligenti cum instancia, ut ipsas literas nostras privilegiales seu ipsam donacionem nostram supradictis condicionibus et divisionibus insertis in easdem, ratam habere nostroque novo sigillo et autentico dignaremur

Digitized by Google

confirmare; quarum quidem literarum tenor talis est: Carolus *(stb. l. föntebb 71. sz. a.)* Nos itaque servicia meritoria et fidelitates preclaras sepedicti Nicolai prepositi et fratrum suorum ac magistri Laurencii proximi eorundem in memoriam revocantes, ipsorumque peticiones iustas admittentes cum condicionibus predictis ipsum privilegium nostrum ratificamus, approbamus, acceptamus et presentis scripti patrocinio appositioneque sigilli nostri novi et autentici confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi ecclesie Albensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° tercio, sexto idus Aprilis, regni autem nostri anno similiter XX° tercio; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Sirmiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transsilvano, Herrico Vesprimiensi et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino comite Zepesiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi, Lamperto iudice curie nostre comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclavonie comite Soproniensi et de Kamarun, Mykch magistro tavarnicorum domine regine, carissime consortis nostre, Deseu iudice curie eiusdem regine, Paulo bano de Macho comite Sirmiensi de Wolko et de Bodrug, Blasio magistro agazonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum et castellano de Myhald, Nicolao comite Simigiensi et aliis quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Függő pecsét nyomaival; eredetije két példányban a hg. Batthyáni cs. ltárában Körmenden. Misc. 116. Alm. 5. Lad. 6.

Digitized by Google

80. *Németújvári Kakas Miklós előtt, Pulai Pál magát arra kötelezi, hogy Chuz Pál rokonának megöléséért a borsmonostori conventnek egy malmot fog adományozni. 1323. dec. 27.*

Nos magister Nicolaus dictus Kokas filius magistri Nicolai palatini notum facimus omnibus presentibus tam futuris presens scriptum intuentibus, pro memoria eciam damus presentes literas, quod se Nicolaus de Pula pro homicidio Johannis cognati comitis Pauli dicti Schuz (Chuz), quem et ipse interfecit debito modo expedivit, secundum arbitrium proborum virorum, ita condicionaliter, quod idem Nicolaus de Pula pro homicidio predicto ultra nunquam molestetur, nec per comitem Paulum et ad ipsum pertinentes non offendatur; idcirco Nicolaus de Pula unum molendinum situm in Pula, cum omnibus rotis, ecclesie beate virginis Marie de Borzmonostra donavit perpetue possidendum. Ne hec dicta revocentur, sed fixa et rata permaneant literam nostram sub nostro sigillo sigillatam donavimus, in tutelam et securitatem. Datum anno domini Millesimo CCC° vicesimo tertio, in die sancti Johannis evangeliste, post domini incarnacionem.

Hártyaszalagon függő s a Héder nemzetség czimerét ábrázoló ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban Borsmonostori okmányok 27. 4. dipl. oszt. — Rövid kivonatát adja Fejér i. m. VIII. 2. 499.

81. *Demeter kir. tárnokmester előtt Mihály fia Iván és rokonai azon pert, melyet Pachya birtok iránt Sopron város ellen folytattak, megszüntetik. Buda, 1324. jan. 20.*

Nos Demetrius magister tavarnicorum domini nostri regis et comes Bachiensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod Iwan filius Michaelis pro se et pro Nicolao ac filiis ceteris Gregorii filii Sandor proximi sui ab una, parte ex altera Ditricus iudex, Nicolaus Kolb, Stephanus filius Philippi, magister Paulus arcuparius, cives civitatis Supruniensis, pro se et pro ipsa tota civitate coram nobis personaliter constituti, idem Iwan confessus est viva voce, quod super quadam terra Pachya vocata, prope civitatem adiacente, racione cuius

Digitized by Google

terre causam contra eosdem cives movisset, per amicabilem composicionem et ordinacionem proborum virorum, ad plenam pacem seu concordiam devenisset cum eisdem, pacifice ipsam terram eisdem civibus in civitate possidendam relinquendo, cum suis utilitatibus universis, tali modo, quod racione ipsius terre, contra eandem civitatem aliquam quescionis materiam incitare non poterit seu movere. Datum Bude, in quindenis festi Epiphaniarum domini, anno eusdem M° CCC° XX° quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. C. fasc. 1. Nr. 14. Tévesen 1344. év alatt van registrálva, V. ö. Fejér i. m. VIII. 2. 579. l. hol az említett birtok Paghya néven fordul elő.

82. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Kanizsai Lőrincz és testvérei, ugyan azon nemzetségből több rokonaikat Szerdahely (Stodra), Heryn (Hirm), Moruch (Márcz), Semverth (Zemenye), Hublen (Höflein), Agyagos és Némethi nevű birtokaik elidegenitésétől tiltják. 1324. márt. 28.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie, damus pro memoria, quod magister Laurencius filius comitis Emerici de genere Osl pro se et pro magistro Gregorio, Emerico, Michaele ac Deseu fratribus suis, coram nobis personaliter constitutus, extitit protestatus, quod Petrus filius Petri dictus Pethyz, Nicolaus filius Dominici, item Stephanus et Deseu filii Dionisii, ac alii filii Andree de Nemethy in Rabakuz, possessiones ipsorum in Zeredahel, in Heryn, in Moruch, item in Semverth, in Hublen, in Agagus et in predicta possessione Nemethy, necnon alias ubique locorum, in regno Hungarie existencium, ipsis inrequisitis vendicionis et obligacionis titulo alienare intenderent, in preiudicium ipsorum non modicum et gravamen, personis australibus et in eodem regno Hungarie existentibus; unde huiusmodi vendicioni et alienacioni suo et predictorum fratrum suorum nomine contradixit inhibendo, inhibuit contradicendo, asserens, quod non aliis, nisi ipsis pertinere, racione proximitatis et vicinitatis, dinoscatur ad emendum, secundumque racio dicta veritatis et regni requirit

Digitized by Google

consvetudo. Datum feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° vicesimo quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 564. 9. dipl. oszt. 2236.

83. *A győri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Kanizsay Lőrincz Nymygh nevű birtokában (a mai Fertő-Szent-Miklós) a határjárást teljesítette. 1324. nov. 10.*

Excellentissimo domino suo domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Jauriensis ecclesie oraciones in domino debitas et devotas. Excellencie vestre literas obediencia et reverencia omnimoda, qua tenemur, recepimus hunc tenorem continentes: Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Noveritis, quod Laurencius filius Emerici fidelis noster ad nostram accedens presenciam dixit nobis, quod cuiusdam possessionis sue Nymygh vocate in comitatu Soproniensi existentis, per nostram graciam sibi collate instrumentum casualiter amisisset, cuius rei causa fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Philippus de Pugund vel Georgius de Pinie, altero absente homo noster predictam possessionem convocatis commetaneis et vicinis per veteres metas reambulando et in eadem metas erigendo, ubi necesse fuerit, restituat predicto magistro Laurencio perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, contra eundem magistrum Laurencium ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et posthec diem citationis, terminum assignatum, nomina citatorum et cursus metarum cum tocius facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, in festo beati Demetrii martyris, anno domini M° CCC° vicesimo quarto. Nos igitur vestre excellencie mandatis satis facere cupientes, ut tenemur, discretum virum magistrum Petrum notarium nostrum cum eodem Philippo homine vestro pro testimonio ad exequenda premissa duximus destinandum, qui demum ad nos reversi

Digitized by Google

retulerunt, quod feria secunda infra octavas Omnium Sanctorum proxima, ad faciem predicte possessionis Nymygh accedendo convocatis vicinis et commetaneis eiusdem, videlicet Benedicto filio Bartholomei, Johanne filio Gregorii et Martino filio Ladislai nobilibus de Muse et aliis quorum interesse debuit, eandem possessionem Nymygh cum ecclesia beati Nicolai ibidem constructa per veteres metas reambulando statuisset eidem magistro Laurencio perpetuo possidendam nullo contradictore apparente; cursus autem metarum possessionis eiusdem taliter distinguntur: quod prima meta a parte orientis existit iuxta possessionem Nicolai filii Johannis, abhinc vadit ad duas metas antiquas, deinde vergit ad partem meridionalem, ubi sunt circa magnam viam due mete antique, et ibi vicinatur possessioni eiusdem magistri Laurencii, prope aquam Ikva, abhinc vero transeundo eandem aquam Ikva, vicinatur possessionibus predictorum nobilium de Muse, ubi sunt due mete iuxta magnas arbores quercus vocatas, deinde vero reflectitur per silvas Zereth vocatas et vadit ad partem occidentalem, ubi vicinatur possessioni eiusdem magistri Laurencii, et deinde vergit ad partem aquilonis, ubi eciam vadit iuxta possessionem eiusdem magistri Laurencii et fratrum suorum Zeredahel vocatam et ibi terminatur. Datum die sabbati ante festum beati Martini confessoris, anno superius annotato.

I. Károly királynak 1324. tercio idus Decembris kiadott privilegiumjából; melynek eredetije a kismartoni ltárban őriztetik; megvan I. Lajos király 1357-ki átiratában is az orsz. ltárban N. R. A. 643. 12. dipl. oszt. 12382. Fejér Gy. is közli i. m. VIII. 2. 546. l. de az érdekes határjárás elhagyásával.

84. *I. Károly király a hűtlen Ingram Ceyl (Rust) nevű birtokát, a Héder nemzetségből való Dezsőnek adományozza. 1325. jan. 10.*

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps sallernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Erga regiam maiestatem parvi meriti putaretur fidelitas,

Digitized by Google

nisi infidelitas, correccionem recipiens repressivam, puniretur, tunc enim quasi conspicue elucescunt virtutes, cum invicem opponuntur, et virtutes viciis preferuntur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod quia Ingram damnabili presumcione infidelitatis nota offuscatus, Dionisium filium Obulgan in serviciis incliti principis beate recordacionis domini Belee quondam regis Hungarie avi nostri karissimi procedentem, et de Posonio venientem captivavit et preconcepta materia malignandi, teutonicis tradidit, a quorum captivitate trecentis marcis plene persolutis et tribus bonis equis datis, se liberavit, per quorum eciam tormenta intollerabilia et enormia, idem Dionisius diem clausit extremum. Nos advertentes, quod publice utilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita, et ne per impunitatis audaciam facti, perversitas aliis malefactoribus transeat in exemplum, de consilio prelatorum et baronum nostrorum eundem Ingram et suos posteros, quadam possessione ipsorum Ceyl vocata, in comitatu Supruniensi existente, duximus spoliandos; quam quidem possessionem Ceyl, consideratis fidelitatibus et serviciorum preclaris meritis magistri Deseu filii Dionisii de genere Hedryh dilecti et fidelis nostri, quibus nobis multipliciter meruit complacere, cum omnibus eiusdem possessionis utilitatibus et pertinenciis universis, sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, a predicto Ingram et suis heredibus tanquam male meritis, ut perpetua laborent egestate, et regia indignacione, quam promeruere, puniantur, auferentes, dedimus, donavimus et contulimus perpetuo iure possidendam, tenendam, irrevocabiliter et habendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales novi et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Budensis aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo CCC° vicesimo quinto, quarto idus Januarii, regni autem nostri anno similiter vicesimo quinto; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, fratre Petro Boznensi,

Digitized by Google

Georgio Sirmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Herrico Vesprimiensi, Iwanka Waradiensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Chanadino Agriensi et Andrea Transsilvano ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino comite Scepesiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi, comite Alexandro iudice curie nostre, Thoma voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclavonie comite Supruniensi et de Cumarum, Paulo bano de Machou comite Sirmiensi, de Wolkou et de Budrugh, Mykch magistro tavarnicorum domine regine consortis nostre karissime, predicto Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi aliisque quampluribus, regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Kivül: XV-ik század végéről való irás »Super Chyl Rwsth«.

Rózsaszinű selyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 33. 3. dipl. oszt. 2278.

85. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Imre fiai a Kanizsayak elei egyrészről, másrészről Osl fiai az Ostffyak ősei, harmadik részről pedig Jakab fiai, a magban szakadt András fiainak csornai, beledi, csapodi és szerdahelyi birtokrészein osztoznak. 1325. jan. 15.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus, quibus expedit, universis, quod magister Gregorius filius comitis Emerici de generacione Osl, pro se et pro Laurencio, Emerico, Michaele et Deseu magistris fratribus suis uterinis ab una parte, magister Johannes filius comitis Osl similiter pro se et pro Nicolao et Dominico fratribus suis, item pro Johanne et Stephano filiis Jacobi, proximis et cognatis suis ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Gregorius suo et predictorum fratrum suorum nomine confessus est et retulit viva voce ut quartam partem possessionum Johannis et Jacobi filiorum Andree proximorum et consanguineorum ipsorum, quondam

Digitized by Google

sine herede decedencium, in quatuor possessionibus videlicet in Chorna, Belyud, Chapud et Zeredahel vocatis, tum amore fraternitatis, tum racione eciam proximitatis, secundum quod idem Johannes et Jacobus possedisse in sua vita dinoscuntur, dedissent, assignassent et contulissent prefatis magistro Johanni, Nicolao et Dominico fratribus suis necnon Johanni et Stephano filiis Jakobi possidendam perpetuo et habendam; preterea super dote et dotaliciis domine Elizabeth, relicte ejusdem Jacobi filii Andree et domine Kathych filie dicti Johannis quarte naturalis, sepedictus magister Johannes cum fratribus suis et aliis proximis suis prenotatis, prefato magistro Gregorio et ..... fratribus suis antedictis quinquaginta marcas minus una exsolvissent, secundum quod solucio quarte partis dotis et dotaliciorum, prefatorum et quarte filie, ut pretactum est, ipsos contingebat; super quo negocio sepedictus magister Gregorius, suo et fratrum suorum nomine, eosdem magistrum Johannem, fratres et proximos suos reddidit expeditos, et per omnia absolutos, renunciando omni liti et accioni, moventibus in futurum. Datum feria tercia proxima post octavas Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° vicesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában Ostfiasszonyfán.

86. *A győri káptalan előtt Nagymartoni Pál, Siklós, Pecsenyéd, Kövesd (Szárazvám), Ikka és Szerdahely (Stodra) nevű birtokait nyolczvan talentom bécsi széles denárokban jegyesének Pottendorfi Erzsébetnek leköti.*

1325. jan. 17.

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Paulus filius Simonis de maiori Martino unacum magistro Laurencio fratre suo uterino in nostri presencia personaliter constituti, viva voce et unanimi simul et conformi deliberacione sunt confessi, quod quia idem magister Paulus nobilem dominam Els, filiam videlicet comitis Alberti

Digitized by Google

de Pothundorf, in Theotonia, sibi legali matrimonio recepisset legitimam in uxorem, dote et dotaliciis mediantibus, consvetudine terre Austrie exigente porciones suas, que ipsum racione divisionis communis, inter fratres suos facta contingunt, in villis et possessionibus videlicet in Sykey decem talenta et decem denarios, item in Bechenev viginti talenta minus decem et octo denariis, item in villa Ikka quindecim talenta, item in villa Kwesd tredecim talenta cum quinque denariis, item in villa Zeredahel sedecim talenta, cum tribus denariis et allodium in eadem possessione, habens in se sexaginta trium iugerum araturam pro sex talentis reddituum, simul computando, quorum quidem talentorum, summa in universo continet octaginta talenta reddituum latorum denariorum viennensium, prefatus magister Paulus ex beneplacito dicti magistri Laurencii fratris sui et permissione, eidem nobili domine Els consorti sue karissime, pro huiusmodi dote et dotaliciis suis, sub obligamenti titulo dedit, tradidit et contulit perpetuo, pacifice et quiete, simulcum ipsius domine heredibus, heredumque suorum successoribus, per dictum magistrum Paulum in futurum procreandis, possidendas, tenendas et habendas, talibus condicionum articulis inclusis et insertis, quod si antedictum magistrum Paulum divina clemencia vocante sine heredum solacio de hac luce migrare contingerit, extunc fratres, cognati et proximi ipsius magistri Pauli prefata octaginta talenta reddituum seu porciones memoratas, pro octingentis talentis latorum denariorum viennensium, ab eadem domina Els liberam habebunt redimendi facultatem, ipsorum vero scilicet fratrum et proximorum dicti magistri Pauli, predicte pecunie medio temporum intervallo summa cessante ac deficiente, et dicte domine Els necessitatibus articulorum ingruentibus, suprafatos octaginta talentorum redditus, a dicta domine Els redimere requiverint, domina Els prelibata octaginta talenta reddituum prenotata, cuicumque aut quibuscunque ei videbitur fore sanum pariter et aptum, consimili iure et obligamento, quo ipsa possidet et possedit, absque omni controversie scrupulo impedimento proculmoto, dandi et obligandi liberam habebit facultatem ac copiam

Digitized by Google

proprie voluntatis, qui quidem dictarum possessionariarum porcionum receptor aut receptores, eo iure pacifice possidebunt; tali autem condicionis articulo interiecto, ut dicti, magistri Pauli fratres et proximi, iuxta ipsorum posse et rerum vallitudinem, tempore eis affluente, sepedictos octaginta talentorum redditus, ad cuiuscunque manus obligando, dando, assignando, tunc devolutos, iure quo dicta domina Els possedit, ab eodem vel ab eisdem, pro octingentis talentis denariorum latorum viennensium, superius annotatis, liberam habebunt redimendi facultatem, prout dotis obligamentum et dotaliciorum iuris forma dinoscitur se habere. Dominam autem Els antedictam, si ante prefatum magistrum Paulum mori seu decedere, absque heredum solacio, contigerit, possessiones seu porciones iam dicte, libere et absque alicuius pecunie solucione, in manus sepedicti magistri Pauli, fratrum, et proximorum suorum, pacifice et quiete devolventur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas ad instanciam et peticionem prefatorum magistrorum Pauli et Laurencii nostro sigillo autentico roboratas. Datum feria quinta post octavas Epiphaniarum domini proxima, anno eiusdem M° CCC° vicesimo quinto; magistris Mathia lectore, Nicolao cantore et Michaele custode ecclesie nostre existentibus.

A hiányzó pecsét sárga-veres selyemsodraton függött; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 611. 32. dipl. oszt. 2281. Közölve Kovács N. másolatából. Nagymartoni Pál I. Károly király előtt is hasonló lekötelezést tett. »Datum in Alto Lapide (Visegrád) 16° kalendas Februarii« 1325. melynek eredetije ugyanott meg van N. R. A. 611. 32. dipl. oszt. 2282.

87. *Amadé fia Miklós slavoniai bán, Sopron és Komárom vármegyék főispánja, István soproni polgárnak s a király szolgájának Egered nevű birtokát ótalma alá veszi. Sopron, 1325. febr. 3.*

Nos Nicolaus banus tocius Sclavonie, comes Supruniensis item de Kamarun, memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quatenus ex precepto et mandato domini Karuli dei gracia illustris regis Hungarie domini nostri naturalis possessionem magistri

Digitized by Google

Stephani, servientis domini nostri, civis Supruniensis, Egered vocatam, in predicto comitatu existentem, in nostram recepimus graciam et proteccionem specialem, promittentes eidem, ut a quibus nos et nostra defensare poterimus a his omnibus gubernare, iuribus et pro pose *(igy)*, et hoc precepimus universis officialibus, servientibus et castellanis nostris presentibus et futuris, ut predictam possessionem comitis Stephani in nullo molestare, offendere vel aggravare presummant, alioquin nos offendent, sed pocius in quibuscunque ad nos recursum habuerint, nostrum eisdem auxilium, consilium impendatis pariter et favorem. Datum in Suprunio, in crastino Purificacionis beate virginis, anno domini M° CCC° XX° quinto.

Hátlapján félig ép pecséttel, mely a Gutkeled nemzetségbeliek czimerét tünteti elö; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. G. fasc. 1. Nr. 15. V. ö. H. Okmánytár II. 86. l.

88. *I. Károly király előtt Nagymartoni Lőrincz, Ekka, Besenyő (Pecsenyéd), Huflund (Höflein), Kövesd és Szerdahely nevű birtokait jegyesének Hassendorfi Margitnak nyolczvan talentom móring erejéig leköti. Visegrád, 1325. jul. 6.*

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod magister Laurencius filius Simonis de Nogmorthun, iuvenis aule nostre fidelis, in nostra presencia personaliter constitutus, ex nostro beneplacito, permissione et consensu, plenas porciones suas in possessionibus Ekka, Beseneu, Huflund, Kwesd et Zeredahel vocatis habitas et existentes, octaginta talentorum redditus et proventus annuatim facientes, nobili domine Margarete filie videlicet comitis Wlweng Hosundarfary quondam militis nostri bone memorie, legali matrimonio legitimam in uxorem sibi recepte, pro dotalicio eiusdem domine, in linga *(igy)* theotonica morgungoob dicti, dedit, donavit et contulit tenendas, possidendas et habendas, tali modo, quod si ipsum magistrum Laurencium, quod absit, absque utriusque sexus

Digitized by Google

sobulum ex eo ab ea descendencium solacio mori contingat, ipsa domina absque liberis seu prolibus ab eodem marito suo viva remanente, fratres et proximi dicti magistri Laurencii, quibus in linea proximitatis congruit, dictas possessionarias porciones dicte domine, pro suo dotalicio datas et assignatas, pro octingentis talentis viennensium latorum rediment ab eadem, que quidem domina ipsas possessionarias porciones, receptis ipsis octingentis talentis viennensibus fratribus et proximis dicti magistri Laurencii ab ea redimentibus, reddere debebit; si autem dicta domina, cum prole qualiscunque sexus remanserit ab eodem marito suo, dictas possessionarias porciones, prout ius proprium et non prolis sue, usque vitam suam tenebit et habebit, similiter, si absque sobole remanserit, donec rediment ab eadem, pacifice eas possidebit. Nos vero promittimus et spondemus predicte domine, ipsas possessionarias porciones auctoritate nostra regia protegere, indemniter conservare, defensare et tueri. Datum in Alto Lapide, in octavis beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° vicesimo quinto.

A vasvári káptalannak 1326-ki átiratából, melynek eredetije az orsz ltárban őriztetik, N. R. A. 1589. 14. dipl. oszt. 2306.2307. A vasvári kápt. átiratát közli Fejér i. m. VIII. 3. 127. de I. Károly király oklevelét nem tette közzé.

89. *Köcski Sándor országbiró Egered nevű birtokát nejére Bajóti Simon leányára átruházza. Visegrád, 1326. jan. 13.*

Nos comes Alexander, iudex curie excellentissimi et magnifici principis domini Karoli dei gracia incliti regis Hungarie, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod nos quandam possessionem nostram Egereed vocatam in comitatu Supruniensi existentem, pensatis nostris fidelitatibus et serviciorum nostrorum multimodis meritis per regiam benignitatem perpetue donacionis titulo nobis datam et collatam, nobili domine consorti nostre karissime, filie nobilis viri magistri Simonis de Boyolth cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, ac sub iisdem metis, signis et terminorum distinccionibus, quibus per nos et alios suos

Digitized by Google

possessores usquemodo habita extitit et possessa, perpetuo contulimus possidendam, tenendam pariter et habendam eo modo, quod prememorata domina, dictam possessionem in vita dandi, conferendi et donandi ac in morte, cui voluerit, legandi et quocumque sue voluntatis fuerit sine aliquo impedimento faciendi plenam et securam habeat facultatem et non per quempiam proximorum nostrorum nutu divine pietatis interveniente nobis ante ipsam universe carnis debitum exsolventibus, in alicuius temporis curriculo racione dicte possessionis ipsa domina aut ex collacione ipsius domine possessores dicte possessionis universi nullius litis articulo valeant perturbari. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus ipsi domine nostras literas privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wysegrad, in octavis Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° vigesimo sexto.

Vörös selyemzsinóron függött pecsét nyomaival, eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 630. 12. dipl. oszt. 2066. Közölve Thallóczi Lajos másolatából; ugyan ott megvan I. Károly királynak 1328. febr. 20-án kelt bizonyság-levele, mely szerint Kőcski Sándor országbíró végrendeletében Egered nevű birtokát nejére Klárára Bajóti (Nagymartoni) Simon leányára hagyja. N. R. A. 630. 13. dipl. oszt. 2867.

90. *I. Károly király Peresztegh nevű soproni várföldet Kanizsai Lőrinczneк adományozza, miután abba előbb a vármegye alispánjai és a győri káptalan által az illető határok között beiktattatta; felsorolván a király Kanizsai Lőrincz ama vitézségét, melylyel a hűtlen Németújvári grófok és a németek ellen Kőszeg és Kapronca várak alatt vivott csatákban magát kitüntette. 1327. jan. 30.*

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps sallernitanus et honoris montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Grata subditorum obsequia grata debent premia reportare, ut qui fideles sunt, fideliores existant, et ceteri eorum exemplo ad

Digitized by Google

fidelitatis opera devocius incitentur. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum magister Laurencius filius Emerici de genere Osl, dilectus et fidelis noster ad nostram accedendo presenciam, sue fidelitatis servicia, nostre maiestati impensa, proponens et declarans, quandam possessionem Perezteg vocatam in comitatu Supruniensi existentem, terram videlicet castri nostri Supruniensis pro suis fidelibus serviciis a nobis sibi dari, et conferri perpetuo postulasset; quia de qualitate et quantitate eiusdem possessionis nobis veritas non constabat, fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis nostris literis dedimus in mandatis, ut cum Chepano vel Bycho vicecomitibus Supruniensibus, altero absente homine nostro, hominem eorum pro testimonio transmitterent fidedignum, coram quo idem homo noster predictam possessionem Perezteg convocatis commetaneis et vicinis suis reambulando per veteres metas et antiquas statueret predicto magistro Laurencio perpetuo possidendam, si non fieret contradictum, contradictoribus vero, si qui fuerint, ad nostram presenciam legitime evocandis. Quod quidem capitulum demum nobis rescripsit in hunc modum: Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in domino debitas et devotas. Literas vestre excellencie reverencia omnimoda, qua decuit recepimus hunc tenorem continentes: Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Magister Laurencius filius Emerici de genere Osl, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedendo presenciam, sueque fidelitatis servicia nostre maiestati impensa propronens et declarans, quandam possessionem Perezteg vocatam in comitatu Supruniensi existentem, terram scilicet castri nostri Supruniensis, pro suis fidelibus serviciis a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulavit. Unde quia de qualitate et quantitate ipsius possessionis et utrum ad nostram pertineat collacionem nec ne, nobis veritas non constat, fidelitati vestre precipiendo mandamus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem fidedignum pro testimonio, coram quo Chepanus vel Bycho vicecomites Suprunienses,

Digitized by Google

altero absente homo noster predictam possessionem Perezteg convocatis commetaneis et vicinis suis reambulet per veteres metas et antiquas, statuat magistro Laurencio supradicto perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, contra eundem magistrum Laurencium citet ad nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec diem citacionis, nomina citatorum, terminum assignatum, aut cursus metarum cum tocius facti serie nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto Lapide, secundo die festivitatis Omnium Sanctorum, anno domini Millesimo CCC° vicesimo sexto. Nos igitur vestre excellencie mandatis in omnibus parere cupientes, ut tenemur, cum predictis hominibus vestris videlicet Chepano et Bycho vicecomitibus magistrum Paulum clericum chori nostri ordinis diaconatus, pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda duximus destinandum; qui demum ad nos reversi concorditer et nullo discrepante retulerunt, quod secundo die festivitatis beati Martini confessoris super faciem prefate possessionis Perezteg accedendo, convocatis universis vicinis et commetaneis eiusdem per veteres metas et antiquas reambulando, cum utilitatibus quibuslibet eandem possessionem nullo contradictore apparente statuissent prefato magistro Laurencio perpetuo possidendam. Cuius quidem possessionis mete et distincciones hoc ordine annotantur: videlicet circa possessionem Chynk Danielis, ubi sunt due mete, quarum una separat eandem possessionem Chynk, et alia possessionem Perezteg antedictam, a parte occidentis; item a parte aquilonis separat possessio Hydegsed vocata, ubi sunt due mete circa viam magnam et possessio Humuk ab eadem plaga; item a parte orientis separat possessio Kuchener, ubi sunt due mete iuxta fluvium Ikwa, abhinc transeundo eandem aquam seu fluvium vadit versus possessionem Puneu, ubi sunt due mete antique, et magna arbor silicis; deinde progreditur versus meridiem ad tres metas angulares, quarum una separat terram Johannis filii Valentini, alia terram Kwesd, ac tercia possessionem Perezteg annotatam; abhinc progreditur similiter ad partem meridionalem per silvam, et tendit ad possessionem Zabolch, ubi sunt due mete antique;

Digitized by Google

deinde vadit ad terram nobilium de Pugund, ad aliam possessionem Susuk, ubi sunt tres mete, deinde tendit ad partem orientalem ad terram Susuk Stephani filii Cosme, abhinc pergit ad possessionem Zynk *(igy)* ubi ecclesia in honore Omnium Sanctorum, ubi sunt tres mete antique, et tres arbores magne, iuxta prefatum fluvium Ikwa, ibique terminatur. Datum feria sexta proxima post octavas beati Martini confessoris, anno superius annotato. Nos siquidem ex huiusmodi relacione et tenore literarum predicti capituli Jauriensis plenius informati, recognoscentes prefatam possessionem Perezteg, ad nostram de iure pertinere collacionem, attendentes fidelitates nec non grata, grandia et accepta servicia meritoria eiusdem magistri Laurencii, que idem nobis et regno nostro in diversis expedicionibus et locis opportunis, pro exaltacione nostri regiminis et honoris, pro reintegracione et augmento rei publice ac pro reformacione pacis in regno, specialiter autem in conterendo infideles et rebelles nostros, Andream videlicet filium Gregorii et Nicolaum dictum Kokos, et eosdem ad nostra beneplacita humiliando, plurima quoque castra ipsorum expugnando, et nostre celsitudini assignando, in multis sumptuosis laboribus et personarum periculis cum sui et suorum sanguinis effusione laudabiliter exhibuit et impendit; de quibus, quia longum esset per singula enarrare et presentibus inseri tediosum, hec pauca, revera multa laudedigna, ad memoriam posterorum et informacionem ceterorum, presentibus iussimus annotari: quod cum nos quandam armatam miliciam, prefecto ei in capitaneum Nicolao bone memorie filio Omodey tunc comite Supruniensi et demum bano tocius Sclavonie, ad impugnandum predictum Andream filium Gregorii nostrum infidelem et rebellem, misissemus, nonnullos Teotonicos barones potentes in auxilium predicti Andree apud civitatem Gunch, cum copiosa armatorum multitudine, iidem fideles nostri convenisse audierunt, et contra eosdem in virtute celestis presidii processerunt, cum eisdem hostibus durum conflictum habentes, victoriam laudabilem reportarunt; in quo conflictu idem magister Laurencius in sue fidei fervore, et in devocione

Digitized by Google

nostra viriliter dimicavit, et quendam potentem baronem de acie adversa Stadeuker nomine cepit, et nostro carceri mancipavit, licet letalibus sauciatus vulneribus, et quamplures sui ibidem ceciderint interemti. Adhec recenter et de novo cum castrum Kopruncha, quod filius Henrici infidelis noster contra nos detinebat, per Mykch banum tocius Sclavonie dilectum et fidelem nostrum expugnare faceremus, idem magister Laurencius in subsidium ipsius bani per nos destinatus, cum suis servientibus sub eodem castro pro augmento nostri honoris strennue dimicavit, ubi tam ipse personaliter, quam sui, letalia vulnera pertulerunt, et unus servientum suorum Paulus dictus Burdez extitit interemtus. Volentesque pro tot et tantis serviciis suis specialibus sibi digne retribucionis premio et favore regio occurrere, licet ipse idem magister Laurencius multo plura a nobis mereretur, tamen ut suis votis correspondeamus, ad presens prenotatam possessionem Perezteg, in qua est ecclesia in honore sancti Nicolai constructa, cum terris cultis et incultis, pratis, fenetis, nemoribus, silvis, aquis aquarumque decursibus, patronatu eiusdem ecclesie sancti Nicolai ac aliis omnibus iuribus, utilitatibus et pertinenciis universis, sub metis et terminis prenotatis, dedimus, donavimus et contulimus prenominato magistro Laurencio filio Emerici, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Totum ius, proprietatem et dominium eiusdem possessionis in ipsum magistrum Laurencium et suas posteritates ex certa sciencia confirmantes, revocando et retractando omnem collacionem et donacionem nostram, quam de eadem possessione Perezteg Gregorio fratri carnali eiusdem Laurencii antea feceramus, aut si quibuscunque aliis fecissemus; literas quoque et instrumenta ipsorum donacionum cassando, irritando, et cassas per omnia ac viribus evacuatas nunciando, auctoritate presencium. Ut igitur huius nostre donacionis et collacionis facte dicto magistro Laurencio robur obtineat ac perpetue firmitatis, neç per quempiam in posterum valeat retractari, presentes concessimus literas nostras privilegiales, novi autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas.

Digitized by Google

Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vicesimo septimo, tercio kalendas Februarii, regni nostri anno similiter vicesimo septimo; venerabilibus in Christo patribus dominis, Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Ladizlao Colocensi aule nostre cancellario, archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de Sancto Irineo, Ladizlao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transsilvano, Laurencio Vaciensi, Herrico Wesprimiensi aule domine regine karissime consortis nostre cancellario et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino iudice cumanorum comite Scepsiensi et de Wyuar, Mykch bano tocius Sclavonie comite Simigiensi et de Sarus, Thoma voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi, Alexandro iudice curie nostre, Paulo bano de Machou comite Sirmiensi de Wolko et de Budrug, Johanne magistro tavarnicorum et Deseu iudice curie predicte domine regine, Stephano agasonum et Dionisio dapiferorum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Zöld és sárga finom selyemsodraton függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 580. 37. dipl. oszt. 2378.

91. *A győri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy a teljesített vizsgálat és több szomszéd meghallgatása után kiderült, hogy Felcsákán és Szék nevű birtokokat a Gathal nemzetségből való Ganur fia Jakab és ennek fia Pető nem hűtlenségük miatt vesztették el, hanem azokat tőlük Henrik bán fia János nádor foglalta volt el. 1327. febr. 17.*

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Jauriensis ecclesie oracionum suffragia devotarum. Literas excellencie vestre recepimus reverencia omnimoda qua tenemur, hunc tenorem continentes:

Digitized by Google

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam, magister Paulus dictus Magar fidelis noster nobis dicit, quod possessiones Fulchakan et Zeek vocate in comitatu Supruniensi existentes, quas Hosundorfarius, quondam miles noster fidelis, a nobis sibi dari et conferri postularat dicendo, quod Petheu filius Jacobi filii Ganwr esset de genere Gathal, et propter infidelitatis sue notam dicte possessiones ablate ab ipso extitissent, eiusdem Petheu servientis sui essent et iure hereditario ad ipsum Petheu pertinerent, nec pro aliquibus offensis suis perdidisset easdem, sed per Johannem filium Herrici indebite ab eodem fuissent alienate. Super quo fidelitati vestre mandantes precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Philippus comes de Pamgarth, vel Johannes filius Frankonis altero absente homo noster sciat et inquirat diligenter, utrum idem Petheu vel pater eius aliquando fuerit infidelis et dicte possessiones ad ipsum hereditario iure pertineant nec ne, aut idem sit et existat de genere Gathal, vel non, et sicut vobis veritas de premissis constiterit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Tirnavia, in dominica circumdederunt, anno domini M° CCC° vicesimo septimo. Nos igitur vestre excellencie mandatis in omnibus parere cupientes, ut tenemur, cum predicto comite Philippo de Pangarth homine vestro discretum virum magistrum Dominicum socium et concanonicum nostrum pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda duximus destinandum, qui demum ad nos reversi concorditer et nullo penitus discrepante nobis recitarunt, quod a nobilibus comitatus Supruniensis, videlicet magistro Paulo filio Simonis de maiori Martino, item Johanne filio Frank de Luchman, item Paulo de Egered, item Thoma, Stephano et Johanne filiis Corrardi de possessione Peresne, item Johanne de Hubleng et duobus filiis suis scilicet Simone et Belyud de genere Osl, item Stephano de Hereng de eodem genere, item Paulo de Puthly, item Perlup de Wlburan, item Johanne filio Mark de Zemene de prefata generacione Osl, item Gewse de Zeredahel, item Nykkylono et Benedicto filiis Severedi de Zamthou, item Dionisio de

Digitized by Google

Keer uno de iudicibus nobilium provincie, item nobilibus de Mayad, item Nykkylino de Nadasd, item Nicolao de Durug cum suis fratribus, item Nicolao filio Gewse de eadem, item Andrea de eadem, item Petro de Daagy cum suis fratribus, item Stephano filio Philippi de villa sancte Marie, item populis ville sancti Georgii, item populis ville Zabamorthun dicte, item Johanne de villa Pardan, spiculatore vestre regie maiestatis, item Petro dicto Pethych de Heryn de prefata generacione Osl et aliis omnibus hominibus communibus predicti comitatus, talem se scivisse veritatem in premissis affirmarunt, quod memoratus Petheu filius Jacobi filii Gaanwr de ipsa generacione Gathal oriundus non extiterit et nulla nota infidelitatis seu perfidie prefate possessionis Fulchakan et Zeek vocate sub eodem comitatu constitute non meritis memorati Jacobi vel Petheu filii sui, temporibus quibusdam retroactis amiserint seu offensis et eedem possessiones iure hereditario debeant ad eosdem pertinere, et ut pretactum est per Johannem palatinum filium quondam Herrici bani per facti potenciam, non de iure, extitissent exclusi de possessionibus antedictis, quarum usum et utilitates per eiusdem facti potenciam non valuerint percipere usque modo. Datum feria tercia proxima post festum beati Valentini martiris, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

92. *A győri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Szécsen nevű birtok határát körűljárta. 1327. febr. 26.*

Excellentissimo domino suo, domino Karolo dei gracia regi Hungarie, capitulum Jauriensis ecclesie oracionum suffragia devotarum. Literas excellencie vestre reverencia omnimoda qua tenemur recepimus, hunc tenorem continentes: Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam, fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes mandantes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Nicolaus filius Alexandri vel Geuse de iuxta Ikua homo noster, terras Ladizlai filii Nicolai, Alexandri et

Digitized by Google

Johannis filiorum Michaelis, Bana filii Benedicti et Pauli filii Emerici, Osl, Zechun et Kechener vocatas in comitatu Supruniensi existentes, convocatis commetaneis et vicinis suis reambulando per veteres et antiquas metas novas iuxta veteres erigendo metas, relinquant eisdem Ladizlao, Alexandro, Johanni, Bana et Emerico perpetuo pacifice possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra eosdem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et posthec diem citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum, aut cursus metarum, cum serie tocius facti, nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto Lapide, feria sexta proxima post festum Epiphanie domini, anno eiusdem, M° CCC° vicesimo septimo. Nos igitur vestre excellencie mandatis in omnibus parere cupientes ut tenemur; cum predicto Nicolao filio Alexandri homine vestro, Johannem presbiterum chori nostri pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda duximus destinandum, qui demum ad nos reversi concorditer nobis recitarunt, quod feria secunda proxima, post dominicam Exurge, super facie prefate possessionis Zechun vocate, convocatis commetaneis et vicinis universis per veteres et antiquas metas reambulando, novas iuxta veteres metas erigendo, ubi necessarium erat, reliquissent et statuissent contradictore aliquali non obstante, memoratis Ladizlao, Alexandro, Johanni, Bana et Emerico ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo pacifice et quiete possidendam, tenendam et habendam; que quidem terra Zechun circumdatur et vallatur possessionibus inferius nominatis, videlicet terre seu possessionis Humuk a parte orientis, item terre Hydegsed a parte meridiei *(igy)*, item terre Zenk a parte occidentis, nec non terre seu possessionis Perezteg a parte aquilonis *(igy)*, et sic inclusive antedicta possessio per eosdem nobiles remanet possidenda. Datum feria quinta proxima post dominicam Esto mihi, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 41. 11. dipl. oszt. 2397.

Digitized by Google

93. *I. Károly király a váradi conventet kiküldi, hogy a Gutkeled nemzetségbelieket ősi birtokaikon a többek között Dorog és Pordán nevű Sopron vármegyei birtokokon osztoztassa meg. Visegrád, 1327. márt. 16.*

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis preposito et conventui sancti Stephani protomartiris de promonthorio Waradiensi salutem et graciam. Noverit vestra fidelitas, quod Leukus et Jacobus (filii Ivanka) pro se et pro ipso Ivanka patre ipsorum, Nicolao, Thoma et Stephano fratribus suis cum procuratoriis (literis) vestris ex una parte, item Johannes filius Ivanka filii Cozme personaliter coram nobis comparendo, talem concordiam in causa, quam super facto divisionum inter se coram nobis movebant, per bonos homines habuisse retulerunt, quod idem Jacobus filius Iwanka filii Cozme reliquisset ipsis filiis Iwanka fratribus suis ad priorem divisionem dimidietatem possessionis Kwhydpardan vocate, item dimidietatem possessionis sue Dorogh vocate in comitatu Supruniensi existencium, item possessionem suam Harangud vocatam, item iuxta Kallo existentem integraliter, item possessionem Ragald similiter integraliter, item dimidietatem possessionis Tarcha vocate, ita tamen quod iidem filii Ivanka Leukus et alii, propriis expensis et laboribus requirere tenentur, sed ipse Johannes instrumenta ipsius possessionis, ipsis filiis Iwanka dare assumsit, si autem requirere non possent, communiter sustinebunt; e converso autem prenominati filii Iwanka dixerunt se reliquisse et dedisse dimidietatem eiusdem possessionis Dorogh, item dimidietatem predicte possessionis Pardan, item Perbathyda cum suis pertinenciis integraliter, item possessionem Feuenzorm, item possessionem Cozmahaza vocatam, item possessionem Quingesd predicto Johanni filio Iwanka filii Cozme in quindenis festi Pentecostes statuendas; ipsis vero filiis Iwanka in octavis beati Georgii martiris per ipsum Johannem statuendas; item dixerunt, quod si ipsos filios Iwanka racione possessionis Ragald impeterent, partes communiter ipsam possessionem expedire et liberare tenebuntur; medio autem tempore proventus earumdem possessionum

Digitized by Google

communiter percipiunt; item dixerunt eciam, quod universa damna, nocumenta et quelibet genera nocumentorum et iniuriarum inter ipsos usque in hec tempora fuissent seu extitissent, penitus et per omnia mutuo sibi invicem relaxarunt coram nobis talimodo, quod si qua parcium hanc ordinacionem refutaret, porcionem suam in predictis possessionibus amitteret eo facto. Super quo fidelitati vestre precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis testimonium, coram quo Paulus dictus Teleletlen vel Ladislaus filius Gabrielis ex parte filiorum Iwanka altero absente homo noster, item ex parte Johannis filii Iwanka, Johannes de Mezeu, vel Aba filius Aba altero absente homo noster omnia premissa suo modo exequatur; et post hec super premissa divisione ipsis literas vestras privilegiales dare debeatis; item patronatum communiter se possidere retulerunt. Datum in Vissagrad, feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC° XX° septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Erdődy cs. galgóczi ltárában Lad. 72. fasc. 1. Nr. 11.

94. *A győri káptalan előtt a Gutkeled nemzetségbeliek Dorog (Darufalva) és Kőhidpordán (Vulkapordán) nevű birtokokon megosztoznak. 1327. jun. 30.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie significamus, quod Johannes filius Iwanka filii Cosme de possessione Pelbarthida in comitatu Bicuruensi *(igy)* ab una parte, Martinus filius Martini de eodem comitatu pro nobilibus viris magistris Nicolao, Thoma, Stephano, Leukus et Jacobo filiis comitis Iwanka filii Odon, dominis suis cum literis procuratoriis Petri prepositi et conventus monasterii sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi ex altera coram nobis personaliter constituti, propositum et recitatum extitit per eosdem, quod licet materie questionum inter ipsas partes mote et suscitate racione possessionum extitissent usquemodo, tamen per composicionem et arbitrium proborum virorum in formam talis divisionis se devenisse retulerunt, quod totalis medietas porcionis eiusdem Johannis filii Iwanka in posses-

Digitized by Google

sione Durug cum suis utilitatibus quibuslibet, videlicet quindecim lihiniis cessit ipsi Johanni, alia medietate in quantitate et numero similiter cum suis utilitatibus predictis Nicolao, Thoma, Stephano, Leukus et Jacobo eorum heredibus perpetuo et pacifice remanente. Preterea in alia possessione Kuhidpardan similiter equalem inter se receperunt porcionem cum utilitatibus universis, scilicet quatuordecim lihini prefato Johanni, et quatuordecim filiis comitis Iwanka antedictis cesserunt possidenda et habenda. Datum tercia feria proxima post festum apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini M° CCC° vicesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1684. 2. dipl. oszt. 2439. Közölve néhai Vincze Gábor másolatából.

95. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Márk és fiai, Osl fiainak Jánosnak, Miklósnak és Domokosnak (az Ostfyak ősének) csornai birtok részüket zálogba adják. 1327. oct. 31.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod Johannes filius Mark de genere Osl, pro se et pro eodem patre suo ac Nicolao fratre suo ab una, magister Johannes filius Osl de eadem gentracione, similiter pro se et pro Nicolao ac Dominico magistris fratribus suis ex altera coram nobis personaliter constituti prefatus Johannes filius Mark totalem porcionem suam possessionariam Chorna iure ipsum contingentem cum utilitatibus quibuslibet vel quocunque nomine censeantur, videlicet terris arabilibus, fenilibus et aliis omnibus prefatis magistro Johanni et fratribus suis pro viginti marcis latorum denariorum viennensium eidem plene persolutis pignori obligavit ita, quod quandocunque facultas subpetet redimendi, redimere poterit pro eadem summa pecunie exclusa estimacione sine gravamine dupli, preterea assumsit prefatus Johannes, quod quandocunque in posterum racione eiusdem porcionis obligate predictos magistros Johannem, Nicolaum et Dominicum usque tempus redemcionis quovis titulo agravare attentaverint, sepedictus Johannes cum suo patre et fratre tenebitur expedire propriis labori-

Digitized by Google

bus et expensis. Datum in vigilia Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° vicesimo septimo.

A vasvári káptalannak 1395-ben kelt átiratából, kiállitva Aszonfalvi Ostfi János özvegye részére, az átirat eredetije megvan az Ostffy cs. ltárában Ostfiasszonyfán.

96. *Az alispán és a szolgabirák előtt Czenki András és Vörös István fiai, Beze fia István öröksége felett kiegyeznek. Hegykő, 1329. jun. 19.*

Nos magister Chephanus vicecomes Supruniensis ac iudices nobilium memorie commendamus omnibus, ad quos presens scriptum pervenit, quod causam, quam Andreas de Zynk coram nobis movere volebat contra Dessew et Blasium filios Stephani rufi pro hereditate Stephani filii Beze amborum propria voluntate et nostra admissione ad pacis unionem pervenerunt in hunc modum, quod domum cum curia, quam Laurencius filius Foldrici in ipsa possessione edificaverat sibi Andrea suprascripto cedit omnino; in super tercia pars ipsius possessionis sine aliquo obstaculo cum omnibus utilitatibus ac proventus eciam ipsi Andrea ac suis heredibus secundum ritum iusticie et regni perpetualiter possidere debet; imo viri, qui causam arbitrii inter ipsos penetraverunt, coram nobis professi sunt, quod die dominica proxima post octavas sanctorum apostolorum Petri et Pauli sine aliqua dilacione divisionem ipsius possessionis facere deberent; si qua vero pars divisionem rennueret, nobis sex marcas, viris arbitrium positis duas marcas, parti vero alteri similiter duas solvere et dare teneretur; hoc eciam adiecto, quod in octavis sancti Jacobi apostoli proxime venturis, ambe partes coram capitulum *(igy)* Jauriensi comparere, more solito sine aliqua dilacione, rerum ac verborum debent causas actuum ipsorum roborari. Datum in Ikqu; feria secunda proxima ante nativitatem sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XX° nono.

Hátlapján két pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

97. *A győri káplalan Drugeth János nádornak jelenti, hogy Szopori Ruh és Benedek valamint Gyalókai Szőke Péter, Viczai Beled ellen a nádor elé megidéztettek. 1330. jul. 12.*

Magnifico et potenti viro magistro Johanni palatino et iudici cumanorum, capitulum Jauriensis ecclesie oraciones in domino cum promtitudine reverendi. Receptis literis magnificencie vestre, cum Andrea de sancto Andrea homine vestro, ad citandum quosdam nobiles inferius nominatos nostrum misimus hominem videlicet Sebastianum clericum chori nostri pro testimonio fidedignum; qui demum ad nos reversi nobis recitarunt, quod idem homo vester, in eiusdem presencia, Rwh de Zupur, Benedictum de eadem, in ipsa possessione Zupur, et Petrum dictum Zeuke in possessione Goloka, feria tercia proxima ante festum beate Margarete virginis, contra magistrum Belyud filium Belyud de Wychcha citasset ad vestram presenciam, octavas beati Jacobi apostoli proximo futuras partibus pro termino coram vobis comparendi assignando. Datum tercio die citacionis prenotate, anno domini M° CCC° XXX°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 1. dipl. oszt. 2622.

98. *Laczkfi István Vas és Sopron vármegyék főispánja összes vámszedőinek Soprontól egész a Sár és Rába folyókig valamint azon nemeseknek is, kik vámot birnak, meghagyja, hogy a soproni polgároktól vámot ne szedjenek. 1331. márt. 1.*

Nos magister Stephanus comes Ferreicastri ac Sopruniensis, significamus universis, quibus expedit, inspecturis. Nos visis illustrium regum Hungarie et specialiter domini nostri regis evidentissimis instrumentis, super facto tributorum, incipiens a civitate Supruniensi, usque fluvium Saar et Raba confectis, tali libertate ipsis civibus concessa, ut ullo unquam tempore in nullis locorum habitacionibus ipsi cives seu mercatores aliquod tributum dare, solvere teneantur, et

Digitized by Google

quod nos in ipsis libertatibus ipsorum eosdem cives intendimus conservare; quare precipimus vobis universis nostris tributariis circa civitatem predictam usque fluvium Saar et Raba nostra telonia exigentibus, firmiter et precise, quatenus nullum tributum ab ipsis Supruniensis *(igy)* civibus seu mercatoribus exigere seu exigi facere audeatis, et sicut nos pertimescitis, secus non facturi; et aliis universis nobilibus, in predicto nostro comitatu telonia habentibus, id ipsum precipimus, firmis iniungendo in mandatis. Datum feria sexta ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC° XXX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. VIII. et H. fasc. 1. Nr. 7.

99. *A vasvári káptalan előtt Büki Sándor fiai János, Péter és ezek unokaöcscse Mihály, Sudan nevű birtokban bizonyos számu telkeket, melyeket előbb Kún fia Péter comes birt, Büki Venczel fiainak elzálogositanak.*

1331. márt. 20.

Nos capitulum ecclesie Sancti Michaelis de Castro ferreo significamus tenore presencium universis, quod Johannes filius Sandur de Byk, pro se et pro Petro fratre suo ac Michaele filio Ladizlai filio fratris sui ab una parte, Stephanus et Laurencius filii Vencezlay de eadem Byk ex altera, astante eciam Nicolao filio Stephani de Cheer, coram nobis personaliter constituti, idem Johannes filius Sandur recitavit, quod possessionem in Swdan existentem, quam primitus vigore literarum capituli Jauriensis Andreas et Dionisius filius Johannis, pro se et pro Iwanka fratre eorum comparendo, item Ladizlaus filius Sandur pro se et pro Petro ac eodem Johanne fratribus suis comparendo, comiti Petro filio Kwn pro quadraginta marcis obligassent, videlicet Andreas et Dionisius tam suo, quam eiusdem Iwanka nomine, decem lyhynios, pro triginta marcis denariorum minus una, Ladizlaus vero suo et fratrum suorum nomine prescriptorum sex lyhynios pro undecim marcis denariorum, et dum ipsi Johanni filio Sandur facultas non subpetisset dictam possessionem seu lyhinios redimendi, prenominatis

Digitized by Google

proximis et generacionibus suis videlicet, Stephano et Laurencio filiis Vencezlay de eadem Byk, quibus iure generacionis dicebat debere provenire, post eum redimendam eisdem commisit pro dictis quadraginta marcis, a filiis ipsius Petri filii Kwn, videlicet a Johanne, Petro, Laurencio et Stephano redimenda; et amodo pro dictis quadraginta marcis dictam possessionem eorum Sudan videlicet, decem et sex lyhynios, eis filiis Vencezlay, pignori obligavit coram nobis, dictos sex lyhynios pro undecim marcis per se vel suos successores, decem vero lyhynios per predictorum proximorum suorum videlicet filios Andree, aut per eundem Johannem filium Sandur, pro ipsis triginta marcis minus una redimendos, gravamine quodlibet non obstante. Datum feria quarta proxima ante dominicam Palmarum, anno domini Millesimo CCC° XXX° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Közölve Fejérpataky László másolatából.

100. *A győri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Pinnyei Miklós fia Lászlónak, Osl, Szécsen és Kecsener nevű birtokaiban a határjárás megtörtént. 1331. aug. 1.*

Excellentissimo domino suo domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Jauriensis ecclesie oracionum suffragia devotarum. Literas excellencie vestre reverencia omnimoda, qua tenemur, recepimus hunc tenorem continentes: Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicit nobis Ladislaus filius Nicolai, quod quedam possessiones ipsius Osl, Zechen et Kechener vocate, metarum renovacionibus et ereccionibus indigerent; super quo fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, coram quo Gregorius filius Ladizlai vel Dominicus filius Wgugh homo noster accedat ad faciem dictarum possessionum et convocatis suis vicinis et commetaneis, reambulet easdem per veteres metas et antiquas,

Digitized by Google

et ubi necesse fuerit novas erigat iuxta veteres metas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, contra ipsum ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; et post hec facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in quindenis Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XXX° primo. Nos igitur vestre excellencie mandatis in omnibus parere cupientes, ut tenemur, cum prefato Gregorio filio Ladislai homine vestro Johannem presbiterum chori nostri pro testimonio fidedignum ad premissa exequenda duximus destinandum, qui demum ad nos reversi nobis recitarunt, quod die dominico proximo post festum beati Jacobi apostoli, super faciem predictorum possessionum Osl, Zechen et Kechener accedendo convocatis universis vicinis et commetaneis earumdem, per veteres metas et antiquas reambulando contradictoribus minime apparentibus, statuissent et assignassent prefato Ladizlao filio Nicolai perpetuo possidendas et habendas. Cuius quidem terre seu possessionis Osl a parte orientis existit possessio Zaar, item a plaga meridiei alia possessio Vezeken nuncupata, item a parte occidentis tercia possessio Hydaaz, et aquilonis Ladislai antedicti. Preterea alterius possessionis Kechener mete et distincciones hoc modo annotantur: quod a parte orientis sunt tres mete, quarum una separat possessionem Kalach, et alia possessionem Pune, tercia vero ipsam possessionem Kechener, abhinc vero reflectitur ad partem occidentis ad aquam seu rivulum Ykua, cuius quidem aque media pars cedit eidem possessioni Kechener, alia vero pars possessioni Weyka, abhinc vero tendit ad partem aquilonis versus possessionem Peresteg, ubi distingit hoc modo, quod predicta aqua Ykua ex una parte separat eandem possessionem Zechen, ab altera dictam possessionem Perestegk, abhinc vero per eandem plagam progrediendo pervenit ad possessionem Zenk, ubi sunt due mete iuxta eandem aquam Ykua, quarum una separat ipsam possessionem Zenk alia vero eandem medietatem Zechen; deinde vadit versus orientem ad aquam Ferteu et pervenit ad unam metam antiquam, abhinc vero tendit ad duas metas in eadem plaga, quarum una separat

Digitized by Google

eandem possessionem Zenk, alia vero dictam possessionem Zechen; deinde in eadem plaga progreditur et vadit ad duas metas antiquas, quarum una separat et distingit possessionem Hydegseed, alia vero ipsam possessionem Zechen; deinde vero in eadem plaga vadit ad duas metas iuxta viam magnam, per quam itur versus Suprunium, quarum una separat dictam possessionem Hydegseed, alia vero sepedictam possessionem Zechen; deinde vero in eadem plaga pervenit ad duas metas iuxta veterem viam, et similiter dividit dictas possessiones, abhinc vero pervenit ad quatuor metas antiquas, quarum una separat terram Zechen, alia possessionem Hydegseed, tercia terram Homok, quarta possessionem Kechener; abhinc vero in eadem plaga pervenit ad tres metas, quarum una separat eandem terram Kechener, alia terram Homok, tercia vero possessionem Kalach; abhinc vero reflectitur versus meridiem, et vadit ad duas metas, quarum una separat terram Kalach alia vero terram Kechener; deinde vero pergit ad duas metas versus eandem possessionem Pune, quarum una separat ipsam possessionem Kalach, alia dictam possessionem Kechener, ibique terminatur. Datum in octavis beati Jacobi apostoli, anno superius annotato.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 693. 6. dipl. oszt. 2622. Megvan I. Károly király 1331. oct. 1-én kelt átiratában is melynek igen hiányos és csak egy harmad részben megmaradt eredetijét, Ligvándon a gr. Niczky cs. ltárában őrzik. I. Károly király átirata megvan II. Ulászló király 1500. évi átiratában is, ugyancsak az orsz. ltárban N. R. A. 41. 15. dipl. oszt. 2667.

101. *A győri káptalan előtt Pethőfalvi Merth fia Pál, Miklós fia Bertalan özvegyét, Margit asszonyt, hitbére és hozományára nézve kielégíti. 1331. sept. 24.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes ad nostram personaliter presenciam Paulus filius Merth de possessione Pothlenstorf ab una, parte vero ex altera domina Margaretha, relicta Bartholomei, filia Nicolai de eadem Pothlenstorf

Digitized by Google

coram nobis confessa est, quod Paulus filius Merth predictus eidem dotem et res parafernales domine matris eiusdem domine, ac quartam puellarem, que eidem domine pertinebatur in eadem possessione idem Paulus sibi cum promtis denariis videlicet decem marcis pro qualibet marca decem pensas computandis, persolvisset, quas quidem decem marcas eadem domina ab eodem Paulo plene et integre dixit se coram nobis recepisse. Unde eadem domina predicta, pro dote et rebus parafernalibus, ac quarta puellari eundem Paulum reddidit absolutum, modis omnibus pariter et expeditum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum feria tercia proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° tricesimo primo; magistris Briccio preposito, Mathia lectore, Georgio cantore et Petro custode ecclesie nostre existentibus.

Sárga és vörös zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 603. 46. dipl. oszt. 2683.

102. *Az alispán és a szolgabirák Egeredi Tamás fiait, Chomoz fia Miklós fia ellen, meg nem jelenésük miatt birságolja. 1332. apr. 6.*

Nos magister Johannes vicecomes Soproniensis ac iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum magistri Stephani comitis Soproniensis domini nostri, causam, quam feria secunda proxima post dominicam Judica Johannes filius Nicolai filii Chomoz movere contra Paulum et Johannem filios Thome de Egered intendebat, adveniente ipso termino, idem Johannes venit personaliter et promtus erat ac paratus ad agendum, qui quidem, Paulus et Johannes predicti non venerunt nec miserunt pro se ipsis responsalem; unde nos contra memoratum Johannem decrevimus in iudiciis remansisse, si se ipsos racionabiliter non poterint excusare. Datum die et termino prenotato, anno domini M° CCC° tricesimo secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

103. *A vasvári káptalan előtt a királyné egyik csepregi jobbágyának megöléséért járó vérdíj felét, a Zala vármegyei rezneki nemesek, a megölt jobbágy rokonainak megfizetik. 1332. máj. 6.*

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo significamus tenore presencium universis, quod cum literas exellentissime domine Elisabeth dei gracia regine Hungarie reverenter recepissemus, in quibus nobis dabat in preceptis, ut cum Nicolao filio Kemen homine eiusdem domine, hominem nostrum pro testimonio mitteremus ad faciendam et inquirendam omnimodam veritatem, cuius condicionis seu libertatis Blasius filius Laurencii iobagio eiusdem domine de Chepereg extiterit vel fuerit, scita veritate iuxta prerogativam libertatis seu condicionis sue, Michaeli filio Gregorii, Stephano filio Oliverii, ac Gregorio filio Nicolai nobilibus de Reznuk sociisque ipsorum super homicidio eiusdem Blasii solucionem faciendi, cognatisque eiusdem Blasii racione homicidii eiusdem pecuniam recipiendi, ut est iuris et modus terminum darent et assignarent, hominem nostrum Johannem, sacerdotem, ecclesie nostre canonicum pro testimonio transmisissemus, qui eundem Blasium fore castrensem hominem et de condicione castrensium retulissent, sicut in literis nostris inquisitorialibus exinde confectis declarabatur, et undecim marcas pro homicidio eiusdem Blasii extitisset decretum persolvi, Dionisioque fratre ipsius Blasii ceterisque cognatis eiusdem, quibus congruit, octavas sancti Georgii martiris pro termino assignasset dictam pecuniam recipiendi coram nobis; advenientibus itaque ipsis octavis sancti Georgii martiris, Petrus filius Laurencii frater eiusdem Blasii pro se et pro Dionisio fratre suo nec non Stephanus gener ipsorum coram nobis personaliter constituti, memoratos Michaelem, Stephanum et Gregorium nobiles de Reznuk, secundum quod ipsos mors eiusdem Blasii et homicidium tangere referebant, videlicet in medietate receptis quinque marcis et media scilicet medio homicidio ipsius Blasii ab eisdem, et super

Digitized by Google

aliis causis omnibus hucusque motis et habitis inter ipsos reddiderunt esse expeditos penitus et per omnia coram nobis. Datum sexto die octavarum sancti Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° tricesimo secundo.

Hátlapján a pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 393. 30. dipl. oszt. 2722. Közölve Kovács N. másolatából.

104. *Nagymartoni Pál országbiró Koloni Petőnek és rokonainak eskűt itél arra, hogy unokatestvérük Myrkur fia Jakab, velük osztatlan állapotban volt, s igy Szék, Szentpéter és Csákán nevű birtokokban az ő részét Gatal fiainak elzálogosítani nem volt joga. 1332. máj. 10.*

Nos comes Paulus iudex curie domini regis damus pro memoria, quod Petheu de Kolon personaliter iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis beati Georgii martiris ad nostram accedendo presenciam, contra Ladislaum filium Gatal, Gregorium et Nicolaum filios eiusdem ac Andream filium Iwanka in figura nostri iudicii proposuit eo modo, quod licet quedam possessionarie porciones Jacobi filii Myrkwr in possessionibus Zeek, Scenthpetur et Chakan vocatis, ipsum contingentes, per eundem Jacobum filium Myrkwr fratrem suum patruelem, predictis Ladislao filio Gatal ac Iwanka fratri eiusdem pignori obligate extiterint, tamen quia universe possessiones ipsorum inter predictum Myrkwr patrem ipsius Jacobi et eundem Jacobum, ac inter Jacobum filium Gyanwr patrem suum, Wynchlou et Johannem fratres eiusdem nondum divise extitissent, pro eo possessionarie porciones ipsius Jacobi filii Myrkwr, per eundem pignori obligate sue redemcioni, Nicolai fratris eius, Michaelis Nicolai et Detrici filiorum Wynchlou predicti attinerent; quo audito Gregorius filius Ladislai personaliter pro se et pro predictis Ladislao patre et Nicolao fratre suo ac Andrea cum procuratoriis literis capituli ecclesie Budensis exsurgendo, predictum Myrkwr unacum prenominatis fratribus suis in possessionibus ipsorum divisionem habuisse allegavit et causam nullis literis aut racionibus poterat comprobare; unde nos

Digitized by Google

auditis parcium proposicionibus, unacum baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus, decrevimus iudicantes, ut predictus Petheu de Kolon, Nicolaus frater suus, Michael, Nicolaus et Detricus solummodo propriis ipsorum in personis, feria quarta proxima, videlicet in vigilia Ascensionis domini nunc proxime ventura, in capitulo ecclesie Jauriensis super eo, ut ipsi et patres ipsorum unacum Myrkwr fratre ipsorum et Jacobo filio eiusdem, in possessionibus ipsorum divisionem aliqualem non habuerint, sacramentum prestare teneantur; seriemque ipsius iuramenti partes in literis dicti capituli in octavis festi Penthecostes nunc venturis, nobis reportare teneantur. Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

105. *A vasvári káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Sári Gős fiait Ombus nevű birtokba nem birta beiktattatni, mert Márton borsmonostori apát annak ellentmondott. 1332. aug. 22.*

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie sancti Michaelis de Castroferreo oraciones in filio virginis gloriose. Literas vestre celsitudinis cum omne honore recepimus, hunc tenorem continentes: Karolus dei gracia rex Hungarie, fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicunt nobis Michael et Johannes filii Geus de Sary, quod quedam possessio ipsorum Ombus vocata in comitatu Supruniensi existens, metarum ereccionibus et renovacionibus et a vicinorum seu commetaneorum possessionibus separacione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Ibrahun de Kulu vel Clemens filius Johannis de Petri, altero absente homo noster, ad faciem prefate possessionis accedendo, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis, reambulet eandem per veteres metas et antiquas, novas metas iuxta

Digitized by Google

veteres, ubi necesse fuerit, erigendo; et post hec relinquat eisdem filiis Geus perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, contra eosdem filios Geus, citet ad nostram presenciam, ad terminum competentem; et post hec diem citacionis nomina citatorum, terminum assignatum ac tocius facti seriem cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, secundo die festi beati Laurencii martiris, anno domini millesimo CCC° XXX° secundo. Verum cum vestris preceptis et mandatis in omnibus obedire teneamur, cum prescripto Petro de Kulu homine vestro, hominem nostrum Nicolaum clericum chori nostri pro testimonio transmisimus, ad premissa vestra precepta et mandata exsequenda, qui demum ad nos reversi et per nos requisiti concorditer retulerunt, quod cum quarta feria proxima post festum assumcionis beate Marie virginis ad predictam possessionem Ombus vocatam accessissent, et eandem convocatis vicinis et commetancis suis universis, quibus undique circumdatur, reambulassent, reambulatamque cum suis utilitatibus omnibus antedictis Michaeli et Johanni filiis Geus de Sary relinquere et statuere voluissent perpetuo possidendam, vir religiosus frater Martinus abbas monasterii sancte Marie virginis de Kedhel non reambulacioni, sed statucioni contradixisset, quare eodem die reambulacionis et in facie eiusdem possessionis Ombus, idem homo vester presente nostro testimonio prescripto, prenominatum virum religiosum fratrem Martinum abbatem de Kedhel ad vestram citasset presenciam, contra Michaelem et Johannem filios Geus prenotatos, octavas sancti Michaelis archangeli proxime venturas eidem pro termino comparendi assignando. Datum in octavis assumpcionis beate Marie virginis, anno domini millesimo CCC° XXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 8. 13. dipl. oszt. 2745.

Digitized by Google

106. *I. Károly király előtt Osl fiai János, Domokos és Miklós Koroghi várnagy, továbbá Herbord fia István és Beled fia Beled, Dénes fiát Istvánt nemzetségbeli rokonukat, Nemti, Sarrod, Heren (Hirm) Kér és Olrámus nevű birtokok elidegenitésétől, a Nagymartoni grófokat pedig azok megszerzésétől tiltják. Visegrád, 1334. febr. 14.*

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie, damus pro memoria, quod magistri Johannes et Dominicus filii Osl fideles nostri pro se et magistro Nicolao castellano de Korogh fratre ipsorum, item Stephano filio Herbordi et Belid filio Belid et aliis universis proximis et generacionibus ipsorum de generacione Osl, ad nostre maiestatis accedentes presentiam, per modum protestacionis nobis significare curaverunt, quod Stephanus filius Dionisii generacio et proximus eorum, in ipsorum preiudicium et gravamen, universas porciones possessionum ipsum de iure tangencium, videlicet terciam partem ville Nemti, item terciam partem possessionis Soruld, item dimidietatem possessionis Heren, item dimidietatem possessionis Keer et dimidietatem possessionis Orlamus, comiti Paulo filio Simonis et magistro Laurencio fratri suo, vendere et alienare niteretur; unde allegantes, quod vendicio et alienacio dictarum possessionum secundum consvetudinem regni, non ad aliquos, ni ad generacionem Osl pertinere dinoscatur, per modum protestacionis, ut premisimus, ipsum Stephanum a vendicione et alienacione porcionum possessionariarum predictarum, comitem vero Paulum et Laurencium filios Simonis ab emcione et quomodolibet occupacione prohibuerunt et prohibentes contradixerunt. In cuius protestacionis testimonium presentes a nobis sibi dari postularunt, quas nos eisdem dari fecimus iusticia mediante. Datum in Wyssegrad, in festo beati Mathie apostoli, anno domini M° CCC° XXX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

107. *Simon csornai prépost és conventje előtt az Osl nemzetségből való Imre fia Mihály, Széplak nevű birtokban a Fertő rétjein gyakorlatt vámszedési jogot, rokonának Osl fia Jánosnak zálogba adja. 1335. apr. 17.*

Nos frater Simon divina miseracione prepositus sancti Michaelis archangeli de Churna, et conventus loci eiusdem ordinis premonstratensis memorie commendamus significamus *(igy)* quibus expedit tenore presencium universis, quod secunda feria proxima post dominicam Pascce magister Mikael filius Emerici de genere Osl ex una parte, item magister Johannes filius magistri Osl ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Mikael antedictus confessus est viva voce, quod tributum suum in Zyplach et tributum fratris sui in eadem magistri Deseu bone memorie iure hereditario sibi contingentem, videlicet in pratis Fertheu vulgariter appellatum *(igy)* partem eiusdem pignori obligavit magistro Johanni filio magistri Osl prenotato, pro tribus marcis denariorum viennensium ad octavas sancti Mikaelis archangeli redimere nunc venturas, quod quidem si idem magister Mykael memoratus usque ad octavas prenotatas redimere possit, cum eodem tot tantis marcis redimere tenetur, pariter et valebit; item idem prelibatus magister Mikael obligavit se insuper et firmiter asumsit coram nobis, quod idem sepedictus magister Johannes racione inpignoracionis memorati tributi a quolibet per quempiam impeteretur seu molestaretur propriis suis laboribus et expensis tenetur eundem magistrum Johannem expedire. Datum in die prenotato, anno domini M° CCC° XXX° quinto.

Papiron, hátlapján gömbölyü pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

108. *A győri káptalan előtt Osl fiai János, Miklós és Domokos, Petych Péter rokonuk részére magukat huszonöt márka fizetésére kötelezik és egyszersmind Némethi nevű birtokuk haszonvételet neki átengedik. 1335. jun. 9.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod nobilis

Digitized by Google

vir magister Johannes filius Osl de generacione Osl, pro se et pro Nicolao et Dominico fratribus suis uterinis ab una parte, Petrus dictus Petych de eadem generacione Osl ex altera, coram nobis personaliter constitutis, idem Johannes filius Osl suo et presciptorum fratrum suorum nomine assumsit dare et solvere viginti quinque marcas latorum denariorum viennensium Petro Petych antedicto, in terminis infrascriptis, scilicet decem marcas solvet in octavis Penthecostes proxime futuris, item octo marcas solvet in vigilia nativitatis Christi, et septem marcas in festo sancti Georgii martiris, duplum incursurus si quem terminorum pretermiserit in solvendo. Preterea idem magister Johannes filius Osl suo et prescriptorum fratrum suorum nomine assumsit se firmiter obligando, quod memoratum Petrum Petych in possessionariis porcionibus sibi et fratribus suis per predictum Petych Petrum videlicet pro summa quadraginta marcarum pignori obligatis usque vitam ipsius Petri absque omni molestia seu peturbacione fovebit et conservabit omnia iura seu utilitates possessionariarum porcionum, in possessione Nempti existencium, eidem Petro amministare facere plenarie debendo, eo tamen excepto, quod si aliquo tempore exaccionem seu steuram ipsum magistrum Johannem et fratres suos super iobagiones in eisdem possessionariis porcionibus commorantibus exigi facere contingat, ex tunc in duas equales porciones interse dividere tenebuntur partes prenotate. Obligacione tali inserta, et per magistrum Johannem assumta, quod si ipse et fratres sui Petrum sepedictum in memoratis possessiorariis porcionibus et utilitatibus earumdem non conservaret illese, vel aliqualiter molestaret, utilitates possessionariarum porcionum pro se usurpando, extunc penis triginta marcarum latorum denariorum viennensium ante litis ingressum persolvendarum subiaceret eo facto, pront se idem magister Johannes et fratres suos prescriptos ad id ultra obligavit. Datum feria sexta proxima ante octavas festi Penthecostes, anno domini M° CCC° XXX° quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

109. *Drugeth Vilmos nádor a négy szolgabirónak bizonyos fizetés dolgában, az alispán és Osl fia János jótállására, halasztást ad. Sopron, 1335. aug. 5.*

Nos Wyllermus Drugett palatinus et iudex comanorum tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod licet quatuor iudices nobilium et universi nobiles comitatus Supruniensis triginta marcas racione victualium nostrorum, quamlibet marcam cum decem pensis latorum viennensium computando, in octavis festi sancti Jacobi apostoli pro precio equi Emerici filii Laurencii de Sythke nobis et nomine nostro ipsi Emerico persolvere debuissent; tamen ipsam solucionem triginta marcarum dictus Emericus ad dictorum iudicum nobilium et eorumdem universitatum instantes peticiones, ad octavam diem dominice proxime post octavas predictas duxit prorogare tali modo, quod si predicti quatuor iudices nobilium et universi nobiles predicti comitatus ipsum terminum crastinarent in solvendo, extunc sexaginta marcas cum predicto pondere persolvere tenerentur Emerico memorato; pro quibus quidem triginta marcis pro eisdem iudicibus nobilium et universis nobilibus predicti comitatus magister Johannes dictus Touth vicecomes Supruniensis et magister Johannes filius Osl fideiussores coram nobis extiterunt. Datum in Suprunio, sabbato proximo post octavas festi sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° XXX° quinto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

110. *Drugeth Vilmos nádor által tartott közgyülésen Gős fiai Sári nemesek, elődjeik részére Gejza és István király által adott adományleveleiket felmutatták s panaszolják, hogy Locsmánd, Sarud (Frankó) és Gyiróth nevű birtokaikat Henrik bán fia János elfoglalta, az alispán azonban azt jelentette, hogy Kőszeg váraihoz Locsmánd és Gyiróth nevű faluk a király parancsolatjából foglaltattak el. Sopron, 1335. aug. 7.*

Nos Willermus Druget palatinus et iudex comanorum, tenore presencium memorie commendantes significamus,

Digitized by Google

quibus expedit universis, quod in quadam nostra congregacione generali universitati nobilium Suproniensis comitatus, quarta feria proxima post octavam festi sancti Jacobi apostoli in civitate Suproniensi celebrata, inter cetera Johannes et Michael filii Geus nobiles de Saar de medio consurgentes universorum exhibuerunt nobis quoddam privilegium domini secundi Geyse regis Hungarie filii videlicet secundi regis Bele super collacione duarum villarum regalium cum silva regali Sar vocata et quatuor custodum eiusdem silve, et super collacione villarum Luchman et Gherolth vocatarum, et cuiusdam terre ville Suproniensis supra Rabcham Sarud vocate, in dicto comitatu existentencium confectum; exhibuerunt eciam quoddam aliud privilegium domini Stephani regis filii eiusdem Geyse regis Hungarie, dictum privilegium confirmans et corroborans, in quorum tenoribus lucide fuimus informati, quod sepedicte possessiones ad eosdem Johannem et Michaelem iure hereditario dinoscuntur pertinere, asserentibus tamen eisdem, quod possessiones Luchman et Gherolth vocate per Johannem filium Herricy tunc potentem, domini regis infidelem, de patre et patruis ipsorum ablate extitissent et indebite occupate, quorum dicta in hac parte quatuor iudices nobilium, iurati assessores et universi nobiles dicti comitatus, in ipsa nostra congregacione nobiscum assedentes per nostram trinariam requisicionem unanimiter affirmarunt, sed comes Johannes Touth dictus, vicecomes magistri Lorandi curialis comitis Suproniensis in persona eiusdem domini sui, exsurgendo significare curavit, quod dicte sue possessiones Luchman et Gherolth vocate ad castra regia Kuzeg vocata essent occupata et detinerentur ex scitu regio, et Johannes filius Stephani filii Sebus serviens dicti magistri Lorandi, ex commissione eiusdem domini sui, in dicta villa Gherolth resideret, et idem Johannes filius Stephani coram nobis comparendo illud idem affirmavit, quod ex commissione eiusdem magistri Lorandi in dicta villa Gherolth resideret, et eadem possessio in nullo sibi attineret. Datum quarta die congregacionis nostre antedicte, loco memorato, anno domini M° CCC° XXX° quinto.

Digitized by Google

A vasvári káptalannak 1392-ben »Benedictus filius Johannis, Anthonius filius Michaelis filii dicti Johannis, Johannes filius Clementis, germanus condam domini archiepiscopi nobiles de Franklou» kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik N. R. A. 621. 16. dipl. oszt. 2935. Kivonatát adja Fejér Gy. i. m. VIII. 1. 268. l.

III. *A pannonhalmi convent előtt János bakonbéli apát Árpás nevű birtokának elfoglalásától Móriczhidai Móriczot s többi szomszédjait tiltja. 1335. aug. 24.*

Nos conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie, damus pro memoria, quod religiosus vir, dominus Johannes abbas monasterii sancti Mauricii de Beel in nostri personaliter presencia constitutus, per modum protestacionis nobis significare curavit, quod licet ipse diversis negociis incomodis et necessitatibus ecclesie sue prepeditus ad presens, possessionem eiusdem ecclesie nomine Arpas iuxta fluvium Raba in commetaneitate magistri Mauricii filii Nicolai existentem, habitatoribus decorandi, et tributum pontis ibidem super dictum Raba exigi solitum ad ipsam ecclesie suam legitime similiter pertinens, iuris ordine de manibus occupancium requirendi facultatem, secundum suum desiderium non haberet, quamprimum tamen ex dono altissimi premissa votive faciendi facultas sibi affuerit opportuna, hec illico facere intenderet atque vellet, unde huiusmodi protestacione interposita, vicinos et commetaneos dicte possessionis Arpas et specialiter antedictum magistrum Mauricium et suos iobagiones, ac alios universos ab occupacione usu et utilitatum ac fructuum percepcione eiusdem possessionis et pertinenciarum suarum quarumlibet ac eciam a dilapidacione et destruccione antique ecclesie sancte Andree in facie ipsius possessionis site, item memoratum magistrum Mauricium et alios quoslibet, quibus idem vel sui predecessores aut eciam posteri prefatum tributum hactenus forsan dedissent, seu dare et tradere niterentur, ab ampliori eiusdem detencione, tradicione, obtencione, quavisque distraccione, alienacione, sive sibi perpetuacione factis quovismodo vel faciendis, in propria et sui conventus monasteriique predicti nominibus et personis prohibuit contradicendo publice coram nobis. Datum in

Digitized by Google

festo beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° XXX° quinto.

Hátlapján pecsét romjaival; eredetije a pannonhalmi ltárban L. Y.

112. *Az alispán és a szolgabirák Herbord fia István kérelmére, Zomori Márk fiának a két Horpács nevü faluk között fekvő birtoka elfoglalásától egyik szolgabiróval mindenkit intetnek. 1335. körül dec. 29.*

Nos magister Johannes vicecomes Soproniensis et iudices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod magister Stephanus filius Herbordy ad nostram presenciam *(hiányzik egy szó)* petens nos diligenter, quod ad ibendum possessionis Johannis filii Mark de Zomor videlicet medio duarum villarum, Horpach existencia, nostrum hominem daremus, unde nos peticionibus eiusdem annuentes comitem Dionisium iudicem nobilium socium nostrum in testimonium transmisimus, qui postmodum ad nos reversus nobis retulit oraculo vocis vive, quod omnem hominem ab usu et percepcione predicte possessionis Johannis memorate prohibuisset. Datum feria sexta post festum beati Johannis evangeliste.

Zárlatán két pecsét nyomaival; eredetije a gr. Teleky cs. gyömrői ltárában. Közölve Pesty Fr. másolatából. János Tóth melléknévvel 1332—1328. volt alispán, ez időközben péntek 1335-ben esett szent János evang. nap után, ez okból az oklevél kelte 1335-re tehető.

113. *A győri káptalan előtt Frankói Frank fia Miklós, elhalt testvérének részét, Frankó másképp Sarud nevü birtokban, a Répcze folyó mellett, Csornai János fia Belednek zálogba adja. 1336, dec. 8.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis significamus tenore presencium universis, quod nobilis vir comes Nicolaus filius Frank de Franklou, cum filio suo Nicolao ex una parte, magister Belidius filius Johannis de Churna de genere Osl parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus filius Frank, et Nicolaus filius eiusdem retulerunt viva voce, quod possessonariam porcionem Simonis filii Frank

Digitized by Google

fratris eiusdem Nicolai, post mortem eiusdem Simonis iure fraternitatis eis devolutam, in possessione Franklou et alio nomine Sarud vocata, in comitatu Supruniensi iuxta fluvium Repche existente, prout ipse Simon tenuit et possedit, scilicet cum molendino et propria curia eiusdem Simonis, pro qua curia alias curias ad racionem dicte porcionis Simonis assignarunt, videlicet in toto decem lihinios integros sive sessiones a parte occidentali adiacentes, cum earum utilitatibus omnibus, terris arabilibus et aliis item pratum et terram arabilem, que ipse Simon usui suo conservasset, necnon hortum pomiferum sive fructiferum eiusdem Simonis, cum uno fundo curie angularis. que intrante ex sinistra parte haberetur ab occidente, cum triginta duorum iugerum terrarum arabilium cum omnibus utilitatibus suis similiter pro triginta duarum marcarum denariorum viennensium a magistro Belud filio Johannis prenotato plenarie recepto eidem magistro Belud sepefato pignori obligavit et obligacioni exposuit coram nobis; hoc per partes interposito et firmiter assumto, ut quandocunque lapsu temporum ipse Nicolaus filius Frank et Nicolaus filius suus redimere poterunt, absque aliquo gravamine liberam habebunt redimendi facultatem, cum summa pecunie prenotate, usque vero tempus redemcionis racione eiusdem possessionarie porcionis Simonis modo premisso obligate, ab omnibus molestare volentibus, ipsum magistrum Belidium tenentur defensare et in eadem conservare; si qui vero alii redimere niterentur, et ipsum Belud defensare et in eadem conservare nequirent impetitores et redimere volentes, exceptis Nicolao filio Frank et Nicolao filio suo, qui forent cum duplo pecunie pretacte, redimere teneantur sepedictam porcionem Simonis a Belud supradicto. Datum dominico die proximo post festum sancti Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° XXX° sexto.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 21. 10. dipl. oszt. 3028. Közölve Véghelyi Dezső másolatából.

Digitized by Google

114. *A soproni keresztesek conventje előtt Kalas fia Jakab, Kurru (Küllő) nevü falúban egy negyedrész malomhelyet az Ikva folyón, egy negyedrész gyümölcsössel, kerttel és földdel, együtt, Soproni István comes fiainak örök áron eladja. Sopron 1337. febr. 16.*

Nos conventus cruciferorum in Supprunio significamus universis tam presentibus quam futuris hanc literam inspecturis, quod accedentes ad nostram presenciam Jacobus filius Kalas de Kurrw cum uxore sua Agnete et cum filiis suis Martino et Nicolao, atque cum ceteris eorum heredibus et cognatis universis, professi sunt coram nobis oraculo vive vocis, quod maturo consilio et animo deliberato, de possessionibus suis hereditariis in villa Kvrru quartam partem unius fundi molendini, in fluvio Eyka existentem, supra curiam Stephani et Bartholomei filiorum comitis Stephani de Supprunio, iacentem et sitam, cum omnibus attinenciis et utilitatibus ad predictam quartam partem ipsius fundi pertinentibus, videlicet quartam partem pomerii, quod adiacet, et quartam partem horti ibidem, eciam quartam partem agri penes fundum molendini predictum, discretis viris predictis Stephano et Bartholomeo filiis comitis Stephani de Supprunio et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, pro sex pensis denariorum latorum viennensium, plene ab eisdem et integre receptis, iure hereditario perpetuo vendidissent, condicione vero tali, quod prelibatus Jacobus, cum uxore et filiis suis, atque cognatis et amicis universis prenominatis, sepedictam quartam partem fundi molendini, cum suis attinenciis et utilitatibus supradictis, in revolucione anni unius a data presencium pro pecunia prenominata, redimendi, liberandi, atque solvendi, plenam habere proterunt et liberam facultatem, quod si non fecerint, et predictum tempus redimendi neglexerint, extunc sepe nominati Stephanus et Bartholomeus in filios filiorum, sepe nominatum fundum molendini, cum universis attinenciis eiusdem prememoratis, quieto modo atque pacifico tenebunt, et iure hereditario atque perpetuo irrevocabiliter possidebunt; hoc eciam adiecto, si prelibatos

Digitized by Google

Stephanum et Bartholomeum aut successores eorum racione possessionis sepe nominate quis impeteret seu gravare aut molestare presummeret, extunc sepedictus Jacobus filius Kalas de Kvrou cum uxore filiis et cognatis seu suis heredibus omnibus supradictis, id ipsum expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis. In cuius rei evidenciam et securitatem perfectam, presentes nostro sigillo pendenti literas concedimus roboratas. Datum Supprunii, dominica Circumdederunt me, anno domini millesimo CCC° XXX° septimo.

Hártya szalagon függő a husvéti bárányt előtüntető ép pecséttel; eredetije Sopron szab. kir. város ltárában Lad. XVII. 1. 2.

115. *Az alispán és a szolgabirák Vonozi Gyenge fiát, Miklóst, azért mert Ikhart nevü jobbágyát elő nem állitotta, birságolják. 1337. oct. 6.*

Nos magister Johannes vicecomes Supruniensis et iudices nobilium de eadem, damus pro memoria, quod Nicolaus filius Gyenge de Vonoz, feria secunda proxima scilicet in octavis sancti Michaelis archangeli, secundum continenciam literarum nostrarum, iobagionem suum nomine Ikhart statuere coram nobis debuisset; adveniente ipso die, statuere non potuit, eo quod commisimus in iudicio, insuper in omicidio *(igy)* iudiciis. Datum die et termino prenotato, anno domini M° CCC° tricesimo septimo.

Zárlatán pecsét nyomaival, eredetije Kismartonban a hercz. Esterházy cs. ltárában. 47. G. 1.

116. *Nagymartoni Pál országbiró és testvére Lőrincz, egy udvartelket Moruch (Márcz) nevü falúban, Osl fiának Jánosnak visszaadnak. Visegrád, 1337. dec, 14,*

Nos comes Paulus iudex curie domini regis memorie commendamus, quod nos fundum curie, quem magister Johannes filius Osl in possessione sua Moruch vocata in comitatu Supruniensi habita, situm, domine matre nostre bone memorie pro duodecim pensis pignori obligarat, eidem magistro Johanni filio Osl, restituimus et resignavimus pleno iure perpetuo possidendum eo iuris titulo prout ad ipsum

Digitized by Google

dinoscitur pertinere; nihilomiuus magister Laurencius frater noster eundem fundum curie cum suis utilitatibus eidem magistro Johanni filio Osl restituit et resignavit coram nobis perpetuo possidendum, tenendum, pariter et habendum. Datum in Wyssegrad, die dominico proximo post festum beate Lucie virginis, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában Ostfiasszonyfán.

117. *I. Károly király a soproni polgárokat, kik Leustach főispán által a Fertő folyón a vámszedés gyakorlatában megháborittattak, ennek használatában a kikötött időig meghagyja. Visegrád, 1338. márt. 16.*

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis universitati civium de Soprunio salutem et graciam. Noveritis, quod Corrardus magister civium vestre universitatis, unacum Lukachio iudice et Nicolao dicto Kolbo suis et vestris sociis vice et nomine vestro ad serenitatis nostre accedendo presenciam, nobis detexerunt querulose, quod magister Leustachius filius Lorandi comes Castriferrei, Supruniensis, Simigiensis et Tolnensis comitatuum dilectus et fidelis noster medietatem tocius tributi nostri in fluvio Ferthew habiti, anno domini M° CCC° XXX° a quindenis festi Penthecostes per decem annos in subsidium operis seu municionis dicte civitatis nostre et armorum dicte municioni necessariorum comparacionem, vobis per nos collati, iam ante expiracionem et complecionem eiusdem termini ex nostro mandato et commissione perciperet, in grande vestrum preiudicium et iacturam; unde quia dictis vestris literis edocti nondum adhuc ipsos decem annos a die concessionis ipsius gracie nostre, elapsos fore cognovimus, obhoc illam medietatem dicti tributi nostri in Fertheu habiti cum tota sua integritate vestre universitati usque ad complementum seu expiracionem termini iamdicti, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum ad humillimam supplicacionem eorumdem sociorum vestrorum duximus vobis remittendam et pleno iure percipiendam, ita tamen, quod ipsi operi et municioni civitatis secundum

Digitized by Google

solitum morem et consvetudinem vestram insistere debeatis, nobis in hac parte complacentes; aliud pro nostra dileccione non facturi. Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima post dominicam Oculi, anno domini M° CCC° XXX° octavo.

Hátlapján pecsét maradványaival, alatta »commissio propria regis« szavak; eredetije Sopron sz. k. város ltárában. Lad. XVIII. 1. 3. A király Visegrád »die dominico post octavas Epiphaniarum« négy évre meghosszabbítja a Fertő vizén a félvámszedés jogát, a másik fele már ugy is a várost illetvén; lásd u. o. Nr. 4. Vesd össze: Fejér Gy. i. m. VIII. 4. 372.

118. *A rábaközi szotgabirák előtt Márk fia Pál és Pásztori Orbán, Barbaházi István fia Pál birtoka iránt egymás irányában bejelentett tiltakozásaiktól elállanak.*

1338. jun. 14.

Nos comites Alexander et Andreas iudices nobilium de Rabakuz damus pro memoria, quod in quindenis diei festi Penthecostes, ad vocacionem Pauli fili Mark de Heremus et Nicolai filii Urbanus de Paztur ad villam Nimpti sumus accessuri, qui quidem Paulus filius Mark et Nicolaus filius Urbanus antedicti concorditer viva voce retulerunt, quod causas, quas inter ipsos habuerunt, super facto duabus literis super possessione Pauli filii Stephani de Borbahaza vocata videlicet ex parte Pauli fili Mark super facto literis protestacionis *(igy)*, ex parte vero Nicolai filii Urbanus super facto literis *(igy)* prohibicionis, ad scitum proborum virorum et voluntate parcium videlicet Philippi de Buchund, Petri filii Bank de eadem et Johannis filii Thome de Borbahaza, ac aliorum illas duas literas presentatas mutuo cassas reddiderunt et inanes et sopitam coram nobis, tali tamen interiecto *(igy)* posito, quod si qua pars contra partem alteram temporum elapsu, coram quo iudice illas inanes literas supranominatas et cassas exhiberetur, extunc litera mortua sit et pro nihil sit valiturus. Datum in die quindena superius annotata, anno domini M° CCC° XXX° octavo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

119. *A vasvári káptalan előtt a Ják nemzetségbeliek, a többek között Damonya nevű birtokukon megosztoznak. 1339. febr. 16.*

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo, significamus tenore presencium universis, quod Martinus et Michael filii Jaak de genere Jaak ab una parte, Jacobus fllius eiusdem Jak et Georgius filius Myke filii predicti Jaak ab altera coram nobis personaliter constituti in possessionibus eorum concorditer et unanimiter talem divisionem inter se fecisse retulerunt, quod possessio eorum Bankfolua vocata, et altera possessio eorum Sebefeuldu nominata in districtu ecclesie sancti Michaelis de Bel Jak existens, cum earum utilitatibus omnibus, locis sessionariis seu villarum pratis, silvis, terris arabilibus et aliis pertinenciis suis universis cessissent prédictis Jacobo filio Jak et Georgio filio Myke perpetuo inrevocabiliter possidere; e converso vero possessionarie porciones eorum, quas habent in Vyfolu, in Nykch, videlicet tercia pars ipsius possessionis Nykch, item in Egurzyg iuxta Repche, cum molendino super eodem fluvio Repche sito, item in Damynia in comitatu Supruniensi iuxta ipsum fluvium Repche existens, cum earum utilitatibus omnibus, locis sessionariis seu villarum terris arabilibus, silvis, pratis, aquis et aliis pertinenciis suis sunt devolute prenominatis Martino et Michaeli similiter perpetuo inrevocabiliter possidere; de supervenientibus autem causis contra ipsos et contra quemlibet eorum racione possessionum predictarum oriendis, partes se mutuo iuvare tenentur laboribus et expensis, et pariter defensare contra omnes; si vero de aliquo eorum in predictis possessionibus aufferetur et alienaretur, et se defensare non possent, parti cuius porcio diminueretur communiter tenentur restaurare de possessionibus eorumdem, excepto hoc, ut si quis eorum propria sua malicia amitteret possessionariam suam porcionem, sustinebit, et amodo quelibet parcium de alterius porcione seu iobagionibus manus retrahere tenebitur, et parti relinquere pleno iure porciones et iobagiones cui . . . . . quales sunt devoluti; et si quis eorum aliqua habet edi-

Digitized by Google

ficia transferre de alterius partis porcione ad suam, usque festum sancti Georgii martiris proxime venturum, liberam habet facultatem se transferendi et edificia asportandi; in servis et ancillis quinque eorum, quos vel quas habet, pro se possidebit; et sic partes super universis causis eorum hinc et inde motis et exortis, usquemodo inter .....eciam super morte, vulneris, sanguinis effusione, si que fuissent inter ipsos, ad plene pacis dixerunt se devenisse unionem, et penitus concordasse; et partes se in p....e pacis forma mutuo se reliquerunt. Datum feria tercia proxima post dominicam Invocavit, anno domini M° CCC° XXX° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Ipolyi Arnold gyüjteményében.

120. *Leustach Vas- és Sopron-vármegyék főispánja, az alatta álló összes várnagyoknak, tisztjeinek és vámszedőinek, különösen Fülesen és Szakonyban meghagyja, hogy a borsmonostori apáttól és szerzetesektől vámot ne szedjenek. Kőszeg, 1339. apr. 25.*

Nos magister Leustachius comes Castriferrei et Supruniensis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod abbas et conventus monasterii beate virginis de Kedhel exhibuerunt coram nobis diversa paria privilegiorum papalium et regalium, ac eciam quasdam patentes literas nostrorum predecessorum comitum, in quibus expresius *(igy)* vidimus contineri, ut in omnibus partibus regni a propriis rebus illius monasterii ad abbatem et monachos pertinentibus per quecunque tributa, ad quascunque partes et specialiter in predictis comitatibus deferentibus nullum tributum exigi teneatur, nec racione tributi quitquam postuletur ab eisdem, unde volumus tam ob reverenciam beate virginis, quam iusticie causa ipsum monasterium et ad ipsum pertinentes homines in suis iuribus pacifice conservare. Quamobrem vobis omnibus nostris castellanis, officialibus, tributariis et vices vestras gerentibus in predictis nostris comitatibus maxime in Fyles et in Zokon existentibus precipimus firmiter et precise, de pre-

Digitized by Google

dictis propriis rebus monasterii memorati, dum ad aliqua nostra tributa pervenerint, nullum tributum recipere presummatis ab eisdem, nec racione tributi quitquam exigere debeatis; universas autem possessiones eiusdem monasterii et omnes homines in eisdem commorantes per directas et antiquas vias a principio regni consvetas, versus Sepreg et in Saar ire et redire volentes, salvis eorum rebus transire permittatis, nullo modo racione aliqualis tributi nostri eos de ipsorum iusta via ad iniustam viam, unde non soliti fuissent laborare *(igy)*, ire coercetis, et sicut indignacionem nostram vos formidatis incursuros, secus non facturi in premissis, nec eos ad tributum nostrum in Zokon existens ire compellatis. Datum in Gunsa, secundo die festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XXX° nono.

Papíron, hátlapján pecsét maradványaival, egy fa levelet szájában tartó állat feje látható a pecséten; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostori oklevelek 27. 14. dipl. oszt. 3224.

121. *A győri káptalan előtt Szemerei Chyzer dédunokája István és Cheyli Ingram, Szemere és Cheyl (a mai Rust) nevű birtokaikon megosztoznak. 1339. máj. 6.*

Capitulum Jauriensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Stephanus filius Stephani filii Stephani filii Chyzer de possessione Zemere comitatus Supruniensis, cum honorabile et discreto viro domino Petro custode ecclesie nostre socio et concanonico nostro karissimo patruo suo ab una parte, Ingram filius Erb de possessione Cheyl comitatus eiusdem ex altera, ad nostram personaliter accedendo presenciam propositum et declaratum extitit per eosdem oraculo vive vocis, quod propter bonum pacis et concordie unionem perpetue inter ipsos observande, amicabili et composicione nobilium et proborum virorum inter ipsos interveniente, in talem formam divisionis devenissent et devenerunt coram nobis, quod medietas possessionis antenotate Scemere in comitatu Supronіensi predicto existens, a parte orientis simul cum loco sessionali, pomerio, cum omnibus

Digitized by Google

iuribus eidem loco sessionali Stephani avi Stephani filii Stephani supradicti attinentibus, in antenotata possessione Scemere existentis, cum utilitatibus, suis scilicet locis sessionalibus, terris arabilibus, fenilibus, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, molendinis et iure patronatus ecclesie sancte Crucis ibidem constructe, aquis et aliis omnibus, in quibuscunque existant vel quocunque nomine censeantur, dictam medietatem memorate possessionis Scemere contingentibus, simulcum porcione possessionaria eiusdem domini Petri custodis de beneplacito consensu et donacione eiusdem domini Petri custodis, antedicto Stephano filio Stephani ac medietas omnium possessionum ubicunque existencium, quomodocunque nominatarum cessisset et devenisset perpetuo et inrevocabiliter heredum per heredes possidenda, tenenda, pariter et habenda; alia vero medietas dicte possessionis Scemere simulcum omnibus utilitatibus quomodocunque nominatis a parte occidentis existens, ut superius expressum est, in dicto comitatu Supruniensi existentis, videlicet simulcum medietate universarum possessionum ubicunque existencium, ipsos hereditarii iuris titulo contingencium, exceptis et salvis possessionibus emticiis et obligatis, que ad dictum Stephanum filium Stephani immediate dinoscuntur pertinere, tum racione quarte naturalis domine Katharine matris dicti Ingram, tum eciam racione solucionis viginti quinque marcarum latorum denariorum viennensium, quas quidem viginti quinque marcas dictum Ingram nobili domine domine Elisabet relicte Andree filii Stephani filii Chyzer fratris scilicet dicti domini Petri custodis uterini, filie videlicet Stephani filii Gundran de Cheer, persolvit coram nobis, perpetuo et inrevocabiliter, devenisset et cessisset antenotato Ingram filio Erb de Cheyl similiter heredum per heredes possidenda, tenenda, pariter et habenda; preterea antenotatus Ingram amore consanguinitatis medietatem possessionis sue Chyl nominate, in comitatu Supruniensi iuxta lacum Ferteu existentis, simul cum medietate vinearum ac universarum possessionum et possessionariarum porcionum suarum ubicunque existencium ipsum contingencium, dedit, donavit et contulit predicto Stephano filio Stephani proximo suo perpetuo et

Digitized by Google

inrevocabiliter habendam, tenendam et pariter possidendam heredum per heredes. Hoc eciam specialiter declarato et per partes communiter assumto, quod si quem ipsorum deo vocante sine heredum solacio et spe posteritatis de hac vita decedere contingerit, quod absit, extunc universe possessiones et possessionarie porciones cum utilitatibus suis quibuslibet ipsius decedentis, in ius et proprietatem ac dominium superstitis devolventur ipso facto, similiter perpetuo et inrevocabiliter possidende, tenende pariter et habende, heredum per heredes, sedatis et sopitis nihilominus damnis, iurgiis, nocumentis et generaliter universorum iurgiorum et negociorum articulis usquemodo inter ipsos motis et suscitatis, tali obligacionis vinculo mediante, quod si qua parcium de presenti pacis unione et forma divisionis resiliens extiterit, extunc pars contumax parti composicionem et formam divisionis observanti, penis quinquaginta marcarum latorum denariorum viennensium ante litis ingressum persolvendarum subiacebit ipso facto, ad quod se partes prenotate sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, presentes concessimus literas sigilli nostri autentici appensione roboratas. Datum in festo sancti Johannis ante portam latinam, anno domini M° CCC° tricesimo nono, magistris Briccio preposito, Mathia lectore, Georgio cantore, predicto Petro custode, ceterisque canonicis et dominis ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak **1342.** febr. **2**-án kelt átiratából, mely szerint Szemerei István s ennek Péter nevű fia valamint Cheyli Ingram föntebbi egyességüket a káptalan előtt újabban megerősítették; a vasvári káptalan oklevelének eredetije kellemesi Melczer István úr birtokában van.

122. *Pál országbiró Henrik borsmonostori apátot mindazon birságdíj megfizetéséről nyugtatja, melyben az apát Frankói Gős János és Mihály németújvári Kokas fia János és Kanizsai Lőrincz ellenében marasztaltatott. Pozsony, 1339. jun. 15.*

Nos comes Paulus iudex curie domini regis memorie commendamus, quod qu..... religiosus dominus frater Herricus abbas ecclesie beate virginis de Borsmonustura,

Digitized by Google

universa iudicia et iudicialia gravamina, in quibus dominus frater Martinus eiusdem ecclesie abbas suus predecessor, locique eiusdem conventus, contra Johannem et Michaelem dictos Keus de Franklou, Johannem filium Kokas, . . . Laurencium filium Emerici, ac alios quoslibet homines, coram nobis convicti habebantur, per exactorem iudiciorum nostrorum anni preteriti, super ipsum et eiusdem . . . possessiones plene recepisse et exegisse . . . . . certitudinaliter informando referebat, quia idem dominus abbas et sue ecclesie conventus, modo premisso super . . . universorum iudiciorum nostrorum, prout nos super hoc evidenter informabat, se expediendo, nobis ad plenum satisfecerunt. Obhoc nos eundem dominum Herricum abbatem et suum conventum racione universorum iudiciorum et iudicialium gravaminum, in quibus prefatus Martinus abbas predecessor suus et eiusdem loci conventus hactenus et usque modo, contra quoslibet homines et specialiter contra prefatos Johannem et Michaelem dictos Keus, Johannem filium Kokas et Laurencium filium Emerici modo iamdicto coram nobis fuerant convicti, reddimus expeditos et de omni exaccione eorumdem iudiciorum absolutos presencium serie mediante. Datum Posonii, feria tercia proxima post festum beati Barrabe apostoli, anno domini M° CCC° XXX° nono.

Ugyancsak Pál országbirónak 1340-ki átiratából, melynek eredetije meg van az orsz. ltárban Borsmonostor: 27. 13. dipl. oszt. 3241.

123. *Drugeth János nádor kiküldi a vasvári káptalant, hogy Sarus vagy Frankó nevű birtokba Gős fiait iktassa be. Buda, 1339. aug. 29.*

Discretis viris et honestis capitulo ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo, suis amicis reverendis Villermus Drugeth palatinus et iudex comanorum sincere amicicie, reverencie et honoris continuum incrementum. Noverit vestre discrecionis amicicia, quod magister Michael filius Gews de Sarus pro se personaliter, pro Johanne vero fratre suo cum sufficientibus procuratoriis literis vestris in octavis Assumcionis virginis gloriose in nostra iudiciaria

Digitized by Google

figura consurgendo, exhibuit nobis quamplures literas vestras reambulatorias possessionum, formamque citacionis continentes, et nostras literas iudiciales ac prorogatorias, in quibus vidimus contineri, quod cum ipse Michael accepto Thoma homine domini nostri regis, sub testimonio hominis vestri terciam partem cuiusdam possessionis Sarus vocate, que et alio nomine Franko vocaretur, in comitatu Supruniensi existentis, cum fundo unius curie, et quadraginta iugeribus terre, sabbato proximo ante dominicam Letare reambulari et sibi statui facere voluisset, Simon filius Johannis de Ewleng, non in reambulacione sed in statucione eiusdem possessionarie porcionis et fundi ipsius curie, contradictor extitisset, eodemque die eundem Simonem filium Johannis, contra ipsum Michaelem filium Gews ad quindenas festi Pasche domini proxime preteritas ad nostram citavissent presenciam; ipsis itaque quindenis occurrentibus, ipsa causa racione termini prioritatis, ad octavas festi Penthecostes extitisset prorogata; tandem ipsis octavis occurrentibus cum Elias filius Johannis de Sar cum sufficientibus procuratoriis literis vestris, pro eodem magistro Michaele filio Gews, iuxta priorum literarum nostrarum continenciam, in nostra iudiciaria figura comparendo contra eundem Simonem agere voluisset, Petew filius Jacobi de Bozth ad nostram tunc veniendo presenciam, se pro eodem Simone domino suo astaturum et ad obiecta ipsorum Michaelis et Johannis filiorum Gews responsurum per nos trina vice requisitus, allegasset asserendo, eosdem Michaelem et Johannem filios Gews unam et eandem causam movisse contra Simonem memoratum, et ibidem exhibuisset nobis literas conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna, in quibus vidissemus contineri, quod magister Simon filius Johannis comitis de Ewleng, personaliter coram eodem conventu, feria secunda proxima post octavas festi Penthecostes anno domini M° CCC° XXX° nono comparendo, causam suam in octavis festi Penthecostes in presencia nostri contra Johannem et Michaelem filios Gews de Franko motam vel movendam, quam habet, dedisset et commisisset Pethew filio Jacobi de Bozth exsequendam atque procurandam, quibus visis, dum

Digitized by Google

nos dictum Petew interrogassemus, quod si ipse hoc posset demonstrare, quod si dictus Johannes filius Gews pariter cum ipso Michaele fratre suo causam supradictam moverit nec ne, idem Petew prout prius allegasset, eosdem Johannem et Michaelem pariter et simul contra ipsum Simonem novisse *(igy)* et pro eodem Simone vigore literarum predictarum dicti conventus de Chorna contra eosdem Johannem et Michaelem filios Gews astaturum et ad obiecta ipsorum respondere pluries et pluries affirmasset, et quod dictus Simon dominus suus divisim, contra ipsos filios Gews, prout eciam in literis dicti conventus de Chorna contineretur, respondere non commisisset, sed contra ambos ipsorum vigore literarum dicti conventus de Chorna promtus fuisset respondere et paratus; quibus dictis idem Elias legitimus procurator ipsius Michaelis, causam eiusdem et non ipsius Johannis cum non habeatur cum eodem Simone in causa se velle proponere, prout prius asseruisset et hoc si ipse Johannes filius Gews actor vel paciens habeatur aliqua evidenti racione demonstrare postulasset a Petew prenotato, addiciens quod dicte litere procuratorie conventus de Chorna, tum pro eo quod dictus Johannes in presentibus octavis festi Penthecostes, contra ipsum Simonem aut ipse Simon contra ipsum Johannem causam aliquam non haberet, tum pro eo, quod dicte litere procuratorie hoc non tenerent, quod ipse Simon hoc quod procuratum fieret per Petew prenotatum, ratum haberet atque firmum, tum eciam pro eo, quod ipse Simon paciens existendo, causam dicti Michaelis domini sui finitam esse assereret in tenoribus literarum dicti conventus de Chorna predictarum, et ex eo se actorem denotaret, super quibus omnibus idem Elias dicto Michaeli domino suo iusticiam impendi postulasset. Unde quia dictus Petew hoc, quod predictus Simon velud actor aut paciens cum eodem Johanne in causa habeatur, per nos pluries requisitus non demonstrasset, nec demonstrare assumsisset, quia eciam sicut verbali prolacione, sic cum literis procuratoriis ipsius conventus de Chorna, ipsum Simonem cum iamdicto Johanne in causa supradicta in octavis festi Penthecostes esse et fuisse affirmasset, quod causam nec literis citatoriis nec proro-

Digitized by Google

gatoriis procuravit nec assumsit comprobare; ideo nos dictum Simonem filium Johannis iuxta assercionem sui procuratoris prenotati et continenciam literarum dicti conventus de Chorna in causa supradicta ipsius Michaelis in astacione falsi termini decrevissemus fore convictum; tandem predicti Michael et Johannes filii Gews, accepto Finta filio Baldini de Herman homine nostro, sub vestro testimonio certam partem predicte possessionis Sarus vocate, que alio nomine Franko vocaretur, cum fundo unius curie et quadraginta iugeribus terrarum, feria sexta proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptiste secundario reambulari et sibi statui facere voluissent Merth villicus Simonis de Hewklyn de villa Franko vice et nomine eiusdem Simonis domini sui comparendo, non a reambulacione sed a statucione eiusdem tercie partis possessionis predicte, fundi et terre quadraginta iugerum contradixisset, eodemque die et loco idem homo noster presente eodem testimonio vestro eundem Simonem ad feriam secundam proximam ante festum beate Marie Magdalene ad nostram citasset presenciam, ipsaque feria secunda occurrente predictus Michael pro se personaliter pro Johanne vero fratre suo cum sufficientibus literis procuratoriis vestris ab ipsa feria secunda incipiens duodecim diebus continuis contra ipsum Simonem stetisset in termino coram nobis, qui iuxta ipsarum literarum vestrarum citatoriarum pariter et reambulaoriarum continenciam, non venisset nec misisset et sic in tiudicio fuisset convictus, si se racionabiliter non poterit excusare. Tandem idem Michael et Johannes filii Gews accepto Ladizlao filio Pauli de Polyan homine nostro sub testimonio hominis vestri terciam partem predicte possessionis Sarus vocate, que et alio nomine Franko vocaretur, cum fundo unius curie et quadraginta iugeribus terre feria quinta proxima ante festum sancti Osvaldi regis, terciario reambulari et sibi statui facere voluisset, Petrus serviens Simonis filii Johannis de Ewfleng, pro eodem Simone domino suo comparendo, non a reambulacione sed a statucione dicte terre, fundi, quadraginta iugerum terrarum contradixisset, eodemque die et loco ipsum Simonem contra eosdem Michaelem et Johannem filios Gews idem homo noster presente eodem vestro testi-

Digitized by Google

monio ad predictas octavas Assumcionis beate virginis ad nostram citasset presenciam. Unde quia iuxta regni consvetudinem dicta tercia pars possessionis cum fundo et terra supradicta tercia vice recaptivata, in cuius statucione non aliquis alter, nisi Simon annotatus contradictor reperiebatur, qui propter gravaminis penam astacione falsi termini supradictam in statucione eiusdem minime poterat contraire, ideo dictam terciam partem ipsius possessionis Sarus seu Franko cum fundo et quadraginta iugerum terre, quorumlibet contradiccione et specialiter dicti Simonis non obstante, cui super hoc silencium imponimus, donec de predicti gravaminis mole a nobis et parte adversa se expediat, eisdem Michaeli et Johanni filiis Gews adiudicavimus statuendam; igitur amicicium vestram presentibus requirimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Johannes filius Johannis de Arukkuz vel Johannes filius Johannis de Undi altero absente homo noster, ad faciem dicte tercie partis ipsius possessionis Sarus, que et alio nomine Franko vocaretur, accedendo, ipsam cum fundo ipsius curie et quadraginta iugeribus terre convocatis vicinis et commetaneis eiusdem universis et presentibus, reambulando statuat predictis Michaeli et Johanni filiis Gews contradiccione quorumlibet non obstante; insinuando ibidem, quod si qui aliquod iuris se sperant habere in eadem, extunc post hoc iuris ordine exsecuantur *(igy)* contra Michaelem et Johannem filios Gews prenotatos. Et post hec ipsius reambulacionis et statucionis seriem nobis vestri gracia rescribatis. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° trecesimo nono.

Drugeth Vilmos nádornak Visegrád »feria quarta post dominicam Invocavit» 1340. kelt átiratából, melyet ismét a vasvári káptalan 1392. irt át; ennek eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 379. 29. dipl. oszt. 3283. őriztetik. — Ugyan ebben át van irva, a vasvári káptalan jelentése is 1339. sept. 15-ről, mely szerint Árokközi János királyi ember és János kanonok közbenjöttével a beiktatás megtörtént. Drugeth János itéletét a vasvári káptalan 1392-ben »feria quarta post octavas Epiphanie, Benedictus filius Johannis, Anthonius filius Michaelis filii dicti Johannis, Johannes filius Clementis germanus condam domini archiepiscopi nobiles de Franklou» kérésére irta át. Kelemennek, Mihály és Jakab fiai is megneveztetnek. Frankói Miklós 1359—1367-ig volt esztergomi érsek.

Digitized by Google

124. *A győri káptalan előtt Csornai János fia Simon Höflein nevű birtokban hat telket Marczaltői Istvánnak zálogba ad. 1339. oct. 6.*

Capitulum Jauriensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Simon filius Johannis de Chorna ab una parte, magister Stephanus filius Bartholomei de Marczaltw consanguineus eiusdem ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Simon filius Johannis, porcionem possessionariam suam totalem, in possessione Heuflyn habita, ipsum contingentem, scilicet sex laneos seu lihynos et unam vineam cum omnibus utilitatibus suis, predicto magistro Stefano filio Bartholomei consanguineo suo pro quadraginta marcis latorum denariorum viennensium plene ab eodem receptis pignori obligavit, eo modo, quod dictam possessionariam porcionem suam quandocunque voluerit pro dicta summa pecunie quadraginta marcarum salvum ius habebit redimendi ab eodem, absque gravamine aliquali, medio autem tempore quo redimere poterit, usus et utilitates universos dictorum laneorum et vinee, idem magister Stephanus filius Bartholomei pro se habebit et retinebit pleno iure, donec redimantur ab eodem, prout ordinatum et assumtum extitit per eosdem coram nobis. In cuius rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri authentici appensione roboratas. Datum in octavis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° tricesimo nono; magistris Briccio (vel Benedicto) preposito, Mathia lectore, Georgio cantore et Petro custode ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival felül chyrographummal; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

125. *A csornai prépost és convent bizonyságlevele, hogy Pásztori Orbán fia Miklós comes, Pásztori Német Lőrinczet és Syke unokáját Miklóst tiltotta, hogy bizonyos Csuka nevű tolvajt be ne fogadjanak s Pásztoriban neki földet ne adjanak. 1340. mart. 6.*

Nos frater Simon divina miseracione prepositus ecclesie sancti Michaelis archangeli de Churna et conventus loci eiusdem ordinis premonstratensis, damus pro memoria, quod feria secunda proxima post dominicam Invocavit, comes Nicolaus filius Urbanus de Paztur coram nobis personaliter comparendo, et dixit protestando, quod Laurencium tetonicum de Paztur proibendo, ut eidem Chuce hospitare non possit, in de *(igy)* terris arabilibus de eadem Paztur et in aliis non valeat penitus nihil dare, nec ipsum Chucam possit in eadem Paztur idem Laurencius tetonicus observare; similiter eo modo Nicolaum filium Stephani filii Syke eo modo proibendo, ut eidem Chuce de terris arabilibus et aliis non possit aliquid dare pariter assignare, quod idem comes Nicolaus presentes dixit protestando, ut idem Chuca memoratus unum paleferidum *(igy)* suum quatuor marcas valentem, sine suo datu et unum boum unam marcam valentem ab eodem abstulisset, et unum pecorem ipsius comitis Nicolai idem Chuca in pomerio mactasset et concessisset *(igy)* cuius rei testes sumus. Datum in die superius annotato, anno domini M° CCC° XL°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

126. *Nagymartoni Pál előtt Frankói Gős fiai János és Mihály, azon többrendbeli kártétel felett melyet Höfleini János fiai Belyd és János Frankó nevű birtokukon okoztak, ezekkel kibékűlnek, az ügynek párbajjal való eldöntésétől elállanak, és Höfleini János fiai 150 márka fizetésére kötelezik magukat. Visegrád, 1340. máj. 22.*

Nos comes Paulus iudex curie domini regis memorie commendamns, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudiciarie delibera-

Digitized by Google

cionis nostre exprimencium Johannes et Michael filii Gews de Franklow super eo, ut Belyud filius Johannis de Heuflyn feria quinta proxima post festum beati Michaelis archangeli nunc proxime preteritum exercitum theotonicalem de regno Theotonie ex preconcepto furore super domum ipsorum in Franklow existentem, ubi ipsi propriam habuissent residenciam, adducendo, ipsos nisi fuge presidio evasissent, interfici facere voluerit, et nobiles dominas uxores sorores et alias pedisequas ipsorum vestibus denudari, omnes res ipsorum mobiles et immobiles tam scriniales quam alias, nec non equos et arma ipsorum aufferri, domos ipsorum concremari et in his centum marcarum damna ipsis irrogari, ac unum servientem ipsorum nomine Johannem interfici fecerit, pugilem congressum: prelibatus vero Belyud filius Johannis in eo ut ipse in omnibus premissis aquisicionibus dictorum filiorum Geus innocens sit penitus et immunis pugilem in congressum, quos meliores et agiliores invenire possent super equis et in armis militaribus se se pugnaturos in quindenis beatorum Philippi et Jacobi apostolorum in area certaminis in conspectu regie maiestatis statuere debuissent. Ipso die dimicacionis dicti duelli occurrente, prefatis Michaele et Johanne filiis Geus ab una, item predicto Belyud et Simone filiis Johannis parte ab altera, coram nobis propriis eorum personis constitutis propositum extitit per eosdem communiter et relatum ministerio vive vocis, quod ipsi composicione et ordinacione magnificorum virorum Thome voivode Transilvani et comitis de Zonuk et de Neugrad, Pauli magistri tavarnicorum domine regine magistrorum, Stephani comitis Castriferrei et Supruniensis ac magistri agasonum domini regis, Nicolai magistri agasonum domine regine et comitis Zaladiensis, Oliverii iudicis curie domine regine et comitis de Zolyo ac aliorum quamplurimorum nobilium in area ipsius duelli astancium, interveniente, omnibus premissis acquisicionibus et aliis controversiis, iniuriis, damnis, nocumentis, et generaliter quibuslibet maleficiorum generibus usque nunc inter ipsos quovis modo habitis et illatis, specialiter omnibus causis inter ipsos hactenus motis et usquemodo racione cuiuslibet rei seu facti moveri queuntibus, sopitis in toto

Digitized by Google

penitus et sedatis, excepta solummodo quadam possessionaria porcione quondam Simonis filii Frank in possessione Franklow vocata existenti, quam prefatus Belyud a Nicolao filio Frank sibi impignoracionis titulo devolutam, prefati vero filii Geus in presencia domini Villermi palatini ordine iudiciario a prefato Simone filio Johannis reoptentam fore contrariose asserebant, taliter concordassent et concordarunt coram nobis, quod iidem Belyud et Simon filii Johannis centum et quinquaginta marcas compoti Budensis partim in denariis pro tempore currentibus, omni estimacione exclusa, et partim in estimacione denarios valenti, in tribus terminis infradeclarandis, scilicet quinquaginta marcas feria secunda proxima ante festum Nativitatis beate virginis, et iterum quinquaginta marcas die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno in presenti post se se venturis ac similiter quinqaginta marcas feria quinta proxima post festum Annunciacionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC° quadragesimo primo venturum, coram comite capelle regie, Johanni et Michaeli filiis Geus solvere tenerentur, et easdem soluciones nec literis regalibus nec reginalibus nec aliis caucionibus diucius possent prorogare, tali obligacione mediante, quod si primum terminum preterirent honus unius iudicii supportarent, et si secundum terminum obmitterent, pene dupli subiacerent, si vero tercium seu ultimum terminum negligerent in solvendo, extunc in succubitu duelli facti potencialis convincerentur eo facto; preterea iidem filii Geus duos, et prefatus Belyud similiter duos probos homines, quos poterunt pro arbitris in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno in presenti proxime venturis ad nostram presenciam adducere et instrumenta eorum in facto dicte possessionarie porcionis quondam Simonis filii Frank in Franklou habite, confecta contra sese exhibere tenerentur, quitquid iidem quatuor probi homines visis parcium instrumentis in facto ipsius possessionarie porcionis coram nobis arbitrarentur, ambe partes acceptare tenerentur, et si iidem arbitri, aliquid per eosdem filios Geus, eidem Belyud pro eadem possessionaria porcione dare arbitrarentur, hoc iidem filii Geus non aliter nisi cum pecunia, dare

Digitized by Google

tenerentur, Ad que omnia et singula premissorum, partes se obligarunt coram nobis. Datum in Wyssegrad octavo die diei duelli prenotati, anno domini Millesimo CCC° quadragesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 630. 5. dipl. oszt. 3312. — Ugyanott megvan Miklós dömölki apát és a convent jelentése I. Károly királyhoz 1339. dec. 23-ról, mely szerint a királynak Visegrádon 1339. nov. 16-án kiadott meghagyására a föntirt hatalmaskodás dolgában Gencsi Csépán fia Boda kir. ember közbejöttével a helyszinén a vizsgálat teljesítetett. N. R. A. 52. 47. dipl. oszt. 3268.

127. *A vasvári káptalan előtt Győrai Bálint utódai Gyoró és Likvánd nevű birtokaikon megosztoznak. 1340. jun. 13.*

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo significamus tenore presencium universis, quod Demetrius filius Stephani filii Valentini de Ghorou de comitatu Supruniensi ab una parte, Johannes, Georgius et Stephanus filii Johannis filii Valentini supradicti de eadem Ghorou ab altera, coram nobis personaliter constituti, in possessionibus eorum Ghorou et Niguan vocatis concorditer et unanimiter talem divisionem inter se fecisse retulerunt, quod primo in possessione eorum hereditaria Ghorou vocata villam eorum in duas partes divisissent, talimodo, ut contrata et sessiones ab oriente adiacentes, quelibet sessio cum uno iugere terre arabilis retro ortum adiacentis, cum mensura regali mensurando Johanni, Georgio et Stephano filiis Johannis prenotatis cessissent perpetuo possidere, altera contrata seu sessiones eiusdem ville ab occidente adiacentes, quelibet sessio similiter singulo uno iugere terre arabilis retro ortum adiacentis, cum mensura regali mensurando, esset devoluta predicto Demetrio similiter perpetuo possidere. Ceteras utilitates eiusdem possessionis Ghorou videlicet terras arabiles, silvam, nemus, pratum cum aliis attinenciis suis sine divisione percipient et fruentur, medietatem videlicet Demetrius, alteram medietatem Johannes, Georgius et Stephanus prenotati; item in possessione vero eorum Niguan vocata tres sessiones ab aquilone Demetrio perpetuo sunt devolute, relique tres sessiones a meridie Johanni, Georgio et Stephano cesserunt perpetuo possidere; ceteras utilitates

Digitized by Google

eiusdem possessionis Niguan terras arabiles, silvam, nemus pratum cum aliis attinenciis suis universis sine divisione percipient et utentur, medietatem Demetrius alteram medietatem Johannes, Georgius et Stephanus supradicti. Datum tercia feria proxima post octavas Penthecostes, anno domini M° CCC° XL°.

Hátlapján pecséttel; eredetije a gr. Niczky cs. ltárában Ligvándon.

128. *A győri káptalan I. Károly királynak jelenti, hogy Marczaltői Bertalan fia István, Csornai Lőrincz fia Jánosnak csornai méneséből tizennégy tanulatlan kanczát tolvajmódon elvitetett. 1340. jul. 17.*

Excellentissimo domino ipsorum domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Jauriensis ecclesie oracionum suffragia devotarum. Receptis literis excellencie vestre cum Lorando filio Petri de Paztur homine vestro, ad sciendum et inquirendum utrum Stephanus filius Bartholomei de Marzalthw, post diem medii Quadragesime quatuordecim equas magnas indomitas de equacia Johannis filii Laurencii de Chorna furtive excepit, nec ne, nostrum misimus hominem, scilicet Thomam presbiterum chori nostri pro testimonio fidedignum; qui demum ad nos reversi nobis concorditer recitarunt, quod die dominico proximo post festum Divisionis apostolorum accedendo ad nobiles et communes homines comitatus Suppruniensis, et specialiter vicinos et commetaneos dicte possessionis Chorna, factaque diligenti inquisicione super premissis ab eisdem, talem de premissis scivissent et indagassent veritatem, quod predictus Stephanus filius Bartholomei, post diem medii Quadragesime quatuordecim equas indomitas de equacia Johannis filii Laurencii de Chorna furtive recepisset, ex quibus duas equas dicto Johanni filio Laurencii reddidisset, et reliquas pro se reservasset, nec eidem reddere voluisset. Datum in festo martyrum Andree et Benedicti beatorum, anno domini M° CCC° XL°.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 17. 5. dipl. oszt 3318. 3320. Ugyanott megvan a vasvári káptalan jelentése hasonló tartalommal, a káptalan a vizsgálatra Gergely dekánt küldte ki, Potyondi Miklós fiai András és Péter kir. emberek mellé.

Digitized by Google

129. *Laczkfi István Vas- és Sopron-vármegyék főispánja a bazini grófokhoz bizonyos hegyvám dolgában ír, melyet Jakab pozsonyi birónak engedett át. Kelt a Sár (Lajta) hegyén, az új vár épitésekor, 1340—1341. körül, Máté nap után való vasárnapon.*

Nobili et strennuo viro magistro Sebus et fratri suo dominis Bozyn *(igy)* amicis suis reverendis. Stephanus magister agasonum regalium comes Castriferrei et Supruniensis, amiciciam paratam cum honore, amiciciam vestre nobilitatis petimus diligenter, quatenus ius montanum de vinea nostra, que in possessione vestra esse dinoscitur, causa nostre amicicie nobis velitis relaxare, et a nobis, tanquam ab amico vestro sive cum denariis sive alio modo fraternaliter velitis accipere et habere, nam ipsam vineam comiti Jacobo iudici Posoniensi recolligere commisimus et aggregare; ut eciam per vos, si in aliquo necesse fuerit promoveamus in hac parte. Datum in monte Saar, in ereccione novi castri, die dominico proximo post festum beati Mathei apostoli et evangeliste.

Papíron, zártlatán pecsét nyomaival: eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 293. 42. dipl. oszt. 24458. Az évszáma nem ugy mint azt a kamarai registrator 1330. körülinek mondja, hanem 1340—1 körül teendő, l. orsz. ltár. N. R. A. 447. 19. és 593. 6. dipl. oszt. 3385. 3553. Alább I. Lajos király 1347-ki oklevelében olvasni fogjuk, hogy Laczkfi István a Lajta hegyen épitette Szarvkő várát.

130. *A király titkos cancelánja előtt Frankói Gős fiai kijelentik, hogy ama birság fejében melylyel nékik János fiai Beled és Simon tartoznak, ezek Beled nevű Moson vármegyei birtokát nem fogadják el, hanem készpénz fizetést kivánnak. Visegrád. 1341. apr. 6.*

Nos Petrus miseracione divina episcopus ecclesie Sirimiensis, comes capello et secretarius cancellarius domini regis, damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum magnifici viri comitis Pauli iudicis curie ipsius domini nostri regis, Belyud et Simon filii Johannis, feria quinta proxima post festum Annunciacionis beate virginis quinquaginta marcas compoti Budensis partim in denariis pro tempore

Digitized by Google

currentibus omni estimacione exclusa, et partim in estimacione denarios valente, sub obligacione in eisdem literis plenius contenta, si ipsas quinquaginta marcas modo predicto Johanni et Michaeli filiis Geus de Franklow solvere non curarent vel non possent, coram nobis eisdem filiis Geus solvere debuissent; ipso termino adveniente, idem Belud personaliter et Stephanus filius Bartholomei pro predicto Simone cum literis procuratoriis capituli Jauriensis ecclesie ab una et Andreas filius Beke de Vlazy, pro predictis Johanne et Michaele filiis Geus cum literis procuratoriis capituli ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo coram nobis parte ab altera comparentes, iidem Belud, et Stephanus filius Bartholomei dixerunt, quod quia ipsi Belud et Simon frater eiusdem predictas quinquaginta marcas modo pretacto ipsis filiis Geus solvere non possent, ideo ipsi Belud et Simon, quandam possessionem eorum hereditariam Belud vocatam in comitatu de Mosun existentem, quam ipsi usquemodo pacifice possedissent et possident, quantum de iure ad valorem ipsarum quinquaginta marcarum proveniret, eosdem filiis Geus, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, dabant et assignabant coram nobis perpetuo possidendam, prefatus vero Andreas filius Beke procurator dictorum filiorum Geus nomine eorumdem, prefatam possessionem nec aliquid ex ea, voluit acceptare, dicens, quod si prelibati filii Johannis ipsam solucionem quinquaginta marcarum ut est premissum, ipsis filiis Geus et per consequens sibi nomine ipsorum recipienti facerent, bene quidem, alioquin dictam possessionem, vel aliquam aliam possessionem nullatenus vellet nec presummeret acceptare; prefati vero Belud, et Stephanus filius Bartholomei, pro predicto Simone, ius nostrum, quod in ipsis quinquaginta marcis habuimus, pro predictis filiis Geus nobis persolverunt. Datum in Wysegrad, nono die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° XL° primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 21. 11. dipl. oszt. 3369.

Digitized by Google

131. *Laczkfi István királyi főlovászmester Vas és Sopron vármegyék főispánja előtt, a Hegykőn tartott megyei közgyülésen, Csornai János Marczaltői Istvánt tizenkét lovának visszatartása miatt bevádolja. Hegykő, 1341. máj. 22.*

Nos Stephanus magister agazonum regalium comes Castriferrei et Supruniensis ac iudices nobilium de eodem comitatu Supruniensi damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali feria secunda proxima post festum Ascensionis domini, universis nobilibus et innobilibus in villa Egku celebrata, magister Johannes filius Laurencii filii Emrici de Chorna personaliter insurgendo, contra Stephanum filium Bartholomei de Marzalthu et contra Bedes et Andream dictos Cegher servientes suos, super recepcione quatuordecim equarum suarum indomitarum, quas ad recipiendum per latrocinium ex sui iussu, Bedes et Andream predictos servientes suos ac suos complices de impignoratoria possessione sua Wag vocata, ad ipsum Stephanum dominum ipsorum deduxissent, agere intendebat, dixit eciam idem magister Johannes, quod ex eisdem equaciis predictus Stephanus filius Bartholomei, duas equas, coram comite Jacobo viceiudice de Rabakuz magistri Georgii castellani de Kapu et coram duobus iudicibus nobilium de eadem Rabakuz, et ad scitum quamplurimorum nobilium hominum, eiusdem provincie, eidem restituisset manifeste, residuas vero duodecim, adhuc in sua haberet potestate, nec restituere curavisset, quam quidem restitucionem predictarum duarum equarum, pretactus, magister Georgius in presenti congregacione assedendo, eodem modo fassus fuit seriose, qui quidem Stephanus, filius Bartholomei, cum predictis duobus famulis suis, diucius proclamati, non comparuerunt, nec aliquis comparuit pro eisdem; unde nos tanquam iudices, ipsum Stephanum filium Bartholomei et prelibatos duos famulos suos, contra prefatum magistrum Johannem decrevimus in iudiciis remansisse. Datum secundo die congregacionis nostre prenominate, anno domini M° CCC° XL° primo.

Digitized by Google

Papíron, zárlatán négy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 447. 19. dipl. oszt. 3385.

132. *I. Károly király átirja Pál országbirónak 1335-ben kelt itéletét, mely szerint a kisdamonyai nemesek nem voltak karakói várjobbágyok, hanem a szent királyok ideje óta az ország valóságos nemesei közé tartoztak. Visegrád, 1341. jun. 25.*

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Lorandus filius Chene et Paulus filius Alber de Kysdamunya, suo et Alber filii Alber, Benedicti filii eiusdem Alber filii Alber, Stephani magni filii Petri filii Ipoch, Nicolai dicti Bede de eadem, fratrum et proximorum suorum vice et nomine, ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis privilegium comitis Pauli filii Simonis iudicis curie nostre, petentes nos humiliter et devote, ut ipsum privilegium de verbo ad verbum saltim patenter transscribi facere dignaremur. Cuius tenor talis est: Nos comes Paulus iudex curie excellentis et magnifici principis domini Karoli dei gracia incliti regis Hungarie, memorie commendantes tenore presencium declaramus, quibus expedit universis, quod cum regie magnitudinis excellencia magistrum Chenygh Bohemum de Vgud aule sue maiestatis militem ad requirendum et recaptivandum possessiones et terras castri Karakow vocati et reducendum populos condicionarios et castrenses eiusdem castri, quorum pristinis amministracionibus regie celsitudinis decor augmentabatur, deputasse, ipseque magister Chenygh huiusmodi iurium recaptivator et requisitor regie magnitudini fideliter et ferventer sicut in aliis sic in istis cupiens complacere et suorum serviciorum merita non desinens exhibere, inter ceteros, Lorandum filium Chene, Alber filium Alber, Paulum et Benedictum filios eiusdem Alber filii Alber, Stephanum magnum filium Petri filii Ipoch, Nicolaum dictum Bede filium Nicolai filii ipsius Ipoch de Kysdamunya de comitatu Supruniensi nomine iobagionum dicti castri Karakow vocati per literas

Digitized by Google

honorabilis capituli ecclesie Wesprimiensis contra se ipsum in nostram presenciam iudiciariam in causam attraxisset, et ipsa causa ad octavas festi sancti Georgii martyris, secundum continenciam literarum nostrarum dilatoriarum deveniente, ipsoque domino nostro rege, destinatis suis literis annulari sigillo consignatis, ipsam causam ab eodem magistro Chenych prorsus removendo, in se ipsum replicante et resummente, iam dicti Nicolaus dictus Bede et Paulus filius Alber in dictis octavis beati Georgii martyris personaliter pro se et pro aliis premissis cum sufficientibus procuratoriis literis capituli Castriferrei magistro Stephano speciali notario domini regis, pro eodem cum sufficientibus procuratoriis literis eiusdem astante et de premissis iudicium ac equitatem fieri impetrante, ad nostram accedentes presenciam se et alios premissos ac eorum priores progenitores a tempore sanctissimorum regum nunquam iobagiones castri sed semper liberos et exercituales nobiles esse et fuisse allegarunt; cum itaque volentes de premissis veritatem indagari prefato honorabili capitulo ecclesie Castriferrei literatorie scribentes eorum amiciciam petivissemus, quatenus hominem ipsorum pro testimonio transmitterent fide dignum, quo presente Dominicus filius Andree filii Karapa de Byuk vel Stephanus filius Arnoldy de Ladun homo noster, ad faciem dicte possessionis Kysdamunya vicinis et commetaneis suis universis ac aliis comprovincialibus nobilibus et ignobilibus legitime convocatis, in quindenis festi Pentecostes accederet, et tam ab eisdem quam ab aliis omnibus, quibus foret necessarium, de eo, utrum iidem Lorandus filius Chene, Alber filius Alber, Paulus et Benedictus filii sui, Stephanus manus *(igy)* filius Petri filii Ipoch, Nicolaus dictus Bede filius Nicolai filii ipsius Ipoch de Kysdamunya iobagiones castri predicti vel exercituales nobiles sint nec ne, palam et manifesse *(igy)* ac occulte sciret, investigaret, et inquireret omnimodam rei veritatem, et seriem ipsius inquisicionis id *(igy)* capitulum in eorum literis ad octavas nativitatis beati Johannis Baptiste nobis remandaret. Quibus octavis nativitatis beati Johannis Baptiste advenientibus, iamdicti Nicolaus dictus Bede et Paulus filius Alber per-

Digitized by Google

sonaliter pro se et pro aliis predictis, cum sufficientibus procuratoriis literis sepefati capituli Castriferrei iamdicto magistro Stephano specialio ntario domini regis cum procuratoriis literis eiusdem pro eodem astante, ad nostram accedentes presenciam literas ipsius capituli Castriferrei super dicta inquisicione nobis scriptas presentarunt, in quibus palam vidimus contineri, quod predicti homines nostri, cum magistro Michaele cantore dicte ecclesie idoneo et fidedigno testimonio dicti capituli Castriferrei, in ipsis quidenis festi Penthecostes diligenti inquisicione habita, deum habendo pre oculis a nobilibus et ignobilibus ac cuiusvis status hominibus, secularibus et ecclesiasticis comitatus Supruniensis et Castriferrei, ad eandem possessionem Kysdamunya ad hoc aggregatis, numero fere trecentis nec non vicinis et commetaneis eorum legitime convocatis, scivissent et fuissent sciscitati, quod prenominati Lorandus filius Chene, Alber filius Alber, Paulus et Benedictus filii eiusdem Alber, Stephanus magnus filius Petri filii Ipoch, Nicolaus dictus Bede filius Nicolai filii ipsius Ipoch de Kysdamunya et eorum priores ac progenitores, a tempore sancti regis Stephani nobiles servientes et regales, ad modum regni ceterorum regnicolarum extitissent et fuissent et nunc essent et titulo nobilitatis fruerentur numero regalium servientum, prout universi nobiles et ignobiles, ut premisimus, ad hoc convocati et aggregati fide eorum deo debita, universaliter et particulariter palam et occulte requisiti, retulissent. Postmodum autem dictus magister Stephanus specialis notarius et legitimus procurator dicti domini regis vive vocis ministerio nobis significavit, quod quia ipse dominus rex, qui unumquemque regnicolarum suorum in suis proprietatibus, iuribus et libertatibus ex officio sui suscepti regiminis astringitur illese conservare, imo eciam infimum ad alcius, si fidelitatis opus exercuerit, nisus est sublevare, prefatos Lorandum filium Chene, Alber filium Alber, Paulum et Benedictum filios ipsius Alber, Stephanum filium Petri et Nicolaum filium Nicolai ex serie predictarum literarum inquisicionalium non iobagiones dicti castri nec aliquo servitutis iugo dicto castro alligatos esse et fuisse,

Digitized by Google

sed a tempore sancti regis Stephani semper exercituales nobiles extitisse et cetum ac originem nobilium ipsos et eorum priores perduxisse agnovissent, ideo eosdem ac ipsorum successores, in ipso nobilitatis cetu, quo fuissent congavisi, gratulari et perdurare commisisset. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem concessimus literas nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri authentici munimine roboratas. Datum in Vyssegrad, quinto decimo die octavarum nativitatis beati Johannis Baptiste predictarum, anno domini M° CCC° XXX° quinto. Unde nos ipsas literas ipsius comitis Pauli sentenciales *(igy)* prout rite et legitime emanate existunt et prout ipsa sentencia iuste et legitime lata existit de verbo ad verbum presentibus transscribi faciendo duximus confirmandas. Datum in Wyssegrad, secundo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XL° primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Végh cs. ltárában. Közölve Guóth Sándor másolatából.

133. *Az országbiró rovója Czenki Andrást bizonyos bírság megfizetéséről nyugtatja. 1341. jul. 20.*

Nos magister Habram exactor et procurator iudiciorum comitis Pauli iudicis curie domini regis in comitatu Suproniensi constitutus et iudices nobilium comitatus eiusdem damus pro memoria, quod Andreas de Senk et Stephanus filius suus de iudicio pacis, in quibus cum Nicolao filio Bors super facto posssessionis Senk in octavis Strenarum concordati extiterant, idem Andreas et Stephanus filius suus literas eiusdem domini nostri expeditorias nobis super eodem presentarunt, in quibus vidimus et reperimus eosdem per dominum nostrum reddidisse expeditos. De iudicio autem duarum parcium trium marcarum, in quibus idem Andreas de Senk, contra prefatos Nicolaum filium Bors in die medie Quadragesime convictus extiterat, nobis pecunaria solucione satisfecit. Unde nos eosdem Andream et Stephanum filium suum presente homine capituli Castriferrei auctoritate domini nostri predicti reddidimus esse expeditos et penitus absolutos, salva tamen porcione adversarii sui permanente. Datum

Digitized by Google

feria sexta proxima ante festum sancti Jacobi apostoli, anno domini M° CCC°_ XL° primo.

Zárlatán három kis pecsét nyomaival; eredetije a gróf Niczky cs. ltárában Ligvándon.

134. *A győri káptalan előtt Konrád fia István soproni polgár és anyja, Egered nevű Sopron városa mellett fekvő birtok felét, István fiainak István és Bertalan soproni polgároknak, kilencz márka széles bécsi denárért eladják. 1341. nov. 23.*

Capitulum Jauriensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Stephanus filius Conradi civis Supruniensis pro se et pro domina Clara matre sua ab una parte, Stephanus et Bartholomeus filii Stephani similiter cives de eodem Suprunio ex altera, ad nostram personaliter accedendo presenciam, idem Stephanus filius Conradi suo et dicte domine matris sue nomine et vice, possessionariam porcionem ipsorum totalem scilicet medietatem possessionis Egered in comitatu Supruniensi, prope civitatem Supruniensem existentis, cuius quidem possessionis Egered aliam medietatem predicti Stephanus et Bartholomeus filii Stephani hereditarii iuris titulo possedisse ab antiquo et nunc possidere dinoscuntur cum utilitatibus suis scilicet locis sessionalibus, terris arabilibus, silvis, rubetis, pratis, fenilibus, pascuis et aliis omnibus, in quibuscunque existant vel quocunque nomine censeantur, ipsam medietatem possessionis Egered predicte contingentibus, prout eisdem Stephano et Bartholomeo filiis Stephani de iure et de facto racione vicinitatis ad emendum pertinere dinoscitur, dedit, vendidit et tradidit predictis Stephano et Bartholomeo filiis Stephani et ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus pro novem marcis latorum denariorum viennensium, decem pensis pro qualibet marca computatis et plene eidem persolutis perpetuo, pacifice et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam heredum per heredes, nullo iure nulloque dominio sibi in eadem in

Digitized by Google

posterum reservato. Obligacioni tali inserta et assumta, quod quicunque successivorum temporum mutacione, ipsam medietatem possessionis Egered a predictis Stephano et Bartholomeo et heredibus eorum repetere attentaverint, vel quovis titulo aggravare, extunc prenotatus Stephanus filius Conradi et ipsius heredes eosdem expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis, proprietate nihilominus dicte medietatis possessionis Egered apud eosdem Stephanum et Bartholomeum et ipsorum heredes semper pacifice remanente. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas, sigilli nostri autentici appensione roboratas. Datum in festo sancti Clementis pape et martyris, anno domini Millesimo CCC° quadragesimo primo; dominis Briccio preposito, Mathia lectore, Georgio cantore et Petro custode ecclesie nostre existentibus.

Veres és zöld selyem zsinóron függő pecséttel s felül cyrographummal; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. G. 1. 23.

135. *Nagymartoni Pál országbiró az Osl nemzetségből való János fia Péter és Beled fia Beled között egy részről, más részről pedig Tardi Bede Miklós között, Tard nevü birtok iránt folyt perben, a feleknek okirataik felmutatására ujabb határnapot tüz ki.*

Visegrád, 1342. jun. 2.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis, damus pro memoria, quod Petrus filius Johannis de genere Osl pro se personaliter, et David filius Clementis de Porpach pro Belyud filio Belyud cum procuratoriis literis capituli Castriferrei iuxta continenciam priorum literarum nostrarum in octavis festi Penthecostes ad nostram accedentes presenciam, contra Thomam filium Nicolaum *(igy)* dicti Bede de Tord in figura nostri iudicii proposuerunt eo modo, quod prefatus Thomas filius Nicolai dimidietatem possessionis Tord vocate, que ipsorum Petri filii Johannis et Belyud filii Belyud esset, conservando uteretur, cuius conservacionis scire vellent racionem ab eodem, quo audito prefatus Thomas filius Nicolai personaliter astans, ipsam possessionem Tord

Digitized by Google

totam, primo per suos priores, et demum ab eo tempore quo humane capacitatis tempus attigisset, per se pacifice possessam fore et per neminem in facto eiusdem se infestatum fuisse allegans, de eo, ut quo titulo ipsi Petrus et Belyud eandem dimidietatem possessionis Tord ipsis pertinere dicant, se postulavit informari ; qui quidem Petrus filius Johannis et David procurator prefati Belyud ipsam possessionis dimidietatem quamplurimis vicibus requisiti, hereditarie successionis titulo ipsis Petro et Belyud pertinere proponebant, nullas tamen literas causales, prohibicionales, inquisicionales nobis petentibus poterant exhibere, nec in futurum exhibere assummebant; ubi prefatus Thomas filius Nicolai quoddam privilegium serenissimi principis domini Stephani quondam illustris regis Hungarie, anno domini M° ducentesimo septuagesimo emanatum, aliud privilegium gloriosi principis domini Bele olim incliti regis Hungarie, anno domini M° ducentesimo sexagesimo secundo confectum, confirmans, nobis demonstravit, in cuius tenore vidimus contineri, quod cum Lampertus filius Chepani de numero servientum regalium de Keych, quem prefatus Thomas filius Nicolai avum suum fuisse, parte adversa non contradicente, asserebat, terram castri Supruniensis Tord vocatam, sufficientem usui trium aratrorum, habitatoribus penitus ab antiquo desolatam et destitutam in confinio de supra Musunium terre sue hereditarie vicinam sibi ab ipso domino Bela rege perpetuo dari et conferri postulasset, idem dominus Bela rex ipsam terram castri sui Supruniensis, sicut castrum possedisset ab antiquo, sub ipsis metis eidem Lamperto filio Chepani pro suis fidelibus serviciis inter cetera contulisset perpetuo possidendam, in cuius contrarium prefati Petrus filius Johannis et David procurator prefati Belyud mutata eorum priori proposicione, se similiter in facto ipsius dimidietatis possessionis Tord privilegium domini Ladizlai, quondam regis Hungarie, habere proponentes, ad exhibicionem eiusdem dilacionis terminum a nobis pecierunt deputari. Unde nos decrevimus, quod iidem Petrus filius Johannis et Belyud filius Belyud, non alias literas nisi preallegatum privilegium domini Ladizlai regis et prefatus Thomas filius Nicolai preexhibitum privi-

Digitized by Google

legium domini Stephani regis in octavis beati Jacobi apostoli nunc venturis, contra sese exhibere teneantur coram nobis, quibus visis faciemus in premissis, prout fuerit opportunum; et quia iidem Petrus filius Johannis et David filius Clementis procurator prefati Belyud pluries requisiti, primo ipsam dimidietatem possessionis Tord hereditario iure ipsis Petro et Belyud pertinere et postmodum priorem eorum proposicionem mutando, super eadem privilegium domini Ladizlai regis eosdem habere asserebant, et ipsum privilegium domini Ladizlai regis actores existendo, ad presens non exhibebant, ideo ipsos Petrum filium Johannis et Belyud filium Belyud in duobus iudiciis regalibus, in dictis octavis beati Jacobi apostoli ante litis ingressum persolvendis, decrevimus convictos extitisse. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° XXXX° secundo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban lozsi fasc. 1. Nro 9.

136. *Az aradi káptalan előtt Odun fia Ivánka fiai Jaachk és Lökös azon óvásukat, hogy Kozma fia Ivánka fia János és társai Dorog és Pordán nevű birtokaikat idegeneknek eladták, előterjesztik. 1342. jul. 2.*

Nos capitulum ecclesie Orodiensis, damus pro memoria, quod magister Jaachk filius Iwanka filii Odun pro se personaliter in persona eciam Lewkus fratris sui uterini, coram nobis astando eo modo extitit protestatus, quod Johannes filius Iwanka filii Cosme, item Thomas et Stephanus filii Iwanka filii dicti Odun fratris sui uterini, ab illo tempore incipiens iam elapso, quo possessionarias porciones suas in possessionibus Dorog et Pardan vocatis in comitatu Soproniensi existentibus, ipsos attingentes vendidissent, et manus alienas potentes per ipsam vendicionem in easdem intromisissent, ipsi magistri Jaachk et Leukus de sua porcione in eisdem possessionibus habita nominatis eiecti fuissent et nunc essent, et insuper per hoc factum in lucro possessionaria ipsorum porcione ducentarum marcarum damni habuissent et haberent. Datum feria tercia proxima post

Digitized by Google

festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° XL° secundo.

Zárlatán monorú pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

137. *A vasvári káptalan előtt Potli Merth fia Páj és anyja Erzsébet asszony Frankói János özvegye, az ezt illető hitbér és hozomány kielégitéséről Gős fiait Mihályt és Istvánt nyugtatják. 1342. jul. 2.*

Nos capitulum ecclesie sancti Michaelis archangeli de Castroferreo, notum facimus tenore presencium universis, quod Paulus filius Merth de Potl comitatus Supruniensis pro se, Stephanus vero filius Stephani de Boguzlou pro nobili domina Elizabet relicta Johannis filii Frank de Franklo, domina matre scilicet dicti Pauli cum procuratoriis literis preceptoris domus hospitalis de Suprunio coram nobis personaliter constituti, Michaelem et Johannem filios Geus de Franklo, receptis ab eisdem viginti quinque marcis denariorum viennensium latorum, quamlibet marcam per decem pensas computando, plenarie et ex integro persolutis coram nobis, super dote et rebus parafernalibus prefate nobilis domine Elizabet, ipse Paulus prout filius, Stephanus autem velud *(igy)* verus et legitimus procurator eiusdem domine Elizabet penitus et per omnia reddiderunt expeditos et absolutos adeo plene, quod nullo temporum processu prelibatus Paulus vel eadem domina Elizabet aut aliqui alii de proximitate et generacione vel successores eorumdem, prefatos Michaelem et Johannem filios Geus, fratres, proximos aut successores eorum deinceps poterunt inquietare vel molestare, racione dotis et rerum parafernalium premissarum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem nostras concessimus literas privilegiales medioque alphabeto intercisas. Datum secundo die octavarum festi nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° XL° secundo; magistris Andrea preposito, Michaele cantore, Gregorio custode et Gregorio decano ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival; alúl a cyrographummal; eredetije az orsz. ltárban, N. R. A. 200. 31. dipl. oszt. 3500.

Digitized by Google

138. *Besenyő Mihály kőszegi várnagy Laczkfi István kir. tárnokmester rendeletéből, Henrik borsmonostori apát és a convent peresznyei jobbágyainak vámmentességet biztosít. 1342. okt. 28.*

Nos comes Michahel dictus Bescheneu, castellanus de Guessig, notum facimus universis, quod dominus vir religiosus abbas Hainricus de Gethel ad nostram accedendo presenciam, proposuit nobis necessitates suorum iobaionum *(így)*, qualiter in antiquis viis et stratis per nostros famulos et tributarios sunt et fuerant angariati; nos vero bono et maturo consilio habito, convocatis nobilibus et ignobilibus pocioribus tocius provincie, nec non civibus de civitate Gussig, inquisicione diligenti facta, invenimus per testimonium omnium prescriptorum, quod iobaiones ipsius ecclesie de Gethel abbatis et conventus de omnibus prediis ad ipsos pertinentibus libere debent et possunt incedere, absque tributo, et precipue iobagiones de villa Proescie *(így)* liberi sunt, prout ab antiquioribus terre invenimus et percepimus, incedere vias antiquas, quas consveti sunt ducere ad ipsorum profectum, infra vel ultra fluvium, qui Rebenze vocatur, vina, blada, fructus, vel quavis ipsis proveniencia, ita duntaxat, ut nec per nostros nec per nostrorum successorum tributarios nullatenus molestentur. Hec autem omnia per mandatum et preceptum domini nostri magistri Stephani filii Latzg *(így)* magistri tavarnicorum, qui beate virginis ecclesie nullam violenciam vult nec sinit inferre, sunt finaliter ordinata. Datum anno domini M° CCC° XL° secundo, in die apostolorum Simonis et Jude beatorum.

Hátlapján pecsét nyomaival: eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostor; 27. 15. dipl. oszt. 3523.

Digitized by Google

139. *Vid nyitrai püspök és kir. titkos kanczellár előtt az Osl nemzetségből való György fia Miklós és Márk fia János, birtokrészeiket Csornán, hol az őseik által alapított szent-Mihályról nevezett monostor áll, az ugyan azon nemzetségből való Domokos macsói bánnak (az Ostffyak ősének) és testvérének Jánosnak ötven márka finom ezüstért eladják. Visegeád, 1343. maj. 21.*

Frater Vitus dei et apostolica gracia episcopus Nitriensis, comes capelle et secretarius cancellarius domini regis, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Nicolaus filius Georgii et Johannes filius Marci de genere Osl ub una, item magnificus vir Dominicus banus de Machou pro se et pro magistro Johanne fratre suo parte ab altera, ad nostram personaliter accedentes presenciam iidem Nicolaus et Johannes possessionarias porciones suas totales iure et titulo in possessione ipsorum Chorna vocata, in qua monasterium in honore sancti Michaelis archangeli per eorumdem progenitores existit constructum, ipsos tangentes hereditario, cum omnibus suis iuribus, utilitatibus et pertinenciis universis ad easdem possessionarias porciones spectantibus, quibus ipsi et ipsorum predecessores tenuerunt et possiderunt, eisdem magnifico viro Dominico bano et magistro Johanni ac per ipsos eorumdem posteritatibus pro quinquaginta marcis fini argenti plene sibi persolutis dederunt, vendiderunt et tradiderunt tenendas, habendas et irrevocabiliter perpetuo pacifice heredum per heredes possidendas, nullum ius, nullam proprietatem, nullumque dominium sibi deinceps in eisdem reservando. Nihilominus predicti Nicolaus et Johannes obligantes se suosque successores magnificum virum Dominicum banum et magistrum Johannem predictos eorumdemque posteritates ab omnibus et quibuslibet racione predictarum possessionariarum porcionum temporis in processu perturbare, molestare et qualitercunque impetere volentibus reddere et dare sumtibus propriis et

Digitized by Google

laboribus expeditos, alioquin aliam possessionem de possessionibus ipsorum in utilitatibus utilitati dictarum possessionariarum porcionum equivalentem, Dominico bano et Johanni predictis et per consequens ipsorum posteritati in recompensam dictarum possessionariarum porcionum statuere modo premisso et perpetuare, ipsi Nicolaus et Johannes ac ipsorum successores tenebuntur; voluerunt eciam partes prenotate, quod quandocunque predictis Dominico bano et Johanni placuerit et in qualicunque capitulo voluerint tenorem huius privilegii in formam privilegii illius capituli possint facere emanari. In cuius rei memoriam et perpetue valitudinem firmitatem presentes literas privilegiales duximus concedendas sigillo comitatus capelle, quo utimur, roboratas. Datum in Wyssegrad, in vigilia Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL° tercio.

A győri káptalannak Osth fia János, varasdi főispán kérésére 1343-ban kiadott átiratából, melyet a vasvári káptalan 1395-ben ismét átirt, ennek eredetijét az Ostffy cs. ltárában őrzik. Az orsz. ltárban megvan a győri káptalannak »in crastino festi nativitatis sancti Johannis» 1343-ban kelt bizonyság levele (N. R. A. 17. 8.) mely szerint Kanizsai Lőrincz fiai János, István bácsi olvasó kanonok és Benedek a fönntebbi eladás ellen mint közelebbi nemzetségbeli rokonok tiltakoztak.

140. *A győri káptalan előtt Eborgőczi Iekkul özvegye, Széplak nevű birtokban férje részét, Höfleini János fia Belednek három márka bécsi széles denárért zálogba adja. 1343. maj. 23.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod domina relicta Stephani filii Jekkul de Eburgheuch cum Nicolao et Johanne filiis suis in tenera etate constitutis, coram nobis personaliter constituta, confessa est porcionem possessionariam totalem predicti Stephani filii Jekkul quondam domini et mariti sui et filiorum suorum in possessione Zyplok habitam pro tribus marcis latorum denariorum viennensium Belyd filio Johannis de Heuflino se pignori obligasse eo modo, quod si idem Belyd filius Johannis ipsam possessionariam porcionem in Zyplok habitam populare et habitatoribus decorare poterit, extunc decem annis ipsam pos-

Digitized by Google

sessionariam porcionem cum omnibus utilitatibus possidebit, si autem populare non possit, extunc sex annis possidebit, et expleto sexto anno quandocunque poterit, semper in festo sancti Georgii martiris eadem domina et filii sui, pro eadem summa pecunie trium marcarum salvum ius habebunt redimendi ab eodem, absque gravamine aliquali. Datum feria sexta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az osz. ltárban N. R. A. 12. 21. dipl. oszt. 3589.

141. *Asoproni keresztesek conventje előtt Velczi, Konrad büdöskuti birtokából egy telket tizenkét hold földdel, Potlesdorfi Pál comesnek elad. Sopron, 1344. nov. 24.*

Nos conventus cruciferorum de Supprunio, memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod accedens ad nostram presenciam nobilis vir Chunrad de Velcz, professus est coram nobis oraculo vive vocis, quod ipse de terris suis hereditariis in villa Stinchenprun constitutis, cum favore et consensu omnium heredum et amicorum suorum, unum feodum suum seu laneum integrum cum duodecim iugeribus terrarum arabilibus *(így)* in prenotata villa Stinchenprun existentibus, et ad ipsum iure hereditario pertinentibus, nobili viro comiti Paulo de Potlesdorf et heredibus ipsius, pro tribus marcis latorum viennensium cum decem pensis marcam quamlibet computando, plene ab eodem, prout dixit, et integre persolutis, perpetuo obligasset, ita quot idem Chunrad de Velcz nec successores ipsius dicta pignora amplius redimere non poterunt a prelibato comite Paulo, et a suis heredibus supradictis. In cuius rei evidenciam et certitudinem efficacem, presentes literas cum sigillo conventus nostri impresso, in testimonium iussimus roborari. Datum Supprunii, in vigilia Annunciacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° XL° quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 12. 50. dipl. oszt. 3711.

Digitized by Google

142. *A győri káptalan előtt Mertlin comes és fiai, Susuk nevű Sopron vármegyei birtokukat, Nagymartoni Pálnak és Lőrincz fiainak, kétszáz márkáért elörökitik.*

1344. máj. 1.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam intuentibus (salutem) in eo, in quo resident salutis incrementa. Quum humane provisionis diligens industria plerumque (even)tibus . . . . tis opprimitur et oppressa damnum generat, vivacisque memorie robur scuscitat *(igy)* et impen(dit), provida vult racio, ut (vincat) veritas, dum fuerit propalata et per hominis testimonii virtus literarum non corruat (cas)ibus casualiter (expressatis). Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod vir providus comes Mertlinus dictus (de Nykoreytekheel), quod vulgo Pukul dicitur, item Petrus et Nicolaus filii eiusdem Mertlini pro se personaliter et Blasii similiter (filii) ipsius Mertlini fratris videlicet dictorum Petri et Nicolai nomine in nostri presencia constituti, per eosdem extitit propositum et relatum ministerio vive vocis, ut idem quandam possessionem suam Susuk vocatam in comitatu Supruniensi existentem, quam olim viro magnifico comiti Paulo filio Simonis iudici curie regie prefatus Mertlinus et Paulus dictus (Pognar) frater suus, qui vocante deo celi viam universe carnis est ingressus, quadam sibi immi(nente) necessitate (pro sexaginta) marcis denariorum obligaverant memorato comiti Paulo filio Simonis, item magistris B(artholomeo) et Nicolao filiis (Laurencii) fratris comitis Pauli prenotati, nec non nobili domine relicte prelibati magistri L(aurencii) de Frakno et de (Mortun) pro ducentis marcis denariorum integraliter sibi, ut dixerunt, iam persolutorum, in filios filiorum suo(rumque heredes, cum omnibus ipsius utilitatibus) scilicet locis sessionum et molendinorum, terris arabilibus, pratis, aquis, piscaturis, silvis vel nemoribus, (aliisque pertinenciis) si que forent sibi (adiacentibus) universis eo iure, eaque potestate, quibus ad eosdem dignoscuntur pertinere vendidit . . . . et vendiderunt ac assignarunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et

Digitized by Google

habendam; obligantes eciam se ipsis comitem Paulum, (Bartholomeum et Nicolaum) nec non dominam prenotatam ab omnibus si qui fierent temporum in processu racione possessionis antedicte impetitoribus propriis (eorum de)fendere laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes (ad instanciam parcium earumdem) alphabeto (intercisas) duximus concedendas. Datum in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno dominice incarnacionis M° CCC° XL° quarto; per manus discreti viri magistri Mathie (lectoris, Briccio preposito, Georgio cantore et Petro canonicis) ecclesie nostre existentibus

Vörös és téglaszinű selyem zsinóron függött pecsét nyomaival, a hiányzó helyek egy mult századi hitelesített másolatból pótoltattak; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 214. 50. dipl. oszt. 3688.

143. *László alnádor által tartott megyei közgyülésen az alispán és szolgabirák bizonyitják, hogy Székas nevü birtok Vezekényi Conrád fia István elődei tulajdona volt s ott annak elöde Dénes lakott. Hegykő, 1344. oct. 21.*

Nos magister Ladislaus vicepalatinus domini Nicolai regni Hungarie palatini et iudicis comanorum ac per eundem ad quosdam comitatus ad faciendum congregaciones destinatus, memorie commendamus, quod in congregacione generali eiusdem domini nostri palatini feria secunda proxima post festum beati Galli confessoris universitati nobilium comitatus Supruniensis in villa Egkw celebrata, magister Stephanus filius Corrardi de Wezeken de medio universorum nobilium exsurgendo, proposuit eo modo, quod possessio Zekus vocata in predicto comitatu Supruniensi existens, titulo regalis donacionis sibi pertineret; petens nos, ut iudices nobilium iuratosque assessores et universos nobiles dicti comitatus, ad fidem eorum deo debitam et fidelitatem domino nostro regi, sueque sacre corone regie observandam, qualiter eis veritas constaret premissorum, requisitos haberemus; cumque nos eosdem iudices nobilium et iuratos assessores ac universos nobiles dicti comitatus ad eandem fidem et fidelitatem observandam, nobis prestitam

Digitized by Google

super premissis requisitos habuissemus, tandem iidem iudices nobilium et iurati assessores et universi nobiles dicti comitatus, modo premisso per nos legitime requisiti, ipsam possessionem Zekus Dionisii magni predecessoris ipsius magistri Stephani, et ipsum Dionisium in eadem residisse, se scire unanimiter et concordi testificacione affirmarunt. In quorum assercionis testimonium literas nostras patentes eidem magistro Stephano duximus concedendas. Datum quarto die diei congregacionis in loco memorato, anno domini Millesimo CCC° LX° quarto.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában.

144. *László alnádor a megyei közgyülésen Visi András birtokát özvegyének és fiainak itéli, Visi Ányos ellen, ki tagadásba vette, hogy az özvegy Visi András törvényes neje volt. 1344. okt. 21.*

Nos magister Ladizlaus vicepalatinus domini Nicolai palatini et iudicis comanorum ac per eundem ad quosdam comitatus pro faciendis congregacionibus destinatus, memorie commendamus, quod domina Margareta relicta Andree filii Thome de Wys sua, necnon Thome et Michaelis filiorum memorati Andree ab ipsa procreatorum in personis, in congregacione dicti domini nostri palatini generali universitati nobilium comitatus Sopruniensis feria secunda proxima post festum beati Galli confessoris in villa Egkew vice et nomine eiusdem domini nostri palatini per nos celebrata, ad nostram accedendo presenciam proposuit eo modo, quod Anianus de predicta Wys frater scilicet dicti Andree, ipsam cum filiis suis prenotatis de possessionaria porcione predicti Andree in ipsa possessione Wys habita potencialiter eiecisset; et ibidem exhibuit quasdam patentes literas magistri Lorandi quondam comitis Castriferrei et Sopruniensis ac iudicum nobilium de eodem comitatu Sopruniensi, in anno domini Millesimo CCC° tricesimo quarto in congregacione eiusdem magistri Lorandi generali, ex regio precepto universis nobilibus et ignobilibus in villa Egkew, feria secunda proxima

Digitized by Google

post festum beatorum Viti et Modesti martirum celebrata emanatas, in quarum tenoribus expresse habebatur: quod predicta domina unacum memoratis Thoma et Michaele filiis et orphanis suis ad dicti magistri Lorandi accedendo presenciam, contra Anianum similiter de eadem Wys fratrem ipsius Andree mariti sui, extitisset conquestus, quod ipsam cum suis pueris et orphanis ablatis universis rebus ipsorum mobilibus et immobilibus de possessionaria porcione predicti Andree mariti sui eiecisset; eoque adverso dictus Anianus personaliter astando respondisset eo modo, quod predicta domina Margareta non legitima uxor ipsius Andree fratris sui extitisset, sed eius fuisset concubina, filii autem et pueri sui, non legitimi sed fotuli essent Andree memorati. Que quidem domina hoc audito, eisdem magistro Lorando et iudicibus nobilium exhibuisset patentes literas venerabilis patris Nicolai dei gracia episcopi Jauriensis hunc tenorem continentes: Nos Nicolaus divina miseracione episcopus Jauriensis universis, quibus expedit, significamus presencium per tenorem. Ex certa nobis sciencia per relacionem plurimorum virorum fidedignorum constitit evidenter, quod Andreas filius Thome quondam de Wys Margaretham filiam Fridrici legitimam receperit in uxorem, et demum defuncto eodem Andrea, Anianus frater ipsius Andree orphanos eiusdem Andree non verens deum nec homines de possessione ipsorum eiecit; quare universis sacerdotibus nostre iurisdiccioni subiectis in virtute obediencie firmiter imponimus, quatenus eundem Anianum singulis diebus festivis et dominicis excommunicatum promulgent tamdiu, donec reversus ad cor possessionariam porcionem ipsorum filiorum Andree restituat et resignet Anianus memoratus. Datum in festo beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo tercio. Eoque audito dicti magister Lorandus et iudices nobilium universos nobiles, et specialiter generacionem ipsorum de Wys super fidem et animam ipsorum in eo, si predicta domina Margareta ad scitum ipsorum legitima uxor Andree filii Thome supradicti extitisset, nec ne, quesivissent, qui quidem nobiles et ignobiles in dicta congregacione eorumdem presentes et specialiter

Digitized by Google

tota generacio ipsorum de Wys ipsam dominam Margaretam legitimam uxorem ipsius Andree fuisse affirmassent manifeste, iidemque magister Lorandus et iudices nobilium unacum nobilibus provincie dictum Anianum pro huiusmodi vicioso verbo contra predictam dominam et suos orphanos universos, eo quod orphanos fotulos esse et ipsam dominam non legitimam consortem dicti Andree esse nominasset, super emenda seu homicidio ipsius domine, filiorum et puerorum suorum fore decrevisset remansisse, et possessionariam porcionem predicti Andree ipsi domine et filiis suis ab ipso Andrea procreatis perpetuo possidendam statuere commisisset, predicto Aniano filiis et successoribus suis universis perpetuum silencium super premissa altercacione imposuissent, universasque literas ipsius Anniani contra ipsam dominam et filios suos emanatas fore comınisissent viribus carituras, et quandocunque litis quescionem, contra ipsam dominam et filios suos supradictos vel eorum successores, idem Anianus, filii aut eorum successores coram quovis iudice super premissis excitarent, vel aliquas literas exhiberent, extunc eundem Anianum vel suos successores pro calumniatoribus reputare decrevissent. Demum eadem domina exhibuit literas patentes magistri Johannis vicecomitis Sopruniensis, et iudicum nobilium de eodem in anno predicto feria secunda proxima post festum beati Johannis Baptiste emanatas, in quarum tenoribus dictam possessionariam porcionem memorati Andree filii Thome in ipsa possessione Wys habitam predictis domine Margarete uxori eiusdem et filiis suis per eosdem vicecomitem et iudices nobilium perpetuo statutam extitisse reperimus. Adhuc memorata domina literas patentes comitis Pauli iudicis curie regie, in anno domini Millesimo CCC° tricesimo quinto, duodecimo die quindenarum festi beati Georgii martiris emanatas nobis presentavit, in quarum tenoribus inter cetera adinvenimus, quod cum Anianus filius Sele de Wys contra Johannem dictum Tot vicecomitem comitatus Sopruniensis, Laurencium officialem eiusdem ac Johannem de Wnd unum ex iudicibus nobilium dicti comitatus Sopruniensis in quindenis festi beati Georgii martiris iudiciarium conspectum

Digitized by Google

dicti comitis Pauli adeundo eo modo, ut iidem in festo beati Egidii confessoris, cuius tunc proxime advenisset revolucio annualis, super possessionem et domum suam in eadem Wys existentem, propria sua potencia irruendo, ipsam bonis omnibus spoliassent et possessionem suam seu porcionem in eadem Wys existentem indebite et minus iuste aufferentes, cuidam mulieri non legitime uxori, sed concubine Andree filii Thome patruelis sui fratris de eadem Wys, Thome et Michaeli filiis ipsius Andree ex eadem sua concubina procreatis in preiudicium iuris et iusticie contulissent et statuissent, proposuissent de medio aliorum causidicorum, antequam procurator ipsorum Johannis dicti Tot, Laurencii et Johannis de Vnd in contrarium premissorum responsionis materiam resumsissent, quedam domina nomine Margareta, sua, Thome ac Michaelis filiorum Andree nomine ad presenciam dicti comitis Pauli permeando lamentabili querela eiusdem comitis Pauli et baronum ac nobilium regni in sede iudiciaria seden cium aures propulsasset dicens, ut ipsi, qui iudicatu curie regie prefulgentes quorumlibet causales processus equo moderamine partiri tenerentur et pupillis ac orphanis specialius iusticiam compensare dinoscerentur, ipsius miserrime quescionis materiam perciperent, quod prefatus Anianus ipsam non legitimam uxorem sed concubinam dicti Andree fratris sui patruelis nominasset, et filios eius ex ipso Andrea procreatos fotulorum nigredine dei et hominum timore abiecto niteretur offuscare, non esse verum indicasset. Nam ipse Andreas filius Thome matrimoniali federe honorifice et decenter secundum iura sancte matris ecclesie ipsam sibi attraxisset in consortem, et filii sui non fotuli existerent, sed in verum patrimonium dicti patris eorum succedentes, tamquam de legitimo thoro derivati, et ibidem patentes literas magistri Leonardi comitis Castriferrei et Sopruniensis ac iudicum nobilium de eodem comitatu Sopruniensi in presentibus nostris literis seriatim superius declaratas presentasset. Et quia ipse Anianus premisse calumnie penam inire non pertimuisset, adhuc ipsam dominam non legitimam uxorem sed concubinam et prefatos filios suos fotulos dicti Andree esse, et sic se per predictos iudices indebite bonis

Digitized by Google

et possessionaria sua porcione privatum extitisse proposuisset, et tamen super his iudiciarie perpetuum silencium sibi impositum extitisset, ac contra formam dictarum literarum magistri Lorandi et iudicum nobilium in nullo obviasset. Ideo idem comes Paulus in emendis et homicidiis dicte domine et filiorum et puerorum suorum necnon pena calumnie, que sibi modo predicto congruisset, contra ipsam dominam et filios suos predictos ipsum Anianum sentencialiter commisisset honerandum. Quarum literarum tenoribus perlectis ac proposicione memorate domine perceptis, quia predictus Anianus personaliter consurgendo, ipsam dominam et filios eiusdem memoratos de dicta possessionaria porcione ipsius Andree filii Thome fratris sui patruelis, in ipsa possessione Wys habita se non eiecisse indicabat, nec eciam predictam dominam se et memoratos filios suos aliquo evidenti documento de dicta possessionaria porcione ipsius Andree filii Thome per dictum Anianum eiectos fore poterat declarare, nec super facto calumnie prenotate, sed solummodo super facto possessionarie porcionis ipsius Andree filii Thome sibi et dictis filiis suis iudicium et iusticiam impertiri postulabat. Igitur iuratorum assessorum et iudicum nobilium dicti comitatus Sopruniensis ac universitatis nobilium eiusdem comitatus consulti consilio dictam possessionariam porcionem ipsius Andree filii Thome in predicta possessione Wys vocata habitam per Stephanum filium Ompud de Bugard comitatus Albensis hominem, dicti domini nostri palatini, eisdem Thome et Michaeli filiis ipsius Andree et per consequens memorate domine relicte eiusdem Andree eo iure, quo ad eos dinoscitur pertinere, nullo contradictore existente, prout dictus homo ipsius domini nostri palatini ad nos redeundo nobis retulit, perpetuo statui fecimus possidendam, sine preiudicio iuris alieni. Et licet dicta possessionaria statucio, regni consvetudine requirente, presente testimonio alicuius capituli vel conventus per hominem ipsius domini nostri palatini fieri debuisset, tamen eandem propter inopiam dicte domine et filiorum eiusdem memoratorum annuimus faciendam. Datum quarto die congregacionis predicte in loco memorato, anno domini M° CCC° XL° quarto.

Digitized by Google

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. Mon. Poson. 61. 11. dipl. oszt. 3657.

145. *Nagymartoni Pál országbirótól Kisbői Anda fia Lőrincz Kisbő nevű birtokát, Damonyai Pál és István s Jákó unokája István a birói zálogból kiváltják. Nagymarton, 1345. jan. 1.*

Nos comes Paulus iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod Paulus filius Lorandi et alter Paulus filius Alberti nobiles de Damanya, rectam dimidietatem posssessionis Laurencii filii Anda de Kysbeu vocate, qui contra magistrum Nicolaum filium Petri de Ludbreth in nostri presencia iuris ordine mediante falsarum literarum exhibitor extitit comprobatus, propter quod factum ipsa possessio Kysbeu nostris iudiciariis manibus existebat devoluta, a parte orientali videlicet a parte predicte possessionis ipsorum Damanya existentem, simul cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, pro tribus marcis viennensibus, quamlibet marcam cum decem pensis computando, a nobis redimerunt et redimere curaverunt, quia redemcio ipsius totalis possessionis Kysbeu eisdem magis quam aliis causa vicinitatis competebat; residuam vero partem eiusdem possessionis a parte occidentis existentem simulcum loco cuiusdam molendini in fluvio Rapcha habito et universis utilitatibus eiusdem, redemit a nobis Stephanus filius Petri filii Jakou pro undecim marcis, similiter quamlibet marcam cum decem pensis computando. Nosque receptis ab eisdem predictis tribus marcis ac undecim marcis, eisdem predictam possessionem restituimus, reddidimus et resignavimus presencium vigore mediante. Presentes autem propter absenciam magistri Pauli de V gal prothonotarii et maioris sigilli nostri, cum sigillo nostro mediocri fecimus sigillari. Datum in Mortun, in die festi Circumcisionis domini, anno eiusdem M° CCC° XL° quinto.

Ugyancsak Pál országbirónak 1346-ban kelt átiratából, melynek eredetijét a verebi Végh. cs. őrzi.

Digitized by Google

146. *Kálmán győri püspök Rákosi várnagyainak meghagyja, hogy a Rákos várához tartozó birtokain termelt szőllőből a dézmát, a Sopron városi polgárokéhoz hasonló mérték szerint szedjék. Sopron, 1345. jan. 28.*

Nos Colomanus dei gracia Jauriensis *(igy)* significamus, quibus expedit tenore presencium universis, quod nos cupientes universa castra et possessiones ecclesie nostre in redditibus condignis et amplioribus sublimare, specialiter redditus et proventus castri nostri ecclesie nostre Rakus vocati, omnibus et singulis in montibus et terris ad dictum castrum Rakus pertinentibus vineas habentibus seu de novo et in posterum plantantibus, hanc vigore presencium duximus graciam faciendam, ut nullus de vineis suis iura montana cum maiori mensura castellanis nostris nunc et pro tempore constituendis et constitutis solvere teneatur, quam cum mensura, cum qua cives Suprunienses annis singulis decimatoribus nostris decimas solvere consveverunt, quare vobis universis et singulis castellanis nostris de Rakus nunc et in futurum constitutis et constituendis firmiter precipiendo mandamus, quatenus ab hominibus in predictis tenutis castri nostri vineas habentibus seu de novo plantibus *(igy)* iura montana non cum maiori mensura, quam cives Suprunienses decimas decimatoribus nostris solvere consveverunt, exigere presummatis, nec eosdem de cetero maioribus gravaminibus audeatis impedire. In cuius rei testimonium presentes emanari fecimus literas sigillo nostro pendenti consignatas. Datum Suprunii, sexta feria proxima post festum conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini Millesimo CCC° XL° quinto.

Zöld selyem zsinóron függő félig ép pecséttel: eredetije Sopron sz. k. város ltárában J. I. 2.

147. *A győri káptalan előtt a Vezekényi nemzetség fiivadékai a magban szakadt Vezekényi Dénes birtokainak megosztására új határnapot tüznek ki. 1345. máj. 8.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendamus, quod magister Stephanus filius Corradi pro se per-

Digitized by Google

sonaliter, Thoma et Johanne fratribus suis parte ex una, item Johannes filius Cosme similiter pro se et Stephano fratre suo, Andreas, Johannes et Benedictus filii Alexandri similiter pro se et Nicolao fratre eorum, Petrus dictus Ewz et Paulus filii Nicolai similiter pro se personaliter et Nicolao fratre ipsorum, quorum quilibet honus et gravamen super se assumserunt, nobiles de generacione Vezeken comitatus Suppruniensis ab altera, in nostri presencia constituti per eosdem extitit propositum communiter et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod quia nobiles domine Margareta et Elizabet filie videlicet magni Dionisii de eadem Vezeken ac Stephanus filius Karoli ex predicta domina Margareta procreatus, literalia instrumenta super universis possessionibus et possessionariis porcionibus dicti magni Dionisii in eadem Vezeken et alias ubilibet existentibus confecta, eisdem filiis Corradi et aliis eorum proximis superius nominatis, prout iuxta continenciam literarum regalium seriosius vidimus contineri, in presentibus octavis festi beati Georgii martiris nunc elapsi tenebantur, reddere recusarunt; ideo divisionem earumdem possessionum, quam in eisdem octavis inter se facere intendebant, pari et concordi voluntate ad octavas festi beati Michaelis archangeli proxime nunc venturi, iuxta arbitrium quatuor proborum virorum per partes assumtorum, faciendam prorogarunt, ita tamen, quod in ipsis octavis beati Michaelis totalis pecunie, quam memorati Stephanus, Thomas et Johannes filii Corradi in facto dictarum possessionum racione dotis et rerum paraffornalium necnon quartarum filialium vel quoquomodo actenus quibuscunque persolvissent, specialiter in factis possessionum emcionalium et inter eandem generacionem pignoraticiarum, equalem medietatem eisdem filiis Corradi, prefati Johannes filius Cosme, Stephanus, Andreas, Johannes, Nicolaus, Benedictus et alter Nicolaus filii Alexandri, necnon Petrus et Paulus filii Nicolai reddere et restituere, priusquam ipsa divisio fieret, teneantur; hoc non pretermisso, ut si qua parcium dictam divisionem, per prefatos quatuor arbitratores faciendam, refutando iudiciario examini se submittere attentaret, extunc parti ipsam ordinacionem acceptare volenti, quinquaginta

Digitized by Google

marcas ante litis ingressum solvere teneatur eo facto, prout partes voluerint spontanea voluntate. Datum in quindenis festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° XL° quinto.

Zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában. Ugyan ott megvan a győri káptalan bizonyságlevele, 1342. máj. 7-röl, hogy a föntnevezett Konrád fiai Vezekényi Dénes leányait hitbéri és hozományi követeléseikre nézve kielégítették.

148. *A győri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Kőszegi Neuthether Miklós, Muzsaji Bertalan fiát Kozmát azzal, hogy Ebergőczi Jekkul fia István megölésében részes lett volna, alaptalanúl vádolta. 1346. május 6.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie domino suo, capitulum Jauriensis ecclesie oracionum sufragia devotarum. Literas vestre excellencie honore quo decuit recepimus in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicit nobis Cosmas filius Bartholomei de Muse conquerendo, quod Nicolaus dictus Neutether de Kussceg, culpis suis non exigentibus, ipsum interemcionibus et homicidiis Stephani filii Jekul de Eburgeuch associare vellet malicia preconcepta, et sic ipsum Cosmam sine culpa inculpando participem in morte predicta efficere conaretur, in cuius Stephani morte ipse Cosmas se omnino inculpabilem fore asserit et innoxium; super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus cum Johanne filio Demetrii de Volche, vel Michaele filio Nicolai aut Lucachio filio Stephani, aliis absentibus homine nostro vestrum hominem idoneum pro testimonio transmittatis, qui sciant et inquirant, omnimodam veritatem ab omnibus, quibus decet, utrum prefatus Cosmas in morte dicti Stephani sit culpabilis nec ne, et post hec, prout vobis super hoc constiterit, nobis tandem fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima post dominicam Judica, anno domini Millesimo CCC° XL° sexto. Nos igitur vestre excellencie mandatis obedire cupientes, qua tenemur, unacum Michaele filio Nicolai homine vestre maiestatis Paulum sacerdotem chori

Digitized by Google

nostri ad premissa inquirendum pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, ut ipsi in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum ad provinciam Soproniensem accessissent, ubi per quamplures villas in eodem comitatu sive provincia habitas transeundo, a nobilibus et aliis communibus eiusdem provincie hominibus, a quibus decuit et expediens fuit, diligenti investigacione palam et occulte facta prehabita, talem de premissis scire potuissent veritatem, quod ipse Cosmas filius Bartholomei de Muse in ipsius Stephani filii Jekul de Eburgech interemcione sive homicidio, in quo homicidio ipsum Cosmam, Nicolaus dictus Neutether de Kussceg participem fore asserebat, inculpabilis esset, et immunis. Datum sabbato proximo post festum Invencionis sancte crucis, anno supradicto.

Zárlatán pecsét-nyommal; eredetije a Hettyey cs. ltárában.

149. *Az esztergomi káptalan előtt Nagymartoni Pál országbiró és testvérének Lőrincznek fia Miklós egy részről, másrészről Nagymartoni Miklós fia Miklós a többek között Fraknó és Kabold nevű várakon és az azokhoz tartozó falukon megosztoznak, Vulkapordán, Széleskut, Tenful, Höflein és Márcz Sopron megyei faluk kivételével, melyeket több más vármegyei falukkal együtt I. Lajos király egyedül Nagymartoni Pálnak adományozott. 1346. jul. 8.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris Nicolaus prepositus et capitulum ecclesie Strigoniensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod magnifico viro comite Paulo filio comitis Simonis de Nogmortun, iudice curie regie, et Nicolao filio magistri Laurencii fratris sui uterini, ab una, item Nicolao filio Nyklini filii comitis Michaelis fratris sui patruelis coram nobis propriis in personis consitutis, propositum extitit per eosdem ministerio vive vocis et relatum, quod licet idem

Digitized by Google

comes Paulus castrum Kabold vocatum simul cum tributo in via exigere ab antiquo consveto, villis Weper et Peter Nempty vocatis cum earum pertinenciis universis vigorosorum instrumentorum titulis cum suis propriis humanitatibus et sumtibus copiosis sibi et predicto Nicolao filio magistri Laurencii perpetua stabilitate acquisiverit; tamen quia eundem Nicolaum filium Nyklini filii comitis Michaelis, idem comes Paulus et Nicolaus filius magistri Laurencii omni fraterne dileccionis amore hactenus essent amplexati et in futurum intenderent animo desideranti amplexari; ideo predictum castrum Kabold, simul cum predictis villis Wepur et Peternemuty nominatis, divisioni de iure apponi non debens, participassent ultronea eorum voluntate cum eodem Nicolao filio Nyklini isto modo, quod predictum castrum Kabold cum predicto tributo, villas Wepur et Peternemuty, que, ut prediximus, divisioni apponi non debebant, item villas Ruhtukewr cum tributo in via exigi tempore antiquo consveto, Alram, Kethykka iuxta fluvium Saar, Kwesd similiter cum tributo viatico, Besenew, Pomagh, Heren, Syklusd, Nogmortun, castrum Faruhno,*) villam subtus ipsum castrum existentem, Wysun et Sandorph in superiori parte, Kerezthur alio nomine Bogyzlow et Chalad in inferiori parte comitatus Sopruniensis, Kezw, Bayoth, Wyfalu, Peel et Chenke in Strigoniensi, Mohara, et Vruzd in Neugradiensi comitatibus existentes, cassatis prioribus divisionibus inter ipsorum priores habitis, in duas cum omnibus earum utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus et reditibus earumdem universis, quibuscunque dicantur seu vocitentur nominibus, in superficie dictarum possessionum existentibus, divisissent partes coequales, quorum castrorum et possessionum equalem medietatem idem comes Paulus, et Nicolaus filius magistri Laurencii, alteram vero medietatem memoratus Nicolaus filius Nyklini habita premissa divisione perennali, immutabiliter possiderent et haberent. Possessiones autem a domino Lodovico rege Pomagh iuxta fluvium Fertew, Praytumprun, item universas

*) Hedervári Lőrincz 1436-ki átiratában e helyen a következő érdekes toldás olvasható »cum propria pecunia ipsius comitis Pauli et magistri Laurencii et Nicolai filii eiusdem magistri Laurencii sine subsidio ipsius Nicolai filii Nyklini constructo« ezenkivül az átiratban még több más, nem annyira lényeges eltérés is van.

Digitized by Google

possessiones Farcasii filii Stepk in comitatu Castriferrei a domino Karolo olim rege Hungarie genitore eiusdem domini Lodovici regis, pro suis fidelitatibus per ipsum comitem Paulum acquisitas et optentas, Pordan, Durugh, Temful iuxta fluvium Selyegh, Heuflen, Zeredahel, Moruch in comitatu Sopruniensi, Scemech, Sarfew, Chatay, Kyzey, Chanuk et Nyarasd in Posoniensi, Iharus, Myhald et Boyun in Simigiensi, Rukulyan in Zaladiensi, Bolch et Scenlelek in Zabouch, Alchy et Luol in Komaruniensi comitatibus existentes, ad ipsum comitem Paulum solum rite et racionabiliter efficacissimis instrumentis devolutas, iidem comes Paulus, et Nicolaus filius magistri Laurencii ac ipsorum heredes heredumque suorum successores tamquam eorum proprias inventicias et acquisiticias debeant habere et irrevocabiliter possidere, nec idem Nicolaus filius Nyklini et sui successores in lite vel extra litem sibi possent aliquam vendicare seu obtinere porcionem de eisdem. Hoc eciam nolumus silencio preterire, ut idem Nicolaus filius Nyklini a modo in futurum contra ipsum comitem Paulum, et Nicolaum filium magistri Laurencii tam in facto rerum quam possessionum ex eo, quia sibi omnimoda divisionaria satisfaccio, imo superflua ex divisione predicti castri Kabold et possessionum ad id pertinencium ipsum comitem Paulum proprie contingencium facta extitisset, nullam posset in alicuius iudicis presencia movere quescionem seu litem suscitare. Universas autem literas privilegiales, patentes et clausas, si que in aliquibus capitulis vel conventibus, inter comitem Simonem patrem predictorum comitis Pauli et magistri Laurencii ac avum eiusdem Nicolai filii magistri Laurencii, necnon comitem Michaelem avum et Nyklinum patrem predicti alterius Nicolai forent super predictis divisionibus qualitercunque usquemodo habite et confecte, vanas, cassas, frivolas et irritas, viribus et vigore carituras ac exhibitoribus earumdem in iudicio vel extra iudicium semper et ubique nocituras commiserunt partes supradicte. Prout hec omnia et singula premissorum partes predicte ultronea eorum voluntate a modo in posterum sine dolo et fraude aliquali assumserunt in perpetuum inter se auctoritate presencium immutabiliter ob-

Digitized by Google

servare. In cuius rei memoriam perpetuamque et immutabilem firmitatem, utrisque partibus benivole petentibus, presentes literas privilegiales sigilli nostri pendentis munimine roboratas duximus concedendas. Datum per manus honorabilis viri Demetrii ecclesie nostre lectoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, octavo idus mensis Julii; discretis viris dominis Thoma custode, Marco cantore, Jacobo sancti Thome martiris et Ladislao beati Georgii martiris ecclesiarum prepositis, ceterisque canonicis et dominis in dicta ecclesia nostra salubriter famulantibus regi sempiterno.

Az ép pecsét sárga és piros selyemsodraton függ; eredetije az orsz ltárban N. R. A. 1590. 25. dipl. oszt. 3851. közölve Kovács Nándor másolatából. Kiadta már Fejér Gy. i. m. IX. I. 407. l. de különösen a helyneveknél több hibával. Az esztergomi káptalan föntebb közölt oklevelét 1436-ban kelt itéletében Hédervári Lőrincz nádor átírta, az itélet eredetije megvan ugyancsak az orsz. ltárban N. R. A. 1595 3. dipl. oszt. 12993. A nádor ezen érdekes itéletét alább közölni fogjuk.

150. *A győri káptalan előtt Osl fiai János s Domokos macsói bán az Ostffyak őse egy részről, másrészről pedig Osl fia Péter a többek között, Farád, Maglocza, Széplak, Márcz, Csapodcsalád, Szerdahely és Felcsorna nevű birtokokon megosztoznak. 1346. nov. 23.*

(C)apitulum Jauriensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Quoniam rex pacificus pia miseracione disposuit sibi subditos pacificos et modestos, sed effrenata cupiditas sui prodiga pacis emula mater licium materia iurgiorum tot cottidie *(igy)* nova litigia generat, ut nisi iusticia conatus eius sua virtute reprimeret, ius habitam federis litigatorum abusus extingueret et dato libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideoque lex proditur, ut appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non ledat, ius suum unicuique tribuat informatum. Sane ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie duximus innodandum, quod vir magnificus magister Johannes filius Osl de genere Osl, suo ac magnifici viri domini Dominici bani de Machou fratris sui uterini nomine, cuius onus

Digitized by Google

et gravamen in factis inferius declarandis super se assumsit, parte ex una, magister vero Petrus filius Osl frater eorumdem ab altera, ad nostram accedentes presenciam, oraculo vive vocis sunt confessi in hac forma, ut ipsi iuxta literarum magnifici viri comitis Pauli iudicis curie excellentis principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem comitis Pauli et regni baronum explicancium seriem et continenciam inter se in filios filiorum partis utriusque perpetuo duraturam talem fecissent divisionem, quod tercia pars octo possessionum scilicet Azzunfalva, Semyen, Narey, Wyccha, Fraad, Maglocha, Seplaachk et Mowroch vocatarum ipsos hereditario iure contingencium cum omnibus earum utilitatibus specialiter cum medietate molendinorum vel locorum eorumdem, in dicta possessione Wyccha, et cum tercia parte similiter molendinorum vel locorum in predicta possessione Azzun existencium, item possessionis tam emticie quam acquisiticio titulo ipsis pertinere debentes, videlicet possessiones Chalaad iuxta fluvium Raabcha vocatum, cum molendinis super eundem Raabcha existentibus. Item possessioni Felchorna, que quondam Jacobi filii Andree et ipso decesso ad eosdem filios Osl, racione consanguineitatis devoluta fuisse dinoscuntur, cum porcione in possessionibus Chapodchalad et Zeredahel similiter ipsos contingentibus, cum universis eorum utilitatibus et pertinenciis eisdem possessionibus et possessionariis porcionibus adiacentibus et pertinere debentibus, scilicet aquis, piscaturis, molendinis vel locis molendinorum, terris arabilibus, pratis vel fenilibus, silvis et nemoribus ac locis venabilibus, necnon sessionalibus, ipsi magistro Petro et suis heredibus, predictis vero duabus partibus dictarum possessionum hereditariarum, cum universis possessionibus aliis et possessionariis porcionibus, tam hereditarie successionis titulo quam emticio vel acquisiticio sive pignoraticio iure, que actenus quamvis indivise permansissent, ipsis domino Dominico bano et magistro Johanni devolute, eisdem similiter cum omnibus earum utilitatibus ubicunque existencium, quocunque nomine censeantur per composicionem et ordinacionem plurimorum regni baronum perpetuo et irrevocabiliter ces-

Digitized by Google

sissent possidende et tenende. Fuit eciam per eundem magistrum Johannem suo modo, ut premittitur, nomine sui et dicti domini Dominici bani fratris sui in persona relatum et propositum in hunc modum, ut si temporum in processu aliqui memoratum magistrum Petrum vel suos heredes pretextu possessionum supradictarum, vel possessionariarum porcionum Chalaad, Chapodchalad, Zeredahel et Felchorna vocatarum, quas aquisiticio iure sibi devolutas fore allegabant, cuiuscunque iudicis pro tempore constituti vel constituendi in presenciam attrahere niteretur, vel attentarent, extunc memorati dominus Dominicus banus et magister Johannes vel eorum heredes universa literalia instrumenta seu munimenta, quorum vigore dictas possessiones vel possessionarias porciones Chalad, Chapodchalaad, Zeredahel et Felchorna vocatas sibi devolutas fore, et se actenus et usquemodo possedisse dignoscuntur, quociescunque et quando vel ubicunque in cuiusvis iudicis presencia, per ipsum magistrum Petrum vel suos heredes pretaxati dominus Dominicus banus et magister Johannes nec non eorum heredes, dumtaxat racione dictarum possessionem emanata et confecta forent requisiti, tociens et tot vicibus ubique in subsidium prefati magistri Petri et suorum heredum ac defensionem tenebuntur exhibere. Ceterum sepedictum magistrum Petrum et suos heredes idem dominus Dominicus banus et magister Johannes racione quarte filialis sororum eorum universorum necnon in facto dotis domine relicte magnifici viri domini Nicolai similiter quondam bani de eodem Machow fratris ipsorum tenebuntur expedire, propriis laboribus et expensis. Insuper idem magister Petrus totalem porcionem de equacia ipsum ab eisdem domino Dominico bano et magistro Johanne contingere debentem, plenarie et integre se confessus est recepisse, pretextu cuius eosdem reddidit expeditos pariter et absolutos, vigore presencium mediante. In cuius rei sive divisionis perpetuo durature memoriam, necnon pacis observanciam, literas nostras privilegiales in ordine alphabeti tripartitas ad instanciam parcium contulimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum in die festi beati Clementis pape et martiris, anno dominice

Digitized by Google

incarnacionis M° CCC° XL° sexto; honorabilibus et discretis viris dominis et magistris Briccio preposito, Mathia lectore, Georgio cantore et Petro custode existentibus.

Zöld, vörös és lila czérna sodraton függő pecséttel, eredetije a N. Muzeumban; egy másik eredeti példányban is megvan az Ostffy cs. ltárában Ostfiasszonyfán.

151. *A győri káptalan előtt Gyórai Demeter Gyóró nevű birtok felét és egy ekére való Köblös-földe nevű földet Ligvándon a Vezekén nemzetségből való Istvánnak fraknói várnagynak és rokonainak zálogba adja. 1346. nov. 30.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendamus, quod Demetrius filius Stephani de Gyowra, comitatus Soproniensis, coram nobis comparendo, totalem medietatem eiusdem possessionis Gyowra, item tres fundos cum terris arabilibus, et terram usui uni aratro sufficientem Kwblusfeld vocatam in possessione Nygwan nominata in eodem comitatu existenti habita, ipsum contingencia, cum omnibus utilitatibus suis, scilicet terris arabilibus, pratis, fenilibus, silvis et nemoribus, aquis, ac aliis pertinenciis universis eorumdem, quocunque nomine censeantur, salvo tamen preiudicio iuris alieni, specialiter in omnibus ecclesie nostre, magistris Stephano castellano de Fraknow, Thome et Johanni filiis Corradi de genere Wezeken, a data presencium per duodecim annorum integralium revolucionem, pro septuaginta marcis denariorum latorum viennensium per decem pensas computatis, plene iam ab eisdem filiis Corradi receptis et integre, se confessus est pignori obligasse, et obligavit coram nobis; quibus quidem duodecim annis revolutis et non ante . . . . possessionarias porciones memoratus Demetrius vel sui heredes, ab eisdem filiis Corradi vel eorum heredibus pro eadem summa pecunie sine gravamine tamen ulteriori aliquali redimere teneatur, vel teneantur; qui si terminum redemcionis predictarum possessionariarum porcionum preteriret vel preterirent in solvendo, extunc memoratis filiis Corradi in filios filiorum devolvi perpetuo debeant possidende

Digitized by Google

et teneantur. Datum in die festi beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL° sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott megvan a vasvári káptalan levele 1347-ből, hogy »Georgius et Stephanus filii Johannis de Gyuro quandam terram ipsorum sub uno aratro in possessione Alsonyguan vocata existentem Andree filio Jekkul de Nygnan« négy márka bécsi denárért zálogba adta. A Keményegerszegi Kemén cs. ltárában őriztetik Szemere alispán levele 1348-ból, mely szerint Győrai Bálint fia, János megöléséért Győrai István fia Demeter győrai birtokának két harmad része lefoglaltatott és tizenöt márka birság összegért Temerdi Péter fia Istvánnak zálogba adatott; a N. Muzeumban pedig meg van a vasvári káptalan levele 1349-ből, mely szerint a megölt Győrai János fia István a Győrai Demeter birtokából fönmaradt és neki jutott egy harmad részt vejének Tyáki Kemén fia Miklósnak engedte át.

152. *I. Lajos király előtt Kanizsai Lőrincz fiai István budai prépost s János és Benedek, Viczai János fiainak egy malmát a zálogból kibocsátják. Buda, 1347. jan. 31.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod Stephano dicto Bwrges famulo honorabilis viri magistri Stephani prepositi ecclesie Budensis, magistrorum Johannis et Benedicti filiorum Laurencii de Chorna pro eisdem cum procuratoriis literis capituli ecclesie Budensis predicte, causalibus ab una, item Nicolao et Thome filiis Johannis de Vycha, astante cum eisdem Demetrio filio Simonis nepote domini episcopi Nitriensis parte ex altera, ad nostram presenciam comparentibus, per eundem Stephanum dictum Bwrges, in personis dictorum magistrorum Stephani prepositi Johannis et Benedicti filiorum Laurencii dominorum suorum, auctoritate procuratoria confessum extitit viva voce et relatum, quod ipsi filii Laurencii unum molendinum et alterius molendini rectam medietatem in fluvio Raba currens et currentis, que dicti filii Laurencii a prefato Johanne patre eorumdem Nicolai et Thome, impignoraticio nomine habuissent, receptis ab eisdem filiis Johannis quinque marcis, marcam quamlibet cum decem pensis computando pro redemcione eorumdem molendinorum, eisdem in perpetuum tamquam iura eorumdem hereditaria, remisissent, imo idem Stephanus dictus Bwrges in personis dictorum

Digitized by Google

filliorum Laurencii dominorum suorum auctoritate dictarum literarum procuratoriarum, prefatis filiis Johannis in presencia nostre maiestatis remisit possidenda, medietate ipsius unius molendini, dicti filii Laurencii sibimet reservata; universas et quaslibet literas obigatorias et alia quelibet instrumenta, quas et que super dicto molendino, et medietate alterius molendini dicti filii Laurencii habuissent, cassas reddiderunt et inanes, viribusque carituras, tali condicione mediante, quod si dicti filii Johannis prefatum molendinum et medietatem alterius molendini alicuius temporis in eventu vendere vel impignorare voluerint, tunc nemini alteri, preterquam ipsis filiis Laurencii vendere et impignorare possint atque valeant. Datum Bude, feria quarta proxima ante festum Purificacionis beate virginis, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. dipl. oszt. 3881.

153. *A győri káptalan előtt Viczai János fiai négy telket Széplakon, Höfleini János fiainak zálogba adnak.*

1347. mart. 27.

Nos capitulum jaurinsis ecclesie damus pro memoria, quod Nicolaus et Thomas filii Johannis de Wycha coram nobis comparendo quatuor medios fundos vulgariter lehn dictos in possessione Sceplak vocata in comitatu Suppruniensi iuxta lacum Fertew nominatum existenti, ipsos contingentes Simoni et Belid filiis Johannis de Heoflen eiusdem comitatus proximis eorum, proxime venturo festo beati Georgii martiris, per quatuor revoluciones eiusdem festi integras et non ante redimendos, cum omnibus utilitatibus ad eosdem fundos pertinentibus, pro quatuor talentis denariorum plene iam receptorum pignori obligarunt, quibus quatuor revolucionibus dicti festi elapsis, quandocunque poterunt semper in festo beati Georgii ipsos quatuor medios fundos, pro eadem summa pecunie habebunt redimendi facultatem, ipsosque fundos si necessitate coacti vendere proponerent, nemini alteri, nisi eisdem Simoni et Belid

Digitized by Google

vendere tenebuntur, medio tamen tempore fructus et utilitates ipsorum fundorum, dicti Simon et Belid percipient, que in numerum accomodate pecunie minime computabuntur. Datum feria tercia proxima post dominicam Palmarum, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 31. 10. dipl. oszt. 3895. A hedervári ltárban megvan ugyancsak a győri káptalan bizonyságlevele 1348-ból arról, hogy Viczai János fiai Miklós és Tamás Beled nevű Mosonvármegyei és Széplak nevű Sopronvármegyei birtokokban a maguk részét Höfleini János fiainak Simonnak és Belednek zálogba adják, miben Beled fia Beled az Osl nemzetségből beleegyezett.

154. *I. Lajos király előtt Kanizsai Lőrincz fiai mint szomszédok, Köcski Sándor fiát Györgyöt, két Páli nevű birtok eladásától, Magyar Pált pedig annak megvételétől tiltják. Buda, 1347. jun. 17.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, memorie commendamus per presentes, quod honorabilis vir magister Stephanus prepositus ecclesie Budensis in sua ac magistrorum Johannis et Benedicti fratrum suorum personis ad serenitatis nostre accedendo presenciam, per modum protestacionis nobis significare curavit, quod Georgius filius Alexandri de Kuchky, quasdam duas possessiones suas ambas Paly vocatas in Rabakuz existentes, in ipsorum vicinitate adiacentes, magistro Paulo dicto Magyar alienare niteretur, que ipsis racione propinquioris vicinitatis ad recipiendum plus quam aliis condeceret; unde faciens protestacionem huiusmodi, predictum Georgium filium Alexandri a vendicione et alienacione predictarum possessionum predicto Paulo dicto Magyar vel aliis quibuscunque quomodocunque facta vel fienda, ipsum autem magistrum Paulum et alios quoslibet a recepcione et se intromissione in easdem prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo. In cuius protestacionis et prohibicionis testimonium presentes a nobis ipsis dari postulavit, quas nos eidem concessimus communi iusticia svadente. Datum Bude, in dominica proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 714. 7. dipl. oszt. 3915.

Digitized by Google

155. *I. Lajos király Laczkfi István erdélyi vajda részére Simontornya váráról 1343-ban kiadott adománylevelét új adományképen megerősíti, figyelembe véve különösen ama érdemét, hogy I. Károly király idejében a németektől a Sár másképen Lajtahegyet vissza foglalta, azon Szarvkő várát építtette és az országnak szent István király által megállapított határát visszaszerezte. 1347. jun. 30.*

Lodovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex, princeps sallernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in salutis largitore. Celestis altitudo consilii supra cuncta tenens imperium in excelsis, ad hoc in orbe terrarum regum et principum constituit potestates, ut ipsi levatas in circuitu oculorum circumspectibus illis munificencie dextram porrigant adiutricem, quos devocionis et fidei sinceritas ac alta sanguinis nobilitas merito recommendant. Proinde ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod magnificus vir Stephanus voivoda Transsilvanus et comes de Zonuk dilectus nobis et fidelis, ad nostre serenitatis accedens presenciam fidelitates suas et fidelium serviciorum suorum merita, quibus ipse, ut in sequentibus annotantur, primum glorioso principi domino Karolo quondam illustri regi Hungarie bone memorie patri nostro karissimo, et demum eodem nutu divine pietatis, cui humane fragilitatis racio obviare non novit, debitum exsolvente omnis carnis, nobis ad thronum et coronam regalis fastigii succedentibus studuit complacere et se reddere graciosum utique et acceptum, proponens et declarans, exhibuit nobis quasdam literas nostras patentes super facto universarum possessionum et proprietatum quondam magistri Nicolai filii Johannis filii Hench rectoris civitatis Budensis et specialiter super facto castri Symonturnya vocati, confectas, tenoris infrascripti, petens nostram serenitatem prece subiectiva, ut ipsas literas nostras acceptare et ratificando de benignitate regia

Digitized by Google

simul cum dictis possessionibus et proprietatibus ac dicto castro Symonturnya vocato, sibi et filiis suis ac eorum heredibus dignaremur confirmare, quarum tenor talis est: Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum magna laude dignis meritis magnifici viri Stephani magistri agasonum nostrorum comitis Castriferrei et Supruniensis filii videlicet magistri Ladislai comitis siculorum et de Brasso, quibus idem ab evo puerili primum excellentissimo principi domino Karolo quondam illustri regi Hungarie patri nostro karissimo felicis memorie, demum nobis et sacre regie corone unacum fratribus suis pro exaltacione regii regiminis et dilatacione rei publice diversis fortune casibus se opponens, non parcens rebus nec persone, in cunctis nostris et regni nostri expedicionibus prosperis et adversis varia genera fidelitatum suarum declarans et semper nostro lateri adherens, nobis nimium studuit complacere et se reddere graciosum et acceptum, volentes eidem pro tam summa fidelitate aliquatenus regio occurrere cum favore, ut deinceps alii ab ipso exemplati de fideli efficiantur fideliores ac ad servicia regalia de promto promciores, annuimus sibi, ut si magister Nicolaus filius Johannis filii Hench rector civitatis Budensis proximus suus, absque heredum solacio, quod absit, decesserit, extunc universas possessiones et proprietates ipsius, ubique in regno nostro existentes, quovis titulo ipsum tangentes, specialiter castrom Symonturnya vocatum, cum omnibus suis pertinenciis scilicet villis, oppidis, terris populatis et habitatoribus destitutis, tributis, aquis, silvis et aliis quibusvis utilitatibus quocunque titulo nominatis, ad ipsum castrum spectantibus, eidem magistro Stephano, item Dionisio, Nicolao, Emerico et Stephano filiis suis et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus, prout ex nunc dedimus, contulimus sic et tunc conferemus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas. In cuius rei testimonium eidem magistro Stephano, item Dionisio, Nicolao, Emerico et Stephano filiis suis predictis presentes patenter apposicione sigilli nostri duximus concedendas. Datum in Wyssegrad,

Digitized by Google

in octavis festi Epiphanie domini, anno eiusdem Millesimo CCC° XL° tercio. Nos siquidem de regia nostra benignitate fidelitates et fidelium serviciorum merita predicti Stephani voivode, quas et que ipsum pro certo scimus exhibuisse, in memoriam exemplarem posterorum presentibus iussimus annotari: nam eo tempore, quo predictus dominus Karolus rex genitor noster adversus duces Austrie et Stirie, ad conterendum impetum et furorem Teotonicorum, validum exercitum movisset, predictus Stephanus voivoda tunc magister agasonum et maior exercitus ipsius patris nostri existens, cum sua gente in ipsis partibus Austrie validum exercitum Teotonicorum debellando, quamplures milites et pociores de Teotonicis captos eidem patri nostro adduxit letalia vulnera lanceali fixu duo, et ictu sagitte unum in se recipiendo; et in eodem exercitu castrum Stelfrid, quod Celtigar detinebat, leonina audacia ad necis periculum pro fidelitate regie maiestati observanda se apponendo expugnavit, predictumque Celtigar captum eidem patri nostro adduxit, idem castrum dicto patri nostro assignando; porro cum idem genitor noster contra scismaticos versus Raciam *(igy)* validum habuisset exercitum et suos barones in Waradino Petri relinquens, ipsum Stephanum nunc voivodam tunc magistrum agasonum suorum, cum servientibus suis in ipsam terram Raciensem destinasset, idem Stephanus voivoda fortune casibus se apponendo, ipsam terram Raciensem usque caput fluvii Obona penitus destruendo spoliavit; sane cum prelibatus genitor noster ad recuperandas regni sui partes Transalpinas cum valido suo exercitu accedendo, ante castrum Argyas castra metatus fuisset, idem Stephanus nunc voivoda tunc magister agasonum et maior exercitus patris nostri existens, consvete fidelitatis fervore semper lateri eiusdem patris nostri adherens sex ex infidelibus scismaticis fideles homines patris nostri infestantibus, captivando adduxit patri nostro, quamplures interficiendo ex eisdem; posthec dum idem pater noster de ipsis partibus Transalpis *(igy)* rediret, eundem per dei clemenciam idem Stephanus nunc voivoda, ab insidiis ipsorum infidelium precavendo, ubique liberatum reduxit sanum et incolumem, absque lesione aliquali, et ibi

Digitized by Google

sub ipso Stephano voivoda valde bonus equus extitit interfectus. Preterea predictus Stephanus nunc voivoda tunc magister agasonum patris nostri existens, in confiniis Bohemie per ipsum patrem nostrum constitutus, partes regni nostri in ipsis confiniis Bohemie habitas, et per Bohemos occupatas ab eisdem Bohemis per suas veras metas per sanctissimum regem Ladislaum positas et erectas recuperando, assignavit patri nostro, et novem annis cum eisdem Bohemis certamen prelii cum periculo mortis quamplurimorum servientum suorum indesinenter habendo, pacem regno nostro abinde invenit plenam et perfectam; postmodum dum scismatici Racienses in Nandur Feyruar descendissent, et ibi castrum construxissent, idem Stephanus voivoda cum ipsis scismaticis viriliter propugnando ipsum castrum cremavit, quamplures ex ipsis scismaticis captivavit et quamplures interfecit ex eisdem. Quid plura idem Stephanus voivoda in confiniis Austrie per eundem patrem nostrum constitutus, in metis regni nostri, quendam montem, quem Teotonici detinebant, ab eisdem occupando castrum Zorwkw construxit contra Teotonicos in eodem, et sic veras metas regni nostri, per sanctissimum regem Stephanum ex parte Austrie positas et erectas recuperando, et secundum castrum Leuka vocatum a filiis Herrici infidelibus patris nostri aufferendo, eidem patri nostro assignavit; et demum cum Teotonicis viriliter dimicando eosque debellando et Pohemarium baronem de Austria proprium vexillum pro se ipse habentem, cum duodecim militibus captivando et res ipsorum Teotonicorum in quatuor massis habitas, quas iidem Teotonici ad valorem triginta milium marcarum estimabant, aufferendo, adduxit eidem patri nostro, pro damnis et iniuriis eidem patri nostro et suis regnicolis ac mercatoribus irrogatis per eosdem; qui quidem Pohemarius vitam finivit in captivitate prenotata. Ad ultimum cum nos adversus Lythvanenses omnium christianorum inimicos pro Christi nomine accessissemus, et pretactus Stephanus voivoda, ac Dionisius filius suus magister agasonum nostrorum nobiscum fuissent partibus in eisdem, pes ipsius Stephani voivode ibi in nostris serviciis existentis, fractus extitit, et Stephanus filius Laurencii serviens eiusdem, sub quodam castro Villio

Digitized by Google

vocato in eadem Lythva nobis cernentibus fuit interemtus. Itaque nos his et aliis fidelitatibus fideliumque serviciorum preclaris meritis prelibati Stephani voivode, que in toto presentibus inseri erant tediosa, digna recompensacione occurrere cupientes et eiusdem premissam iustam et legitimam peticionem admittentes, prefatas literas nostras patentes, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum presentibus insertas, eidem Stephano voivode et suis filiis eorumque heredibus heredumque suorum successoribus innovamus, acceptamus, approbamus, ratificamus et nostra regia auctoritate de beneplacito, connivencia et consensu excellentissime principisse domine Elisabeth regine Hungarie genitricis nostre karissime et consilio prelatorum baronumque nostrorum presentis privilegii nostri patrocinio perpetuo valere confirmamus, ipsasque possessiones et proprietates ipsius quondam magistri Nicolai filii Johannis filii Hench et specialiter dictum castrum Symonturnya vocatum cum omnibus ad se pertinentibus, prout ipso vivente contuleramus, sic et ipso iam sine herede decedente, nunc nove nostre donacionis titulo eidem Stephano voivode et filiis suis prenotatis perpetuo et irrevocabiliter habere et possidere conferimus, in filios filiorum suorum et heredum per heredes. Ut igitur huiusmodi approbacionis et confirmacionis series absque cuiuslibet contradiccionis obstaculo perpetua valeat firmitate consistere, presentes literas nostras concessimus privilegiales, autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XL° septimo, pridie kalendas Julii, regni autem nostri anno sexto; venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Stephano Colocensi, Nicolao Jadriensi, Dominico Spalatensi archiepiscopis; Nicolao Agriensi, Andree Transsilvano, Demetrio Waradiensi, Jacobo Zagrabiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Petro Sirmiensi, Gregorio Chanadiensi, Laurencio Boznensi, Colomano Jauriensi, Nicolao electo confirmato Nitriensi, Michaele Waciensi ecclesiarum episcopis et Johanne

Digitized by Google

electo confirmato Wesprimiensi ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao palatino iudice comanorum, eodem Stephano voivoda Transsilvano comite de Zonuk, Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Dominico de Machou et Nicolao tocius Sclavonie et Croacie banis, Nicolao pincernarum, Iwanka dapiferorum, Dionisio agasonum nostrorum magistris et magistro Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Két függő pecsét nyomaival; és belől 1364-ben az ismeretes hitelesitéssel ellátva; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 6. dipl. oszt. 3553.

156. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való Domokos macsói bán és unoka-öccse János, Maglocza nevű birtokukat az ugyanazon nemzetségből való János fia Lökősnek Cschi birtokáért elcserélik. 1347. aug. 24.*

(C)apitulum Jauriensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, salutem in vero salutis largitore, cum omnia, que ex bono mentis proposito bonaque deliberacione fiunt, in tempore nec tractu temporis per quempiam possint vel valeant aliquatenus immitari, literarum testimonio consveverunt communiri cautelam ad uberiorem. Proinde ad noticiam universorum harum serie volumus pervenire, quod magnificus vir Dominicus filius Osl banus de Machou unacum Johanne filio Johannis filii eiusdem Osl de genere Osl ex una, item magister Leukus filius Johannis filii Jacobi de eadem generacione parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, per eosdem communiter et concorditer propositum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi matura inter se deliberacione prehabita, in quibusdam possessionibus et porcionibus ipsorum possessionariis tale inter se concambium seu permutacionem perpetuo duraturam fecissent imo fecerunt coram nobis, quod porcio possessionaria ipsius magistri Leukus in possessione Chech in comitatu Castriferrei existenti habita, ex collacione serenissimi prin-

Digitized by Google

cipis Ladislai dei gracia illustris regis Hungarie ad eundem Jacobum filium Osl bani mediantibus literis privilegialibus devoluta, eisdem Dominico bano et Johanni filio Johannis et per eos suis heredibus, e converso vero porcio possessionaria in possessione Mogerluche *(igy)* in comitatu Supruniensi existentis *(igy)* titulo iuris hereditarii ipsos contingens, cum omnibus utilitatibus, iuribus et pertinenciis suis, cum addicione viginti marcarum per decem pensas computatarum plene ut dicebant persolutarum, iamdicto magistro Leukus et per eum suis successoribus devenissent et devenerunt coram nobis, iure perpetuo et irrevocabiliter possidende, tenende pariter et habende; omnia literalia instrumenta, si qua circa partes super eisdem possessionibus forent reservata, cassata et viribus penitus caritura relinquendo. In cuius rei testimonium presentes fecimus literas privilegiales sigillo nostro autentico et pendenti consignatas emanari; presentibus tamen Briccio preposito, Mathya lectore, Georgio cantore, Petro custode et aliis dominis in predicta ecclesia deo devote famulantibus. Datum in festo beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Vörös és zöld czérnasodraton függő pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

157. *Beled kapuvári várnagy és rábaközi ispán és a szolgabirák bizonyságlevelet adnak arról, hogy Belud fia Belud Viczai János fiait bizonyos dologban intette.*

1347. aug. 31.

Nos magister Belud castellanus de Kapu et comes de Rabacuz ac iudices nobilium de eodem comitatu, damus pro memoria, quod sexta feria proxima post octavas festi beati regis Stephani magister Belud filius Belud de Vicha ad nostram presenciam personaliter accedendo, et hominem nostrum fidedignum ad proibendum sibi dare postulavit, ut proiberet Thomam et Nicolaum filios Johannis de eadem, ne ipsi sine lege ad domum ipsius magistri Belud valeant accelerare; nos igitur ut tenemur ad peticionem eiusdem unacum iudicibus nobilium provincie hominem nostrum transmisimus ad proibendum pro testimonio, qui quidem homo

Digitized by Google

noster et iudices nobilium postmodum ad nos reversi concorditer recitarunt verba in hunc modum, quod ad faciem predicte possessionis Vicha vocata accessissent, et inibi ipsos Thomam et Nicolaum filios Johannis de Vicha legitime ac iuris moderamine exhigente proibuissent, ne ipsi Thomas et Nicolaus suprascripti sine lege ad domum ipsius magistri Belud non valeant accelerare. Datum in termino prenotato, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 447. 13. dipl. oszt. 3929.

158. *A boszniai káptalan előtt Osl fia Péter, Család és Csapod nevű birtokait Domokos macsói bánnak elzálogosítja. 1347. nov. 1.*

Nos capitulum ecclesie Boznensis, memorie commendamus per presentes, quod magnificus vir dominus Dominicus banus de Macho ab una parte, ex altera vero magister Petrus filius Osl frater suus consanguineus, coram nobis personaliter constituti, idem magister Petrus filius Osl confessus extitit, viva voce et spontanea sua voluntate, quod ipse possessionem suam Chalad vocatam in toto, item aliam possessionariam porcionem suam in possessione Chapud vocata habitam, ipsum contingentes, in comitatu Supruniensi existentes, cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis universis ad easdem spectantibus, et uno molendino in fluvio Repche currenti, ad predictam Chalad pertinentem pro viginti marcis promtorum et duplicatorum compoti Syrimiensis plene per ipsum Petrum prout dixit ab eodem Dominico bano habitis et receptis, sponte et liberaliter titulo impignoracionis obligasse, et impignoravit coram nobis, tali condicione interiecta mediante, quod Petrus prenotatam possessionem et possessionariam porcionem suas modo ut supra eidem Dominico bano impignoratas, usque revolucionem ipsorum decem annorum, nullo modo nulloque quesito colore et per nullam racionem, rehabere et redimere possit a Dominico bano prenotato, transacto autem ipso decimo anno, quandocunque et cuiusvis temporis in curriculo, idem Petrus vel filii et heredes sui, prenotatam

Digitized by Google

possessionem et possessionariam porcionem suas, cum predicta quantitate pecunie viginti marcarum latorum denariorum viennensium, quemlibet marcam cum decem pensis viennensibus computando, coram capitulis scilicet Jauriensis vel Castriferrei ecclesiarum redimere possint et valeant, a Dominico bano vel eius filiis et posteris; idemque Dominicus banus vel eius filii et heredes, pro prenotata pecunie quantitate viginti marcarum viennensium, eidem Petro vel eius posteris resignare et remittere tenebuntur, absque aliquali pena dupli et vinculo gravaminis pecunie prenotate, ad que omnia premissa et premissorum singula, eedem partes, se coram nobis spontanea eorum obligarunt voluntate. Datum in festo Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban, a szenternöi káptalannak egészen hasonló tartalmú oklevele 1347. oct. 28-ról az Ostffy cs. ltárában öriztetik.

159. *A vasvári káptalan előtt Asszonyfalvi Osl fia Péter az Osl nemzetségből, Maglocza nevű birtokban a maga részét, az ugyanazon nemzetségből való Domokos macsói bánnak és unoka-öccsének Jánosnak zálogba adja. 1347. nov. 30.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, significamus tenore presencium universis, quod vir discretus Antonius plebanus de Azon, pro magistro Petro filio Osl de genere Osl de eodem Azzon, cum sufficientibus procuratoriis literis conventus ecclesie beate Marie virginis de Demenk, coram nobis personaliter constitutus, possessionariam porcionem ipsius magistri Petri in possessione Maglacha habitam in comitatu Supruniensi existentem, proprie ipsum Petrum et libere tangentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, a festo sancti Andree apostoli ad decem annos integros et plenos, pro septem marcis denariorum promtorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum decem pensis computando, magistris Dominico bano de Machou et Johanni filio Johannis filii Osl de genere Osl,

Digitized by Google

pignori obligavit coram nobis in hunc modum, ut usque complecionem decem annorum redimere non possit, completis vero ipsis decem annis plenis, quandocunque cum ipsis septem marcis denariorum promtorum latorum viennensium, quamlibet marcam per decem pensas computando modo supradicto, idem Petrus redimere poterit, liberam habebit redimendi facultatem gravamine quolibet non obstante, et usque tempus redemcionis ipse Petrus, eosdem Dominicum banum et Johannem filium Johannis conservare assumsit in eadem contra omnes. Datum in festo sancti Andree apostoli, anno domini M° CCC° XL° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában.

160. *Szemere alispán és a szolgabirák Lőrincz főispán rendeletére Muzsaj nevű birtokot öt részre felosztják. 1348. ápr. 7.*

Nos magister Scemere vicecomes comitatus Supruniensis et iudices nobilium de eodem significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod nobilis domina . . . . . Cosme filii Bartholomei de Musey ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis literas magistri Laurencii (comitis) Sopruniensis domini nostri, quibus visis et perlectis vidimus contineri sub precepto, quod ad prefaciem *(igy)* possessionis Musey, vocate accedere deberemus, et possessionarias porciones et terras Petri et Johannis filiorum Benedicti, item Stephani filii Nicolai ac Cosme filii Bartholomei de predicta Musey videlicet omicidiorum filiorum Stephani filii Jekel de Ebergeulch, per veteres metas reambularemus et equaliter divideremus, dividendoque porciones Bartholomei, Jacobi et Stephani filiorum Cosme predicti et filiarum suarum nomine Elizabet et Clara, extradare et resignare faceremus; unde nos preceptis et mandatis obedire debemus ut tenemur, die dominico proximo scilicet Invocavit, unacum magistris Belyvd filio Belyvd de Los et Ladislao filio Nicolai de Peunye, magistri Andrea filio Iwanka de Endred, item Petew et Luche filiorum Stephani de Endred, vicinis et commetaneis ad prefaciem predicte possessionis

Digitized by Google

accedendo, porcionem Cosme ad quinque partes divisimus tali modo, quatuor pars in uno loco cessit Bartholomeo Jacobo et Stephano filiis Cosme cum sororibus eorum predictarum, que scilicet terra longitudine iacet versus septemtrionis *(igy)* et meridie, item quam scilicet ipsam particulam terre a parte occidentalis separat terra Pousa, a parte vero orientalis est una magna signa *(igy)* de terra posita, que directe vadit versus septemtrionis ad arbores silicis magnis, versus meridiem circa aquam Ikua ad unum arborem nyarfa nuncupatam, ibique terminatur; item quinta vero pars scilicet porcio Cosme cessit nobis iudicibus, Johanni et Nicolao filiorum Stephani filii Jekel predictorum dedimus et contulimus . . . . . eisdem filiis Cosme ac filiabus suis antedictis possidendam, tenendam pariter et habendam. Ad cuius (rei memoriam presentes) nostras dedimus literas sub sigillo . . . . . roboratas. Datum feria secunda proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° XL° octavo.

Hátlapján egy nagyobb és két kisebb pecsét nyomaival; eredetije a Hettyey cs. levelei közt.

161. *Simon csornai prépost és a convent előtt Viczai Tamás Vicza nevű birtokban négy féltelket Viczai Beled fia Belednek és fiának Jánosnak elad. 1349. febr. 2.*

Nos frater Simon divina miseracione prepositus ecclesie sancti Mykaelis arkangeli de Chorna et conventus loci eiusdem ordinis premonstratensis, memorie commendantes, significamus quibus expedit tenore presencium universis, quod secunda feria proxima scilicet in festo Purificacionis virginis gloriose, Thomas filius Johannis nobilis de Vicha ex una parte et magister Belud filius Belud de eadem parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem prelibatus Thomas filius Johannis confessus est coram nobis viva voce, quod in possessione magna Vicha in parva compita existente, que vulgaliter Wcha dicta, exheunte a parte dextera manu sunt quatuor medi lihini seu quatuor medii sessiones, de

Digitized by Google

qulbus medietas pars ipsius medie sessionis scilicet pars orientalis in fine, que sua esset hereditaria, eidem magistro Belud filio Belud, ac Johanni filio eiusdem, pro quatuor pensis denariorum et decem denariis latorum viennensium perpetuo vendidisset cum quarta dimidia iugera terrarum arabilium, videlicet cum citu *(így)* in filios filiorum possidenda, tenenda et habenda; quas quidem quatuor pensas et decem denarios ipse Thomas prenotatus ab eodem magistro Belud personaliter se retulit recepisse. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in termino prenotato, anno domini M° CCC° XL° nono.

Hátlapján kerekded pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 460. 12. dipl. oszt. 4027. Közölve Kovács N. másolatából.

162. *I. Lajos király Herchun fia Tamás fiainak Snobul Tamásnak és Opprouth Miklósnak, Majád Margarita nevű birtokban öt és fél telket adományoz, ket minden adózás alól fölmenti s a többi nemesekéhez hasonló szabadságot ad. Buda, 1349. febr. 23.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos attendentes, fidelitates et servicia Thome dicti Snobul et Nicolai dicti Opproth filiorum Thome filii Herthtun de villa nostra Mayad, quibus iidem nostre maiestati studuerunt iuxta possibilitatem eorum omni conamine complacere, et se efficere graciosos, sperantesque maiora servicia, dum voto eorum grata remuneracione respondetur, in posterum sollerciori cura exhiberi per eosdem, ipsos et eorum filios, heredes, successores et posteritates universos, cum quinque et dimidio fundis curiarum seu lanis et terris ac omnibus aliis utilitatibus quoquomodo vocitatis, ad ipsos quinque et dimidium lanos sive fundos curiarum pertinentibus, quos lanos seu fundos curiarum habere dignoscuntur in villa nostra Mayad prenotata, in perpetuum ab omni debito et collecta nostra, quoquomodo pro tempore emergenti, penitus et per omnia duximus exhimendos, et

Digitized by Google

exemimus de gracia speciali, ita ut ipsi et eorum filii, heredes et posteritates, dictos quinque et dimidium fundos curiarum seu lanos ab omni collecta et debito exemtos et liberatos possideant semper pacifice more nobilium regni nostri et quiete; de terris tamen iobagionum nostrorum in eadem Myad *(így)* degencium magis nunquam indebite possint occupare. Et nolumus, quod ipsi vel eorum posteritates, dictis iobagionibus nostris aut dicti iobagiones nostri, eisdem vel ipsorum successoribus aliquas molestias aut disturbaciones ullatenus possint irrogare vel inferre, ita tamen quod ipsi et eorum heredes nobis in persona nostre maiestatis, comiti nostro Soproniensi, cum nobilibus de comitatu Suproniensi, more eorumdem omnia ea servicia et fidelitatum homagia, que dicti nobiles de dicto comitatu Sopruniensi exhibent et exhibere debent, cum eisdem facere et exercere semper teneantur illibate. Presentes autem in forma nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum Bude, in vigilia beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo CCC° XL° nono.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 558. 16. dipl. oszt. 4028. Ugyanott 4029. jelzet alatt, a győri káptalannak »Nicolaus dictus Opprouth filius Thome filii Herchun de villa Mayad« kérésére »feria sexta post festum corporis Christi« 1355-ben kiállított átiratában is megvan.

163. *A győri káptalan előtt a vármegye alispánja és a szolgabirák, Ebörgöczi Jekkel fia István megöléséért, több muzsaji nemesektől bírói zálogképen lefoglalt ingatlant, Kanizsai Lőrincz fiainak alzálogba adnak. 1349. oct. 10.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie, tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod magister Johannes filius Egidii vicecomes Supruniensis, in personis magistri Zemere comitis Supruniensis et iudicum nobilium eiusdem comitatus cum procuratoriis literis eorumdem sigillis ipsorum a tergo sigillatis ex una, item pro nobilibus et discretis viris dominis, Stephano preposito Budensi, Johanne et Benedicto fratribus eiusdem filiis Laurencii filii Emirici de Chorna,

Digitized by Google

de genere Osl, magister Johannes filius Emirici de dicta Chorna de eadem generacione Osl frater patruelis ipsorum ex altera, coram nobis personaliter constituti, per eundem Johannem filium Egidii vicecomitem Supronіensem in personis predicti domini sui et iudicum nobilium propositum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod duas partes possessionis Musee Petri et Johannis filiorum Benedicti, Cosme filii Bartholomei ac Stephani dicti Chombolo de eadem Musee in comitatu Supronіensi existentis, ad predecessores suos vicecomites Supronienses et ad ipsos racione homicidii Stephani filii Jeklini de Eburgeuch et aliorum iudiciorum sive birsagiorum devolutas, de consensu et beneplacito vicinorum et commetaneorum dicte possessionis Musee, prefatis domino Stephano preposito Budensi, Johanni et Benedicto filiis Laurencii filii Emirici de Chorna pro quinquaginta marcis latorum denariorum viennensium, pro marca qualibet decem pensis computatis pignori obligassent et obligarunt coram nobis, eo quod propinqui vicini sunt dicte possessionis Musee et fuerunt ab antiquo, plene iam ab eisdem persolutis et receptis, ita videlicet, quod quicunque redimere voluerint ab eisdem, quibus magis pertinuerunt dicte due partes sepefate possessionis Musee, pro dicta summa pecunie redimere possint et liberare ab eisdem. Datum sabbato proximo post octavas festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° XL° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 497. 58. dipl. oszt. 4082. Ugyanott magának Zemere alispánnak alzálogba adólevéle is meg van 1349-böl N. R. A. 21. 68. dipl. oszt. 4080.

164. *A győri káptalan előlt az Osl nemzetségből való Viczai Miklós fia János fiai Tamás és János, Bala és Lobl nevű Sopron vármegyei birtokokat Höfleini János fia Belydnek elzálogosítják. 1349. nov. 5.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie, memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod Thomas filius Johannis filii Nicolai de Wycha de genere Osl, coram nobis personaliter constitutus, totales

Digitized by Google

porciones possessionarias in possessionibus Bala et Lobl in commitatu *(igy)* Supruniensi existentibus iure hereditario ipsum contingentes, magistro Belyd filio Johannis de Hoflyng proximo suo de eodem genere Osl cum omnibus utilitatibus, scilicet locis sessionalibus, terris arabilibus cultis et incultis, pratis vel fenetis, aquis, piscaturis, silvis vel nemoribus, si que forent et generaliter universis utilitatum integritatibus earumdem se confessus est pro quindecim marcis latorum denariorum viennensium per decem pensas computatis *(igy)* plene iam receptis ab eodem, a dato presensium per spacium viginti annorum integraliter et successive revolvendorum et computandorum et non ante redimendas, pignori obligasse et obligavit coram nobis, tali condicione mediante, quod elapsis ipsis viginti annis integris, quandocunque idem Thomas et heredes sui et non alii proximi sui, ipsas porciones possessionarias pro eadem summa pecunie redimendi ab eodem magistro Belyd vel suis heredibus habebit vel habebunt liberam facultatem, medio vero tempore sepedictus Thomas vel sui heredes prefatum magistrum Belyd vel suos heredes ab omnibus, si qui fierent pretextu dictarum possessionariarum porcionum impetere volentibus, propriis laboribus et expensis expedire tenebitur vel tenebuntur, dictis porcionibus possessionariis interim et infra pretactum numerum annorum remanentibus. Datum in festo beati Emerici confessoris, anno domini M° CCC° XL° nono.

Hátán kerek pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban Lozsi fasc. I. nb. 10. Közölve Nagy Gyula másolatából.

165. *A Vas vármegyei szolgabirák Hermáni Balay fiát Györgyöt, Lozs és Kalach nevű birtokokba beiktattatják. Vasvár, 1350. máj. 10.*

Nos iudices nobilium comitatus Castriferrei, memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem Johannis filii Belyd de Viccha de comitatu Suproniensi et magistri Gyure filii Balay de Herman, unum ex nobis videlicet comitem Johannem filium Markus ad infrascriptarum possessionum videlicet Lous et Kalach vocatarum in dicto

Digitized by Google

comitatu Suproniensi existencium statucionem faciendam de sede nostra iudiciaria misissemus, tandem idem comes Johannes ad nos reversus nobis retulit tali modo, quod ipse feria tercia proxíma post octavas festi beati Georgii martiris nunc proxime preteritas unacum predictis Johanne filio Belyd easdem possessiones suas Lous et Kalach vocatas cum omnibus utilitatibus earumdem et pertinenciis universis in superficie earumdem existentibus, prout ipsum iure proprio tangere agnoscerentur, iuxta modum et formam literarum obligatoriarum capituli Castriferrei ex inde confectarum, pro centum marcis denariorum promptorum viennensium latorum statuisset magistro Gyure supradicto in premissa forma obligacionis possidendas tenendas pariter et habendas, penitus nullo contradictore existente. In cuius statucionis testimonium ad peticionem parcium presentes literas nostras patentes eisdem duximus concedendas, communi iusticia svadente. Datum in Castroferreo, feria secunda post quindenas festi beati Georgii martiris, anno domini Millesimo CCC° L°.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 987. 2. dipl. oszt. 4127. A hedervári ltárban őrzik a vasvári káptalannak 1350. apr. 24-én kelt levelét, mely szerint »Johannes filius Belyd de Vichcha« Lozs és Kalach nevű Sopron vármegyei birtokait »Gyure filio Balay de Herman« száz márka széles denárért negyven évre zálogba adta; a beiktatás tehát ezen alapult, de hogy mi jogon teljesítették azt a Vas vármegyei szolgabirák, a két oklevélből ki nem tünik; lehet, hogy a Sopron vármegyei alispán és szolgabirák részéről bizonyos érdekeltség forgott fönt.

166. *Az alispán és a szolgabirák Jáki Kemén Miklóst Gyoró helység fele birtokában megerősitik. Hegykő, 1350. jun. 8.*

Nos magister Johannes vicecomes Sopruniensis et iudices nobilium de eodem, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Nicolaus filius Kemen de Jak feria secunda proxima ante festum beati Barnabe apostoli in congregacione nostra generali in villa Igkev celebrata, exhibuit nobis literas capituli Castriferrei, super dimidietate possessionis Gyoro, a parte occidentis existencia, per Stephanum filium Johannis sibi obligata confectas, quibus visis et per-

Digitized by Google

lectis vidimus contineri, quod predicta dimidietas possessionis Gyoro esset sibi iure et legitime per predictum Stephanum obligata; unde nos prehabitam dimidietatem antedicte possessionis, memorato Nicolao similiter dimisimus pacifice et quiete possidendam. Secundo die congregacionis nostre prenotate, anno domini M° CCC° quinquagesimo.

Hátlapján két pecsét nyomaival; eredetije a Kemény cs. ltárában.

167. *I. Lajos király Szováth nevű birtokot az ahoz tartozó Martontelekkel és Untató nevű hiddal Kanizsay Lőrincz fiainak Jánosnak és Istvánnak budai prépostnak, udvari káplánjának adományozza. Averse várában. 1350. sept. 8.*

Nos Lodovicus dei gracia Hungarie, Jherusalem et Sicilie rex, memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nos preclaris serviciorum meritis et virtutum multiplicibus insigniis magistri Johannis filii Laurencii aule nostre militis, primum excellentissimo principi domino Karulo olim inclito regi Hungarie genitori nostro karissimo pie memorie, ipso sceptra regiminis regni Hungarie feliciter gubernante, et tandem eodem divina vocacione, cui humane fragilitatis racio nequit obviare, de medio sublato, nobisque in tronum et coronam regalis dignitatis iure successorio transscendentibus, in cunctis nostris et dicti regni nostri expedicionibus prosperis et adversis, specialiter vero in summenda vindicta acerbe mortis illustrissimi principis domini Andree, olim incliti regis Jherusalem et Sicilie fratris nostri karissimi beate recordacionis, continue lateri nostro adherendo, diversis et inopinatis fortune casibus et persone periculis non parcendo rebus nec persone, se exponendo, per eundem nostre maiestati impensis et exhibitis, recensitis et in memoriam revocatis, attenta quoque devocione et sincera complacencia honorabilis et discreti viri domini Stephani prepositi ecclesie Budensis capellani nostri specialis, fratris eiusdem uterini, quam velud nostri honoris fervidus zelator, sepe sepius versus curiam Romanam ac partes Tuscie et Lombardie in

Digitized by Google

nostris legacionibus arduissimis procedendo, nil sibi suisque parcendo laboribus et expensis, pro nostri honoris incremento, dinoscitur nobis exhibuisse, in predicto regno nostro Sicilie continue lateri nostro adherendo ac tractatibus quibuscunque devocius insistendo, intendentes ex animo, prout nostri regiminis officium expostulat et requirit; pro huiusmodi fidelitatibus et laboriosis serviciis eorumdem ipsis pro modo qualitatis ac meritorum regio occurrere cum favore, licet in posterum meritis eorumdem exigentibus, pociora a nobis habere mereantur, tamen ad presens in aliqualem recompensacionem serviciorum eorumdem premissorum, quandam possessionem nostram Zoath vocatam, terram scilicet castrensem comitatus Sopruniensis, ad castrum nostrum Capu nominatum pertinentem, simulcum sessione Martonteleke vocata, nunc habitatoribus destituta ac ponte Vntato dicto supra fluvium Raba nuncupatum existente, tributo ac molendino similiter in predicto fluvio habito, nec non aliis utilitatibus et pertinenciis universis, sub metis et terminis, quibus per nos ac comites Soprunienses, seu castellanos dicti castri, nomine honoris nostri regii hactenus possessa extitit et . . . . . ta, titulo nostre nove donacionis, prefatis magistro Johanni militi nostro ac domino Stephano preposito ecclesie Budensis et Benedicto filiis Laurencii filii Emerici de Chorna ac ipsius heredibus heredumque suorum successoribus tamquam bene meritis, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus in his scriptis in perpetuum et irrevocabiliter possidenda, tenenda pariter et habenda, sine tamen preiudicio iuris alieni; promittentes, ut dum in regno nostro Hungarie nobis presentes reportate fuerint, easdem in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in castro nostro Averse, in festo Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° L°.

Hátlapján pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 606. Nr. 30. dipl. oszt. 4146. Közölve Kovács N. másolatából.

Digitized by Google

168. *Giletfi Miklós nádor Dorogi András fiát Jánost jószág-vesztésre ítélt azért, mert bizonyos büdöskuti birtok-részekre nézve Potli Pál fiai ellen jogait hamis okirattal kívánta bebizonyítani. Buda, 1351. ápr. 13.*

Nos Nicolaus regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum in congregacione generali vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis universitati nobilium de eodem, feria secunda proxima ante festum beati Barnabe apostoli, anno proxime transacto ex regio literatorio precepto in villa Egkw celebrata, Johannes filius Andree de Durugh, quasdam literas venerabilis in Christo fratris domini Theodori quondam episcopi Jauriensis et conventus cruciferorum de Suprunio, eisdem vicecomiti et iudicibus nobilium presentasset, et iuxta seriem earumdem super facto novem curiarum et dimidii leyhen nuncupatarum, septem ortorum vinearum, ducentorum iugerum terrarum arabilium ac omnium utilitatum earumdem, in possessione Byduskuth habitarum, contra Johannem et Nicolaum filios Pauli de Pothly agere voluisset, ut ex serie literarum eorumdem vicecomitis et iudicum nobilium informabamur, Johannes filius Adriani de Ladan, pro eisdem filiis Pauli, cum literis procuratoriis dicti conventus comparendo, respondisset tali modo, quod dicta possessio seu porcio possessionaria esset filiorum Pauli predictorum hereditaria, et hoc idem filii Pauli iuris ordine mediante comprobarent; eo itaque percepto iam dicti vicecomes et iudices nobilium commisissent iudicando, quod in quindenis dicte congregacionis, prelibati filii Pauli, dictam possessionem hereditariam eorum esse, tenerentur comprobare; ab ipso itaque termino ipsa possessionaria comprobacio seu literalium instrumentorum exhibicio, ex literatorio regio edicto, mediantibus aliis literis dictorum vicecomitis et iudicum nobilium dicti comitatus Supruniensis, ad octavas festi beati Jacobi apostoli a tunc venturas, in nostram presenciam transmissa; ab eisdemque octavis dicta instrumentalis exhibicio mediantibus literis nostris prorogatoriis sub forma fiende pacis, ad octavas festi Nativitatis

Digitized by Google

virginis gloriose tunc affuturas dilatorie devenisset; tandem iamdictis octavis festi Nativitatis virginis gloriose adherentibus, Johanne filio Adriani de Ladan pro annotatis filiis Pauli de Pothly, cum procuratoriis literis conventus cruciferorum de Bew astante, annotatus Johannes de Durugh personaliter ad nostram accedens presenciam, primo quasdam literas privilegiales domini Theodori quondam episcopi Jauriensis, anno domini M° CCC° primo in vigilia Epiphaniarum domini emanatas nobis presentarat, in quarum tenoribus inter cetera adinveneramus, quod comes Merth filius Pauli de Pothly, ad ipsius domini episcopi Jauriensis accedens presenciam, quasdam literas privilegiales capituli ecclesie Jauriensis eidem domino episcopo presentasset, in quibus idem dominus episcopus reperisset, quod Nicolaus filius Lysud de Zwzleen terram suam Byduskuth vocatam, cum ducentis iugeribus terre, septem mansionibus vulgariter lehyn dictis, septem vineis in eadem terra existentibus cum aliis suis utilitatibus et pertinenciis vendidisset predicto comiti Paulo de Pothly, pro quindecim marcis denariorum viennensium plene receptis ab eodem perpetuo possidendam, quam quidem terram ducentorum iugerum, septem lyhenos et septem vineas cum suis utilitatibus et pertinenciis, item duos lyhenos et medium, quos in eadem terra Byduskuth hereditario iure idem comes Merth dixisset se possidere, simulcum memorata emticia possessione domine Elyzabeth consorti sue filie Ebuguri filii Legunpuk de Potondrof dedisset et donasset sibi et per eam suis heredibus heredumque successoribus perpetuo possidere. Post hec idem Johannes de Durugh quasdam literas fratris Johannis et conventus cruciferorum domus hospitalis de Suprunio, sub anno domini M° CCC° XL° nono in festo Omnium Sanctorum confectas demonstrarat inter cetera continentes, quod domina Elyzabeth relicta Martini de Pothly coram dicto conventu de Suprunio personaliter comparendo, possessiones suas, quas habuisset in Biduskuth, videlicet novem et medium lyhenios cum ducentibus iugeribus terre et septem vineis ac cum omnibus utilitatibus suis dedisset filie sue Agnes vocate uxori Johannis de Durugh et filiis filiorum

Digitized by Google

eiusdem perpetuo possidere; cui quidem possessionarie collacioni prefati Nicolaus et Johannes filii Pauli de Pothly interfuissent, ipsam possessionariam collacionem per ipsam dominam Elyzabeth facere, per annotatam vero alteram dominam in perpetuum recipere admisissent; quarum quidem literarum, tam scilicet privilegialium, quam patencium tenoribus visis et partibus suo modo explicatis, annotatus procurator dictorum filiorum Pauli de Pothly obiecerat istomodo, quod dicti filii Pauli domini sui ad prefatam confessionem dicte possessionarie collacionis faciendam, in dicti conventus de Suprunio presencia non comparuissent, nec premissam possesssionariam collacionem et recepcionem admisissent, sed in eorum personis in ipsius conventus de Suprunio presencia fraudulenter et nequiciose alios constituissent; sicque iamdictas literas ipsius conventus de Suprunio nequiciose et falsa suggescione fecissent emanari; pretactus vero Johannes de Durugh in ipsius contrarium eosdem filios Pauli in sepefati conventus presencia personaliter comparuisse et premissam possessionariam collacionem et recepcionem sponte admisisse allegarat; in hisque altercatoriis eorum assercionibus partes prescripte ad assercionem et testificacionem sepefati conventus de Suprunio se sponte submiserant. Ipsarum si quidem parcium contrariosis assercionibus premissarumque literarum tenoribus perceptis, unacum regni nobilibus nobiscum tunc in iudicio assendentibus, partibus sponte petentibus et benigne assummentibus decreveramus iudicando, quod Laurencius de Dagh pro parte ipsius Johannis filii Andree de Drugh, item Petrus filius Fridul pro parte filiorum Pauli de Pothly predictorum homines nostri, sub testimoniis capituli ecclesie Castriferrei, que per ipsum capitulum literis nostris mediantibus ad id amicabiliter transmitti postularamus, in quindenis festi beati Michaelis archangeli, tunc proxime venturis in presencia dicti conventus de Suprunio accederent, premissasque literas eorum premisso modo coram nobis falsificatas in trapellum includendo sub impressione capitis sigilli nostri dicto Johanni de Durugh illic ad deferendum datas, demonstrarent; dictique filii Pauli de Pothly, annotato Johanne de Drugh vel legitimo suo

Digitized by Google

procuratore presente in eiusdem conventus presencia propriis eorum in personis comparerent, idemque conventus inspectis tenoribus dictarum literarum eorum, ac visis filiis Pauli predictis de personis eorumdem certitudinaliter perscrutantes, coram eisdem nostris et dicti capituli ecclesie Castriferrei hominibus de eo, utrum ipsi filii Pauli coram ipsis comparendo dictam possessionariam collacionem admiserint, vel in eorumdem personis nequiciose ad ipsius possessionarie collacionis admissionem alios statuerint, ad conscienciam eorum et iusticie regnicolis conservanciam, ut tenerentur, mature deliberando deberent discernere atque respondere, favore quorumlibet proculmoto, et sine scrupulo cuiuslibet falsitatis equitate svadente; ipsas autem literas eorum per prefatum Johannem de Durugh sub impressione capitis sigilli nostri in trapellum includendo illic transmissas similiter in trapellum includendo, sub impressione capitis sigilli eorum, ad octavas festi Omnium Sanctorum a tunc venturas nobis in specie remittere teneretur conventus annotatus; et abhinc premisse deliberate responsionis, eorum seriem iuxta conscienciosam deliberacionem dicti conventus, prout fieret opportunum, ad dictas octavas festi Omnium Sanctorum per ipsum capitulum nobis amicabiliter rescribi postularamus. Ipsis itaque octavis festi Omnium Sanctorum occurrentibus, prelibatus Johannes de Durugh personaliter, pro prefatis vero filiis Pauli de Pothly, cum prescriptis procuratoriis literis, procurator eorum annotatus, ad nostram accedentes presenciam, literas dicti capituli ecclesie Castriferrei super premissis rescripcionales utrumque nobis presentarunt, in quarum tenoribus inter cetera reperieramus, quod predicti homines nostri unacum Paulo et altero Paulo clericis chori ecclesie eorum, ad prescripta peragenda pro testimonio transmissis, ad ipsum capitulum Castriferrei reversi concorditer eidem capitulo retulissent, quod ipsi in quindenis festi sancti Michaelis archangeli proxime tunc preteritis, in presencia annotati conventus de Supronio accessissent, et premissas literas eorum in trapellum includendo, sub impressione capitis sigilli nostri, per annotatum Johannem filium Adriani procuratorem ipsorum filiorum Pauli

Digitized by Google

de Pothly modo premisso falsificatas ipsi Johanni de Drugh dicto conventui ad deferendum datas, eidem conventui demonstrassent, et ipsum conventum scilicet Paulum tunc cruciferum, ut dicitur, quem in ipsa domo hospitali reperissent, in eo, utrum predicte litere falsificate ex dacione ipsius existerent, et sigillum suum super eisdem impressum per ipsum haberetur, vel si ipsi filii Pauli de Pothly in eorum presencia propriis eorum in personis comparendo, dictam possessionariam collacionem in literis eorum predictis contentam admiserint, vel in ipsorum personis nequiciose ad ipsius possessionarie collacionis admissionem alios statuerint, mature super hoc deliberando responderet, iuris ordine mediante, ad conscienciam ipsius requisivissent, qui quidem conventus inspectis tenoribus, dictarum literarum de ipso trapullo *(igy)* exsolvendo et excipiendo, ad ipsorum nostrorum et ipsius capituli Castriferrei hominum interrogacionem taliter respondisset: quod super ipsis literis in ipso trapello sub impressione capitis sigilli nostri inventis, sigillum eorum esset impressum et haberetur, sed eedem litere per ipsum date et emanate non extitissent, nec sigillate, nec predicti filii Pauli in ipsorum presencia propriis eorum in personis comparendo, dictam possessionariam collacionem admisissent; idem eciam conventus primitus antequam super premissis respondisset, eisdem nostris hominibus et prelibati capituli dixisset, ut prescripte litere per quendam familiarem ipsorum literatum, domine Agnes consorti dicti Johannis filii Andree de Durugh et filiis suis date fuissent et assignate; et abhinc ipsius cause discussio diversis prorogacionum cautelis intervenientibus, ad presentes octavas diei medii Quadragesime prorogative devenisset. Tandem ipsis octavis diei medii Quadragesime occurrentibus, Ladislaus de Wasad pro annotato Johanne de Durgh *(igy)* cum literis nostris procuratoriis, pro prelibatis vero filiis Pauli de Pothly Johannes filius Adriani, similiter cum literis procuratoriis prescripti conventus de Suprunio ad nostram accedendo presenciam, reexhibitis premissis literis causales processus parcium continentibus, iudicium et iusticiam iuxta earumdem continenciam sibi dari utrinque postularunt moderata iuris equitate.

Digitized by Google

Verum quia prenotatus Johannes de Durugh vigore dictarum literarum de prefato conventu Supruniensi loquencium, prelibatam dominam Elyzabeth relictam Martini de Pothly prememoratos novem laneos et dimidium ac ducenta iugera terrarum necnon septem vineas domine Agneti filie sue uxori videlicet ipsius Johannis de Drugh heredum suorum per heredes, ex permissione pretactorum Nicolai et Johannis filiorum Pauli de Pothly perpetuo contulisse comprobare, ex eoque premissas terras, novem lihenios et dimidium ac vineas sibi eternaliter perpetuando applicare intendebat, procurator autem ipsorum filiorum Pauli de Pothly eosdem filios Pauli alienacioni ipsius possessionis personaliter non comparuisse, nec eandem possessionariam collacionem admisisse, sed alios in personis ipsorum in eiusdem conventus presenciam statuisse; sicque eandem literas fraudulenter et nequiciose emanari fecisse allegarat, falsificatoque iamdicto modo earumdem literarum tenore, super deliberacione veritatis vel falsitatis earumdem literarum ad ipsum conventum transmissi fuerant, ut iuri consonarat; et demum in literis prenotati capituli Castriferrei ipsum conventum sepedictas literas in predicto examine nostri iudicii, ut premittitur falsificatas, falsas esse, nec per ipsum sed per quendam familiarem ipsorum literatum, datas fuisse, nec eciam eosdem filios Pauli ad ipsius possessionarie collacionis admissionem personaliter comparuisse reportarant; nunc vero procurator dicti Johannis de Drugh nullam pretendere ad verificacionem earumdem literarum valebat racionem, pro eo unacum baronibus regnique nobilibus in adiudicacione ipsius cause nobiscum adherentibus, eundem Johannem de Drug pro latore falsarum literarum ex eoque in pena falsarum literarum latoribus apta et amissione omnium suarum possessionum ac bonorum ubilibet ipsum proprie contingencium, in duabus partibus nostris et in tercia adversariorum suorum manibus devolvendarum auctoritate presencium decrevimus fore condemnandum, prelibatos vero novem lyhinios et dimidium ac ducenta iugera terrarum necnon septem vineas in Byduskuth habita, super quibus predicta litigionaria questio inter ipsos, prout superius in presentibus expressius declaratur, vertebatur, eisdem filiis

Digitized by Google

Pauli de Pothly heredum per heredes adiudicamus perpetuo possidendas, salvis iuribus alienis, ipsi Johanni de Drugh super premissis perpetuitatis silencium imponentes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem filiis Pauli de Pothly literas nostras privilegiales sigilli nostri autentici et pendentis concessimus munimine roboratas. Datum Bude, quindecimo die termini prenotati; anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo primo.

Vörös selyem zsinóron függő meglehetősen ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 24. dipl. oszt. 4161.

169. *I. Lajos király új adománylevele, Szováth, Martonteleke és Untató nevű birtokokról Kanizsay Lőrincz fiai János, István és Benedek részére. 1351. ápr. 29.*

Lodovicus dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Generosi sanguinis regum alta nobilitas tunc gloria et honore in terris precipue coronatur, cum misericordiam pietati socians, merita singulorum benignis oculis intuetur, et dum pro moribus castis et laboribus multis, grata vicissitudine suis fidelibus correspondet, tunc enim subditi in virtute letantur boni presidentis, cum ipsos extollit honoribus, ditat possessionibus et dotat regalis munificencie donativis. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos consideratis fidelitatibus et serviciorum preclaris meritis, ac virtutum multiplicibus insigniis magistri Johannis aule nostre militis, domini Stephani ecclesie nostre Budensis prepositi, dilecti capellani nostri et specialis, ac Benedicti filiorum Laurencii filii Emerici de genere Osl, primum excellentissimo principi domino Karolo olim inclito regi Hungarie genitori nostro karissimo laudande recordacionis, ipso sceptra regiminis regni Hungarie, feliciter gubernante, et tandem divino iudicio, cui humane fragilitatis racio nequit obviare, ipso de medio sublato, nobisque in tronum regie maiestatis iure geniture debitum transcendentibus in cunctis nostris et

Digitized by Google

dicti regni nostri expedicionibus prosperis et adversis, specialiter vero in summenda vindicta acerbe mortis illustrissimi principis domini Andree olim incliti regis Jerusalem et Sicilie fratris nostri karissimi beate memorie continue lateri nostro adherendo, diversis et inopinatis casibus et persone periculis, non parcendo rebus nec persone se exponendo, pro exaltacione nostri regiminis per eosdem nostre maiestati impensis et exhibitis, recensitis et in memoriam revocatis, attendentes quoque devocionem et sinceram complacenciam predicti domini Stephani prepositi, qui in cunctis nostris arduis et summis legacionibus, velud *(igy)* nostri honoris prosecutor, sepesepius versus partes maritimas et curiam Romanam ac partes Tuscie et Lombardie procedendo, laudabiles et solemnes, ac multifarios exhibuit famulatus pro nostri regalis honoris incremento, quandam possessionem nostram Zoath vocatam in comitatu Supruniensi in tenutis de Rabakuz existentem, simul cum sessione Mortuntelekee vocata, nunc habitatoribus destituta, ac ponte Untathou dicto, super fluvium Raba nuncupato adiacenti, tributoque in eodem ab antiquo exigi consveto ac molendino, similiter in ipso fluvio habito, necnon aliis utilitatibus et pertinenciis universis, sub eisdem metis et terminis, quibus per nos ac nostros officiales nomine honoris nostri regii hactenus possesse extiterunt et conservate, in aliqualem recompensacionem fidelium serviciorum eorumdem magistri Johannis aule nostre militis, domini Stephani prepositi et Benedicti filiorum Laurencii filii Emirici, ac morte predicti Laurencii patris ipsorum, qui tempore excellentis principis prelibati domini Karoli regis genitoris nostri karissimi, in sua expedicione in partibus transalpinis pro regia sacra corona viriliter dimicando extitit interemtus, nove nostre donacionis titulo, eisdem magistro Johanni, domino Stephano preposito et Benedicto filiis Laurencii, et per ipsos heredibus eorumdem magistri Johannis et Benedicti fratris sui, heredumque successoribus, tamquam bene meritis, de consensu et voluntate excellentissime principisse domine Elyzabeth regine Hungarie genitricis ac domini Stephani ducis fratris nostrorum karissimorum, habitaque matura deliberacione prelatorum et baronum

Digitized by Google

regni nostri, ac de consilio et ex certa sciencia eorumdem iure perpetuo ac irrevocabiliter dedimus, donavimus et contulimus possidendas, tenendas pariter et habendas, sine preiudicio tamen iuris alieni; ut autem dicta nostra nova donacio possessionaria robur obtineat perpetue firmitatis nec tractu alicuius temporis per quempiam possit aut valeat in irritum revocari, presentes concessimus literas nostras privilegiales duplicis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus honorabilis et discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo, tercio kalendas Maii regni autem nostri, anno decimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis, Dominico Spalatensi archiepiscopo, Nicolao archielecto confirmato Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Dionisio archielecto Colocensi, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Andrea Transsilvano, Nicolao Quinqueecclesiensi, Colomanno Jauriensi, Michaele Wachiensi, fratre Peregrino Bosnensi et Nicolao Zagrabiensi ecclesiarum episcopis, Johanne Wesprimiensi, fratre Thoma Sirimiensi, fratre Stephano Nitriensi et Thoma Chanadiensi electis confirmatis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Nicolao palatino et iudice comanorum, comite Thoma iudice curie nostre, Oliverio magistro tavarnicorum nostrorum, Stephano tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie, Nicolao de Zeurinio banis, Paulo magistro tavarnicorum reginalium, Nicolao Konth pincernarum nostrorum comite Posoniensi, Leustachio dapiferorum nostrorum et comite Simigiensi, Dionisio agasonum nostrorum, Tuteus ianitorum nostrorum magistris, et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Alól »ad perpetuam memoriam« stb. I. Lajos király ismeretes ujabb hitelesítése »pridie nonas Februarii« 1364; két függő pecsét romjaival; eredetije az ors7. ltárban N. R. A. 714. 4. dipl, oszt. 4186.

Digitized by Google

170. *Wolfarti Ulrik Moson, Vas es Sopron vármegyék főispánja, a Sopron városi polgároknak szabadságot ad, hogy a szökevényeket, fosztogatókat és egyéb kárttevőket az említett vármegyék területein is üldözhessék és megbüntethessék. Sopron, 1351. máj. 4.*

Nos Ulricus de Wolfart comes Musiensis, Castriferrei et Supruniensis necnon castellanus in Owar, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos sana deliberacione prehabita, propter bonum pacis iudici, iuratis ac universitati civium in Suprunio liberam assignavimus potestatem, omnes profugos, spoliatores seu quoscunque nocivos homines in subsecucionibus occidendi et captivandi; insuper in quibuscunque municionibus, villis, possessionibus profugi, spoliatores seu nocivi experirentur per eosdem, illic eosdem per nostros iudices percipiendi liberam habebunt facultatem, et medio tempore illam municionem, villam vel possessionem possunt premunire et exinde nostrum iudicem nobilium ad se convocare, eiusdemque in presencia contra eosdem in iusticiam procedendo, et quicunque nostrorum iudicum auso temerario se opponere percogitaret, ita quod immediate per expostulacionem ipsis suum subsidium non impetiret, ita quod prefati nocivi medio tempore permunirentur, extunc prefati cives contra eosdem secundum iura civitatum plenariam habebunt potestatem in iusticia procedendi. In cuius rei testimonio presentes duximus nostri sigilli munimine roborari. Datum in Supronio, anno domini M° CCC° L° primo, feria quarta post Invencionem sancte crucis.

[f] Hártyáról függő ép pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában VIII. H. 1. 9.

171. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Dorogi András fiának Jánosnak Vulkapordányban, Darásfalván és Szentgyörgyön lévő birtokát, kétharmad részben a nádor mint ítélő biró, egy harmad részben pedig Potli (Petőfalvi) Pál fiai részére lefoglalta. 1351. máj. 9.*

Excellentissimo principi Lodovico regi Hungarie domino eorum capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in filio vir-

Digitized by Google

ginis gloriose debitas et devotas. Vestre celsitudini presencium serie declaramus, quod cum receptis literis magnifici viri domini Nicolai regni Hungarie palatini modum et formam iudiciarie deliberacionis eiusdem continentis, cum Petro dicto Selmus homine ipsius palatini hominem nostrum magistrum Jacobum socium et concanonicum nostrum ad infrascripta negocia exsequenda propter peticionem eiusdem domini palatini pro testimonio destinassemus, iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod ipsi sabbato proximo post festum Invencionis sancte crucis nunc preteritum accedendo, primo ad faciem possessionis Pordan dicte in comitatu Supruniensi habite, in qua septem lihynos et duas curias hostat nuncupatas ac quartam partem unius molendini duarum rotarum super fluvio Chelek dicto currentis, et quartam partem unius particule feneti, et unum pratum, de quo prato duas pensas et duos denarios annuatim solverent, et quandam particulam terre arabilis, de qua triginta denarios et unum ut supra *(igy)* solverent; deinde ad possessionem Durug in predicto comitatu Supruniensi existentem venissent, ubi quatuordecim lihynos minus medio et unam curiam, in qua una turris lapidea, et unum palacium similiter lapideam et alia bona edificia lignea domorum et duas curias hostat nuncupatas; idem dimidietates duorum molendinorum, sex rotarum ac medietatem unius loci molendini desolati et quinquaginta iugera segetum ac unum vas vini, et unam vineam in territorio ville Zenthgurg existentem et alias quasdam utilitates in silvis et fenilibus ac terris arabilibus, ad porcionem Johannis filii Andree de predicta Durugh provenientes, venissent, et plus de possessionibus et rebus eiusdem Johannis in predicto comitatu existere, scire et invenire nequivissent, quos in duabus partibus vestris iudiciariis, in tercia vero parte Johannis et Nicolai filiorum Pauli de Potly manibus adversariorum ipsius Johannis, presentibus vicinis et commetaneis earumdem legitima convocacione prehabita, recaptivassent; sed quia homines prescripti comitatus utilitates possessionum eorumdem, sub alio ritu seu consvetudine uterentur, ideo idem homo domini palatini prescriptas possessionarias porciones antedicti Johannis filii

Digitized by Google

Andree absque scitu domini sui palatini estimare non presumsisset, tamen secundum quod vicini et commetanei eiusdem Johannis filii Andree universi, aliique plures nobiles prescripti comitatus homines ad hoc congregati et convocati deliberacione inter ipsos prehabita, ordinassent, de prescriptis possessionariis porcionibus sepefati Johannis filii Andree iam in duabus partibus domino palatino et in tercia parte filiis Pauli de Potly occupatis, salvo iure seu iuribus filiorum et filie eiusdem Johannis filii Andree de eiusdem porcionibus patris eorumdem provenientibus quatuor lihynos, quartam partem unius molendini duarum rotarum, et quartam partem ipsius feneti, et prescriptos triginta denarios et unum, ac terciam partem ipsius tunelle vini in predicta possessione Pordan ipsi Johanni sine iuribus filiorum eiusdem provenientes, in manibus filiorum prescripti Pauli de Potly utpote adversariorum ipsius Johannis pro tercia parte, idem homo domini palatini presente nostro testimonio prescripto reliquas vero porciones ipsi domino palatino quemadmodum iudici pro duabus partibus statuisset et assignasset; commisissent eciam, ut quibuscunque predicte possessionarie porciones prelibati Johannis redimi competere dinoscerentur, idem in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis redimere procurarent; iidem autem filii Pauli de Potly adversarii sepedicti Johannis filii Andree, ipsos hominem domini palatini et nostrum testimonium ad faciem possessionis Buduskuth dicte ad faciendam statucionem novem et medium lihynorum, et ducentorum iugerum terre septem vinearum et aliarum utilitatum in predicta possessione Buduskuth existentem *(igy)* ducere noluissent. Datum tercio die occupacionis prenotate, anno domini M° CCC° L° primo.

Giletfi Miklós nádornak 1351. dec. 12-án kelt itéletéből, melynek eredetijét az orsz. ltárban őrzik, N. R. A. 593. 28. dipl. oszt. 4194.

172. *A vasvári káptalan előtt Frankói Gős fia János és Frank fia Miklós fia Miklós, Frankó, Gyíróth, Sár és Ombus nevű birtokokon megosztoznak. 1351. aug. 29.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei notum facimus tenore presencium quibus expedit universis, quod magistro

Digitized by Google

Johanne filio Geus de Franklou ab una et Nicolao filio Nicolai filio Frank de eadem parte ex altera, coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem concorditer pariter et assertum organo vive vocis eo modo, quod ipsi possessiones seu loca curiarum in predicta possessione ipsorum Franklou existencia, cum omnibus utilitatibus earumdem, in duas inter se divisissent porciones et partes quoequales, terras vero arabiles, quas Simon, Johannes et Nicolaus filii predicti Frank, ipsorum antecessores proprio aratro et usu eorumdem conservassent, sic divisissent, quod due partes earumdem, quas videlicet prescripti Simon et Johannes possedissent, Johanni filio Geus, tercia vero pars, quam Nicolaus pater predicti Niklini tenuisset, ipsi Niclino devolute extitissent; item prata sive fenilia et pomeria divisissent eodem modo, residua autem fenilia similiter in duas partes divisissent, molendina autem ipsorum communiter possiderent; declararunt eciam partes, quod si prescriptus Nykil expensas seu pecuniam, quam preallegatus Johannes filius Geus in reaquisicionem possessionum Franklou et Gyrolth vocatarum ac aliarum possessionariarum porcionum eiusdem Niclini expendisset, aut quomodocunque pro eisdem persolvisset, super quibus idem Johannes filius Geus haberet instrumenta literalia, iuxta ordinacionem proborum virorum eidem magistro Johanni filio Geus redderet et restitueret, extunc possessiones ipsorum Saar, Gyrolth et Ombus vocatas similiter in duas partes idem magister Johannes cum predicto Niclino dividere teneretur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes literas nostras privilegiales emanari fecimus, sigillo nostro pendenti consignari medioque alphabeto intercissas. Datum in festo Decollacionis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo; magistris Andrea preposito, Dominico cantore, Johanne custode et Nicolao decano ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak 1390-ben »feria quarta ante festum Penthecostes, Antonii filii Michaelis et Benedicti filii Johannis de Franklou« kérésére kiállított átiratából, melynek eredetijét az orsz. ltárban őrzik, N. R. A. 5863. dipl. oszt. 7546.

Digitized by Google

173. *A pannonhalmi convent I. Lajos királynak jelenti, hogy Tamás országbiró itélete következtében Osl unokája János és János fia Lőkös széplaki birtokába, János fiát Beledet beiktatta. 1351. jun. 3.*

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie domino eorum metuendo, conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie oraciones in filio virginis gloriose. Noverit vestra excellencia literas magnifici viri domini Thome iudicis curie vestre et comitis de Turuch, nos omni cum reverencia recepisse in hec verba: Amicis suis conventui sancti Martini de sacro monte Pannonie, Thomas iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie et comes de Turuch, amiciciam paratam debito cum honore. Noveritis, quod cum magister Belyd filius Johannis, accepto homine regio et testimonio vestro in octavis festi beati Stephani regis, anno domini M° CCC° XL° octavo preterito, ad faciem cuiusdam possessionarie porcionis in possessione Zeplok vocata habite, ipsum magistrum Belyd de iure contingentis vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis accessisset, et eandem nomine iuris ipsorum per eosdem regium et vestrum homines sibi statui facere voluisset, quidam iobagiones Johannis filii Johannis filii Osl et Leukus filii Johannis in personis eorumdem a recaptivacione et statucione ac metarum erreccione sepedicte possessionarie porcionis contradixissent, quos quidem eodem die et loco contra ipsum magistrum Belyd ad octavas festi Nativitatis beate virginis tunc venturas, racionem contradiccionis eorum reddituros citavissent in presenciam regie maiestatis, et cum ipsa causa quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus, ad presentes octavas festi beati Georgii martiris prorogative devenisset, tandem ipsis octavis festi beati Georgii martiris occurrentibus, prenotati Johannes filius Johannis et Leukus filius Johannis ad nostram presenciam venire vel mittere non curarunt, et sic se in iudiciis opprimi permiserunt, per Stephanum filium Bacha legitimum procuratorem dicti magistri Belyd decem et octo diebus continuis legitime expectati; unde cum idem

Digitized by Google

magister Belyd filius Johannis in dominium dicte possessionarie porcionis in possessione Zeplok vocata existentis legitime velit introire, ideo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas filius Iwanka vel Benedictus de Vag aut Adrianus de Zenk aliis absentibus homo regius, ad faciem dicte possessionarie porcionis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis accedendo, et eandem ipsi magistro Belyd eo iure quo ad ipsum dinoscitur pertinere novis metis iuxta veteres si necesse fuerit erigendo, et ab aliorum possessionibus distingendo et separando, statuat perpetuo possidendam, si per (quempiam) non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra prenominatum magistrum Belyd filium Johannis racionem contradiccionis eorum reddituros, in presenciam regie maiesta(tis ad ter)minum competentem; et post hec seriem premisse possessionarie statucionis cum cursibus metarum vel nominibus contradictorum et citatorum ac termino assignato domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude, decimo et nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° L° primo. Nos igitur peticionibus ipsius domini Thome adherentes, unacum Benedicto de Vaghy homine vestro predicto, virum discretum magistrum chori ecclesie nostre notarium pro testimonio fidedignum, ad premissa negocia facienda duximus destinandum; qui deinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum Penthecostes, ad faciem dicte possessionis Zeplak accessissent, ubi idem homo vester presente testimonio nostro predicto, convocatis vicinis suis et commetaneis universis et presentibus, videlicet magistro Simone filio Johannis fratre ipsius Belyd, Gregorio et Nicolao filiis Ladislai de Endred, Petro filio Andree de Agyagas, Jacobo de Keer, Petheu de Icua, Adriano de Zenk, Luca de Keer; item Luca villico Johannis filii Johannis, Jacobo rufo officiali Johannis filii Laurencii et aliis universis villicis et iobagionibus nobilium de genere Osl, porciones possessionarias in eadem Zeplok habencium, prefatam possessionariam porcionem dicti Belyd in ipsa possessione

Digitized by Google

Zeplok habitam, videlicet sex loca sessionalia integra, in quibus consvetudine ipsius possessionis adherente, duodecim hospites possunt commanere, cum suis pertinenciis videlicet terris arabilibus, pratis, silvis, aquis, piscaturis et aliis universis utilitatibus ad eandem spectantibus, que Johannes filius Johannis, Leukus filius Johannis et Petrus filius Osl de Azun possedissent et tenuissent usquemodo, prefato magistro Belyd statuisset perpetuo possidere eo iure, quo ad eundem pertinere dinosceretur, nullo de suis vicinis et commetaneis contradicente; non statuisset tamen illa duo loca sessionalia, que sunt apud magnificum virum Dominicum banum de Macho occupata, pro eo, quod idem magister Belyd super ipsa duo loca sessionalia litem agitaret contra Dominicum banum prenotatum; metas autem erigere in dicta possessione necesse ipsis non fuisset, quia usus et consvetudo gremialis divisionis in sepefata possessione fuisset ab antiquo. Datum feria sexta proxima ante festum Penthecostes predictum, anno domini M° CCC° L° primo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában.

174. *Lóránd mester az országbiró birságszedője, Miklós fiát Pétert és István fiát Jakabot pásztori nemeseket, a rábaközi két szolgabiró részére kirótt birság alól fölmenti. 1351. aug. 16.*

Nos magister Lorandus exactor iudiciorum comitis Thome iudicis curie regie domini regis, damus pro memoria, quod iudicia et iudiciorum gravamina omnino, in quibus Petrus filius Nicolai et Jacobus filius Stephani nobiles de Pastur, contra Andream et contra Ompud iudices nobilium de Rabakuz in presencia predicti domini nostri convicti extiterant, et ipsi predicti nobiles videlicet Petrus et Jacobus exhibuerunt nobis literas domini nostri expeditoriales; unde nos eosdem eodem modo de dicta iudicia et iudiciorum gravamina *(igy)* ex parte nostra et ex parte adversa omnino reddidimus penitus expeditos et pariter absolutos coram nobis, presencium testimonio literarum nostrarum mediante. Datum secundo die

Digitized by Google

festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

175. *A székesfehérvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Kanizsay Lőrincz fiait, Szováth, Martonfölde és Untató nevű birtokokba a felsorolt határok között beiktatta. 1351. aug. 21.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie, Albensis ecclesie capitulum oraciones in domino cum perpetua fidelitate. Literas serenitatis vestre maiori sigillo vestro consignatas omni quo decuit reverencia recepimus in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie, fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis honorabilis viri domini Stephani prepositi ecclesie nostre veteris Budensis fidelis nostri, Johannis militis aule nostre et Benedicti filiorum Laurencii filii Emerici de Chorna, quod quedam possessiones ipsorum Zwat, Mortunfelde et Unthathow vocate ac particule terre ad easdem pertinentes in comitatu Swpruniensi existentes, apud manus eorum habite, metarum ereccione et reambulacione plurimum indigerent; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus per presentes, quatenus unum ex vobis transmittatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius filius Ladislai de Endrèd vel Benedictus filius Alberti de Wagh aut Johannes filius Laurencii de Kysfalud aliis absentibus homo noster, ad facies dictarum possessionum ipsorum filiorum Laurencii accedendo, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus, reambulet easdem per veteres suas metas et antiquas novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionibus distinctas statuat et relinquat easdem cum pertinenciis suis prefatis domino Stephano preposito, Johanni et Benedicto filiis Laurencii eo iure, quo ipsos pertinere dinoscuntur perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet eosdem contra predictos filios Laurencii ad nostre maiestatis presenciam ad terminum

Digitized by Google

competentem; et post hec ipsius reambulacionis seriem, cum cursibus metarum et nominibus contradictorum ac citatorum nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Tiburcii martyris, anno domini M° CCC° quinquagesimo primo. Unde nos mandato serenitatis vestre semper in omnibus obtemperare cupientes ut tenemur, cum predicto Gregorio filio Ladislai de Endred homine serenitatis vestre, magistrum Petrum de Zakan concanonicum et fratrem nostrum in Christo karissimum ad exequendum premissa pro testimonio duximus transmittendum; qui demum ad nos reversi nobis communiter et concorditer retulerunt, quod ipsi in crastino festi Assumcionis virginis gloriose primo convocatis commetaneis et vicinis dictarum possessionum ad faciem earumdem accessissent et presentibus commetaneis et vicinis ac vicecomite de Rabakuz et uno iudice nobilium comitatus Suprunyensis, dictas possessiones cum earumdem omnibus utilitatibus infrascripto ordine metali ab omnibus vicinariis possessionibus distinxissent et separassent, reambulando easdem per suas veras metas et antiquas statuendo easdem predicto Stephano preposito et fratribus suis superius memoratis, filiis Laurencii de Chorna iure perenni nullo contradictore apparente. Prima autem meta dicte possessionis Zoath incipit iuxta quamdam magnam viam, que ad occidentem possessionem Pardan ad orientem vero dicte possessioni Zoath distingeret, ubi novam metam erexissent; abhinc per unam vallem pratosam ad partem meridionalem tendendo, in quodam monticulo circa quandam viam similiter novam metam erexissent; deinde ad eandem plagam transeundo iuxta antiquam metam aliam metam erexissent; ulteriusque procedendo in quodam loco Nuulreth dicto unam novam metam erexissent; post hec ulterius procedendo venissent ad quandam magnam viam, iuxta quam novam metam erexissent; demum in eadem via directe ad meridiem procedendo venissent ad duas metas antiquas, ubi duas novas metas erexissent, quarum una ad occidentem possessioni Pardan, ad partem orientis Untato, et ad aquilonem Zouath possessionibus distingeret; deinde ad partem occidentis eundo venissent ad unam antiquam metam, ubi novam metam erexissent, ulteriusque de-

Digitized by Google

hinc eundo ad unam metam angularem devenissent, ubi aliam novam erexissent, que ad orientem possessioni Unthatho, ad occidentem vero possessioni Pardan distingeret; abhinc ad meridiem eundo similiter unam metam terream erexissent; demum ad unam metam terream cursualem de novo erectam pervenissent, ulterius ad partem meridionalem venissent ad locum Vizuelgh dictum, ibique novam metam terream erexissent; deinde transeundo dictum locum Vizuelgh devenissent ad unam magnam viam, que ducer ead villam Chanak, ubi ad orientem dicte possessionis Unthatho distingeret per novas metas de novo erectas; inde ulterius procedendo ad unam metam angularem de novo erectam devenissent; demum ad orientem transeundo quamplures cursuales metas novas erexissent; indeque ad orientem eundo pervenissent ad unam antiquam metam, ibi unam novam metam erexissent, que ad meridiem terram castri Kapu et ad orientem possessionem Vnthathw metatim distingeret; abhinc procedendo per septem metas cursuales de novo erectas perveniendo caderet in fluvium Mezeuraba, ubi ad meridiem terram castri Been vocatam, ad partem vero aquillonem possessionem Vnthatho separaret; inde per descensum et cursum ipsius fluvii Raba veniret et circumdaret pontem et possessionem Vnthatho nuncupatam; item unam metam inter possessionem Baguk episcopi Jauriensis et possessionem Zoath antedictam, inciperet circa tres metas antiquas, iuxta quas a parte ville Zoath unam novam erexissent; demum ad partem orientis procedendo inter predictas duas villas Baguk et Zoath nuncupatas, iuxta viam earumdem villarum, quendam parvum monticulum pro meta assignassent, ulterius vero metas inter dictas villas ad partem orientis tendendo ad quendam stagnum circumire demonstrando, et abhinc infra orientem tendendo ad locum Assuan dictum, et per cursum eiusdem Assuan villam Cherhun ad orientem usque fluvium Raba separaret, ad partem vero occidentis possessionem Zoath distingeret; et sic mete dictarum possessionum Zoath et Vnthathw terminarentur. Item prima meta possessionis Mortonfelde nominate inciperet iuxta duas antiquas metas, quarum una ad partem orientis dicte pos

Digitized by Google

sessionis Mortonfelde et ad occidentem possessioni Vkche distingeret, ubi novam metam terream erexissent, abhinc ad partem meridionalem procedendo in quodam loco in latere cuiusdam prati unam novam metam erexissent; deinde versus eandem plagam eundo iterum unam metam erexissent; deinde eundo ulterius perveniret ad unam viam erbosam, iuxta quam unam novam metam terream erexissent, que ad partem occidentis possessioni Paztor et ad orientem possessioni Mortonfelde distingeret; abhinc procedendo devenissent ad unam antiquam metam, iuxta quam unam novam metam erexissent; abhinc tendit versus meridiem per continuas metas et de novo erectas, et perveniret ad quandam magnam viam, que vadit ad villam Paztor antedictam, ibique metam erexissent angularem; abhinc dictam viam saliendo versus meridiem in latere cuiusdam vallis novam metam terream erexissent; deinde per unum berch ad partem orientis tendendo usque viam megehuth dictam, continuando metas terreas erexissent, que ad partem aquillonis dictam possessionem seu terram Mortunfeulde, ad meridiem possessionem Pardan separaret; ulterius procedendo devenissent ad predictas tres metas terreas antiquas, que predictas possessiones Baguk et Zoath modo premisso distingeret, a quibus tendendo ad partem aquillonis pervenisset ad quatuor antiquas metas, quarum una ad aquilonem possessionem Deer, alie vero ad partem orientis possessionem Baguk et terram abbatis de Beel, ad partem autem occidentis Mortunfelde occasus *(igy)* distingerent atque separarent; abhinc inclinando vadit ad occidentem, et ibi iuxta quoddam pratum unam metam terream erexissent; abhinc saliendo dictum pratum ad occidentem unam novam metam terream erexissent; inde per unum berch seu haat dictum currendo, unam novam metam terream erexissent; ulterius eundo erexissent unam metam angularem, abhinc procedendo ad occidentem inter terram tavarnicorum et dictam terram Mortonfelde in quodam berch seu hat nuncupato, unam novam metam erexissent; deinde pergendo venissent ad tres metas antiquas, ibique unam erexissent alteram; abhinc versus aquilonem tendendo unam metam terream an-

Digitized by Google

gularem erexissent, per que suos occasus possessionem Chorna et terram tavarnicorum distingeret; demum ulterius procedendo devenissent ad predictas priores antiquas duas metas, inter terram Mortunfelde et Vkche adiacentes, ibique terminantur modo quo supra. Datum in crastino festi beati regis Stephani, anno domini supradicto.

Eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1017. 15. dipl. oszt. 4212; megvan ugyanott egy másik eredeti példányban is, N. R. A. 951. 2. dipl. oszt. 4213. Utóbb I. Lajos király Budán 1351. oct. 6-án erősítette meg egy külön átiratban, melynek eredetije megvan ugyanott N. R. A. 431. 51. dipl. oszt. 4214. Közölve Guóth Sándor másolatából.

176. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Osl János fia János és Asszoni János fia Lőkös, a Kanizsayak Tamási nevű birtokáról két jobbágyot marháikkal, Németi nevű birtokukra erőszakkal elhurczoltak. 1351. oct. 1.*

Excellentissimo principi Lodovico dei gracia regi Hungarie domino eorum, capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in domino debitas ac devotas. Noverit vestra sublimitas literas vestras sub annulari vestro sigillo in anno domini M° CCC° quinquagesimo primo confectas nos recepisse reverenter, ut tenemur, in quibus vidimus contineri, quod discretus vir dominus Stephanus prepositus ecclesie Budensis sua et magistrorum Johannis ac Benedicti fratrum suorum in personis vestre dixisset maiestati, quod Johannes filius Johannis filii Osl et Leukus filius Johannis de Azzun, feria sexta proxima post festum Nativitatis virginis gloriose nunc preteritum, ad possessionem ipsorum Thamasy vocatam veniendo, prius ipsis mediantibus vicecomitum comitatus Supruniensis et iudicum nobilium in Rabakuz constitutis et conventus de Chorna hominibus, contra se in eorumdem vicecomitis et iudicum nobilium presenciam in facie eiusdem possessionis citatis, quatuor equos et duos boves iobagionum ipsorum de eadem, potencialiter abstulissent, duos iobagiones suos letalibus vulneribus sauciando, et tres iobagiones ipsorum ac unam mulierem graviter verberari facientes, duos ex eisdem captivando, cum predictis quatuor equis et duobus bobus ad possessionem ipsius Johan-

Digitized by Google

nis filii Johannis Nemithy vocatam deduxissent, quos nunc in ipsa captivitate detinerent vinculatos, in ipsorum grande preiudicium non modicum et gravamen. Per quas nobis firmiter precepistis, quatenus nostrum mitteremus hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Monko de Byky vel Gregorius filius Ladizlai de Endred altero absente homo vester, ab omnibus, quibus decet et licet, sciret et inquireret diligenter investigando de premissis omnimodam veritatem, et post hec prout nobis veritas premissorum constaret, vestre celsitudini fideliter rescriberemus suo modo. Verum cum nos vestre maiestatis preceptis obediendo cum prescripto Monko homine vestro hominem nostrum Dionisium presbiterum chori ecclesie nostre ad premissa mandata vestra exequenda pro testimonio destinassemus, iidem postmodum ad nos reversi nobis unanimiter et pari voto retulerunt eo modo, quod ipsi in festo beati Michaelis archangeli proxime preterito accedendo et circueundo, et sicut ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, videlicet nobilibus et innobilibus comitatus Supruniensis hominibus in Rabakuz constitutis, specialiter vicinis et commetaneis prescripte possessionis Thamasy circumquaque existentibus, diligenti inquisicione et investigacione palam et occulte habita, scire potuissent, taliter super premissis se scivisse retulerunt veritatem, sicut per omnia tenor continet literarum vestrarum prescriptarum, excepto hoc, quod de percussione predicte mulieris nullam scire potuissent veritatem. Datum tercio die inquisicionis prenotate, anno domini M° CCC° L° primo.

Papiron, zárlatán pecséttel; eredetije az orsz. ltárban, N. R. A. 954. 31. dipl. oszt. 4223.

177. *Albert, Austria, Stiria és Carinthia herczege a soproni mészárosokat s minden kereskedőt Magyarországból Bécsig biztositja, hogy utjokban bántodásuk nem lesz, s ha még is valamiben megkárositttatnának, károk meg fog térittetni. Bécs, 1352. máj. 12.*

Nos Albertus dei gracia dux Austrie, Styrie et Karinthie presentibus profitemur, quod cum ex commerciis diver-

Digitized by Google

sarum terrarum ad se invicem, tam emencium quam vendencium procuretur utilitas, et alterna hinc inde commoditas augeatur, nos reipublice bono statui consulentes, universos et singulos carnifices de civitate Supproniensi, ac omnes homines colentes et laborantes plateas seu districtus de regno et provinciis magnifici principis domini Ludovici regis Hungarie, fratris nostri carissimi, usque in Wiennam perpetuo securavimus et tenore presencium securamus, promittentes prefatis hominibus in his scriptis, ut si quis eorum per aliquem de nostris, contra iusticiam angariaretur, vel aliquatenus gravaretur, damnum, quod eidem ex inde fieret, ei volumus penitus reformare; et si aliquem eorum in terra nostra contingeret spoliari, qui nostrum super hoc imploraret auxilium, illi similiter, ut de illato sibi damno satisfaccionem obtineat, auxiliari promittimus bona fide, quemadmodum eciam dominus rex predictus frater noster nobis et nostris promisit sincerius vice versa. Unde universis et singulis capitaneis, castellanis, ministerialibus nec non officialibus nostris quibuscunque, tam presentibus quam futuris seriose committimus et mandamus, quatenus ipsi contra huiusmodi literas nostras, et in eis contenta, non veniant quovis modo. Datum Wienne, XII die May, anno domini, Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo.

Hártyáról függő pecséttel; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában K. IV. 207.

178. *A vármegye szolgabirái bizonyítják, hogy Győrói Jánost Győrói Dömötör megölvén, ennek birtokába a megöltnek testvére Győrói István beiktattatott. 1352. jun. 14.*

Nos iudices nobilium comitatus Supproniensis memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Demetrius filius Stephani condam nobilis de Gyorou ab una, et Stephanus filius Johannis de eadem Gyorou ad nostram accedentes presenciam, petentes nos cum instancia, ut hominem nostrum fidedignum ad statucionem faciendam possessionarie porcionis eiusdem Demetrii in predicta possessione Gyoru existentis, secundum continenciam literarum

Digitized by Google

capituli Castriferrei pro homicidio Johannis filii Johannis fratris uterini prefati Stephani donatam et traditam, transmittere dignaremur; nos igitur iustis et legitimis peticionibus eorumdem acquiescentes, comitem Dionisium de Harka unum ex nobis de sede nostra iudiciaria duximus transmittendum, qui tandem ad nos rediens retulit, quod ipse feria tercia proxima post festum Corporis Christi accedendo ad possessionariam porcionem Demetrii antedicti, presentibus vicinis et commetaneis eandem statuisset Stephano filio Johannis antedicto. Datum tercio die statucionis antedicte, anno domini M° CCC° L° secundo.

Hátlapián pecsét nyomaival; eredetije a Kemén család ltárában Vas vármegyében.

179. *I. Lajos király meghagyja szarvkői várnagyának, hogy Hertul fiát Miklóst udvari czimer-festőjét, Meggyes nevű falujában a Fertő taván a vám gyakorlatában ne háborgassa, sőt mások ellen is megvédje. Buda, 1352. aug. 7.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo Johanni dicto Fondormel castellano de Zorwkw salutem et graciam. Noveris, quod quia Nicolaus filius Hertul cymerarius noster ab evo sue puericie nostris serviciis inherendo, nobis in ipsis serviciis sibi confisis continue perseverando, gratos semper et acceptabiles exhibuit famulatus, propter que regie remuneracio ni se dignum efficere studuit et acceptum, ob hoc ad instantissimam eiusdem Nicolai filii Hertul supplicacionem, tributum nostrum, quod in villa eiusdem Nicolai filii Hertul Medyes vocate in comitatu Suproniensi existenti in lacu Ferteu exigi pro nostra maiestate est consvetum, eidem Nicolao filio Hertul et per eum suis heredibus et successoribus dedimus, donavimus et contulimus perpetuo et irrevocabiliter percipiendum, manus nostras et omnium castellanorum nostrorum in perpetuum extrahentes de eodem; nam volumus, ut idem Nicolaus filius Hertul et sui heredes a modo ipsum tributum pro se semper percipiant et habeant pacifice et quiete; super quo fidelitati tue firmiter precipiendo manda-

Digitized by Google

mus, quatenus a recepcione proventuum dicti tributi tu per omnia desistas, et eciam alios ab exaccione eiusdem compescere facias auctoritate nostra mediante, imo ipsum tributum predicto Nicolao iuxta collacionem nostram memoratam pacifice percipere permittas et per alios permitti facias, aliud nullatenus facere audeas in premissis. Datum Bude, feria tercia proxima post festum beati Petri apostoli advincula, anno domini M° CCC° L° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival, alatta »relacio magistri Bartholomei filii Laurencii sclavi« szavak; eredetije Sopron szab. kir. városi ltárában Lad. XLIII. 1. 5. Kivül »See Mawtt auff Medwisch« XV-ik századi irással.

180. *I. Lajos király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Egred nevü birtokot Czenki Andrástól Olbruth fia Olbruth részére foglalja vissza. Buda, 1353. mart. 3.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in persona Olbruht filii Olbruht, quod quedam possessio Egred vocata in comitatu Soproniensi existens ipsius esset et omni iuris titulo ad ipsum deberet pertinere, quam nunc Andreas de Chenk minus iuste detineret occupatam, in ipsius iuris preiudicium et gravamen, que recaptivacione indigeret; super quo vestre fidelitati firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Monko vel Ladislaus filius suus aut Michael filius Stephani vel Michael filius Hernaldy aliis absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis presentibus vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis accedendo, recapiat ipsam nomine iuris Albroht prenotati, et statuat ipsam eidem eo iure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem, si qui fuerint, citet ipsos contra eundem ad nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem recaptivacionis et statucionis cum nominibus contradictorum et citatorum ac termino assignato, si necesse fuerit, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica Letare, anno domini M° CCC° L° tercio.

A vasvári káptalan 1353. évi jelentéséből, melynek eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1509. 18. dipl. oszt. 4334.

Digitized by Google

181. *Freindorfi (Pinnyei) Miklós fia László comes, az Ikva folyón egy malom iránt Gaizlin Miklóssal szerződésre lép. Sopron, 1353. ápr. 12.*

Nos comes Ladizlaus filius magistri Nicolai de Freindorf significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos personaliter et heredes nostri spontanea voluntate, molendinum ante curiam nostram iacentem in fluvio Eyka nominata currentem, quam predictum molendinum discreto viro Nicolao Gaizzlino et heredibus ipsius sub sigillo capituli obligavimus, nunc vero eundem molendinum a predicto Gaizzlino et ab heredibus suis convenimus singulis annis pro octuaginta metretis tritici et siliginis, nunc in presenti festo beati Michaelis archangeli incipiendo servire tenemur. Condicione vero sub tali, quod si censum prenarratum in prenominato festo Michaelis servire negligeremus, et predicto Gaizzlino vel suis heredibus servire non curaremus, extunc idem Gaizzlo aut sui heredes predictum censum a nostris rebus ac possessionibus recipiendi cum duplo plenam habere poterit et liberam facultatem, quousque antedictus Gaizzlo semper de suo censu cum duplo expeditur; et si illud duplum tam prolixo tempore staret insolutum, quod sepe dictum Gaizzlinum super eo attendiaret *(igy)*: extunc idem Gaizzlo super omnia bona nostra cum comite Suppruniensi, aut cum homine ipsius pro sepe dicto censu duplicato, vendendi, impignorandi, arrestandi plenam habere poterit et liberam facultatem, absque omni remissione peticionis; eciam adiecto, si aliqua necessitas antedictum Gaizzlinum vel suos heredes medio tempore invaderet, ita quod pecuniam suam carere non posset amplius, extunc antedictus Gaizzlo eundem molendinum, eo iure, ut sibi est obligatum vendendi, obligandi pro sua pecunia ac pro censu sibi elapso liberam habebit facultatem, quousque ipse et heredes sui se senciant integraliter ac omnibus modis expeditos. Huius rei testes sunt Andreas de Zynk, Martinus magister civium, quorum sigilla sunt impressa pro firmiori cautela. In cuius rei memoriam et certitudinem firmiorem presentes literas nostras sub sigillo nostro

Digitized by Google

ac aliorum predictorum impressa iussimus in testimonium roborari. Datum Supprunii, sexta feria port dominicam, qua cantatur Misericordia domini, anno domini M° CCC° L° tercio.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije Sopron vármegye ltárában, a Zeke cs. irásai közt.

182. *Az alispán és a szolgabirák bizonyitják, hogy Ligvánd nevü birtokot Győrai János fia István őseitől örökölte. 1353. jun. 17.*

Nos magister Nicolaus vicecomes Soproniensis et iudices nobilium de eadem, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Stephanus filius Johannis de Gyrio feria secunda ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste in figura nostri iudicii, de medio universorum nobilium insurgendo, nobis est conquestus, quod possessio sua Neugwan vocata per comitem equidem Soproniensem indebite esset occupata, quatenus nos nobiles provincie interrogando, ut predicta possessio seu porcio Stephani antedicti fuisset hereditaria possessio seu porcio nec ne, qui quidem nobiles provincie in iudicio nostro tribunali existentes quamplures, alta voce proclamarunt, quod predicta possessio seu porcio, que in eadem possessione Nevgvan eundem Stephanum tangeret, esset sua possessio hereditaria, quo audito nos predictam possessionem seu porcionem Stephani memorati remisimus atque statuimus pacifice et quicte possidendam perpetuo pariter et habendam. Ad cuius rei testimonium presentes dederimus nostras literas sub sigillo nostro munimine roburratas *(igy)*. Datum die prenotato, anno domini M° CCC° quinquagesimo tercio.

Papiron, hátlapján három kisebb pecséttel; eredetije a gr. Niczky cs. ltárában Ligvándon Sopron vármegyében 50. sz. a.

183. *I. Lajos király Olivér királynői országbirónak, Vas- és Sopron vármegyék főispánjának meghagyja, hogy a soproni polgárokat a Fertő tava vámjának fele birtokában megvédje. Buda, 1353. jul. 3.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magnifico viro, Oliverio iudici curie reginalis, comiti Castriferrei et

Digitized by Google

Supruniensis vel in ipso comitatu Supruniensi gerenti vices suas, salutem et graciam. Licet nuper magister Leustachius comes Simigiensis et Crocerius *(igy)* medietam tributi Fertew a fidelibus civibus et hospitibus nostris Supruniensibus nomine nostro prohibuerint, tamen quia iidem fideles cives et hospites Suprunienses medietatem predicti tributi Fertew ex donacione piorum predecessorum nostrorum Bele scilicet Stephani et Ladislai olim illustrium regum Hungarie piarum recordacionum, ut in literis privilegialibus confirmatoriis domini Karoli regis, nostri progenitoris karissimi bone memorie, nobis per Johannem iudicem et Martinum magistrum civium ac Stephanum cives de Suprunio exhibitis vidimus contineri, pro reparacione et conservacione turrium in eodem castro Supruniensi existencium efficacissimorum instrumentorum ex titulis semper habuisse dinoscuntur, nosque eosdem in premisso et aliis iuribus eorum illesos volumus conservare, ideo fidelitati vestre firmissimo edicto regio precipientes mandamus, quatenus, dictam medietatem ipsius tributi Fertew pretactis civibus nostris Supruniensibus, cum omni plenitudine sui iuris, reddere et remittere debeatis, sine occasione aliquali, manus vestras omnino retrahentes de eadem, secus sicut nostram indignacionem graviter incurrere formidatis facere non audentes; et hoc idem precipimus comitibus vel vicecomitibus Supruniensibus constituendis in futurum. Datum Bude, feria quarta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M° CCC° L° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival, alatta »relacio Chykou«; eredetije Sopron sz. k. város ltárában XVIII. 1. 6.

184. *A király titkos cancellárja előtt Damonyai István és Damonyai Miklós fiai a Répcze vizen malmuk használatára nézve kiegyeznek. Buda, 1354. jan. 28.*

Nos Ladislaus prepositus ecclesie Chazmensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod Stephanus filius Stephani de Damania personaliter ab una, item Paulus filius Nicolai de eadem personaliter pro se et pro Michaele

Digitized by Google

fratre suo carnali cum procuratoriis literis capituli Castriferrei, honus Petri fratris ipsorum in hoc facto super se et eundem Michaelem vigore dictarum literarum procuratoriarum in *(igy)* assumendo, parte ab altera, coram nobis comparentes, in quibusdam causis ipsorum se taliter concordasse fassi extiterunt et concordarunt coram nobis, ut iidem filii Nicolai quintam partem molendini in fluvio Repce vocato in territorio dicte possessionis Damania, in comitatu Supruniensi habite, siti, per ipsum Stephanum seniorem prefato Nicolao, olim pro pignore, iuxta seriem literarum capituli pretacti, datam, et duas partes quinte porcionis possessionarie in eadem Damania olim ad porcionem predicti Stephani cedentis, per ipsum Stephanum seniorem predicto Nicolao iuxta seriem literarum capituli pretacti, ut asserebant, impignorate, predicto Stephano filio Stephani et suis successoribus perpetuo possidere dicti filii Nicolai plene resignassent et resignavit idem Paulus coram nobis astando et vigore literarum procuratoriarum predictarum, terciam vero partem residuam dicte quinte porcionis idem Stephanus eisdem filiis Nicolai usque quintamdecimam revolucionem annualem pignoris titulo possidere commisit, ita, quod si in dicta quintadecima revolucione annuali dictus Stephanus ipsam terciam partem dicte porcionis pro sedecim pensis latorum viennensium ab eis redimeret, et ipsi filii Nicolai eidem Stephano tunc redimenti non remitterent, ex tunc dicti filii Nicolai in decem marcis, ante litis ingressum solvendis, convincerentur ipso facto contra Stephanum prenotatum. Ipsam autem porcionem partes facerent divideri per bonos communes viros inter se, usque tempus dicte redemcionis, durante ipsa divisione, ut assumserunt. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum Purificacionis beate virginis gloriose, anno domini M° CCC° L° quarto.

Pecsét alatt: . . . . . magister Johannes dictus Chuz de Lodun.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott megvan a vasvári káptalannak 1353-ban Barnabás napján kelt bizonyítványa, hogy »Stephanus dictus Zungur filius Stephani de Damanya« Damonya Miklós föntnevezett fiait birtokának haszonélvezésétől tiltotta.

Digitized by Google

185. *Tamás országbíró Kanizsay István budai prépostot Pásztori Péter és társai azon vádja alól, hogy szováthi tisztje és ennek társai által Teremesi Pétert megölette, miután a prépost hatod-magával az ellenkezőre megeskűdött, fölmenti. Buda, 1354. mart. 23.*

Nos comes Thomas iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie comitatusque de Thuruch tenens honorem damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum literarum nostrarum modum et formam iudicii nostri exprimencium, honorabilis vir et discretus dominus Stephanus prepositus ecclesie Budensis sexto se ecclesie Budensis canonicis, ex quibus duo maiori dignitate quam canonicali prefulgentes interesse debuissent in predicta ecclesia Budensi in suo stallo, et dicti canonici similiter in suis stallis, presentibus Jacobo de Kezy homine nostro de curia regia transmisso et testimonio comitis capelle regie, feria secunda proxima post dominicam Oculi contra Petrum filium Nicolai de Paztur, Paulum dictum Fyntha et Leukus filium Petri de Teremes, super eo, quod Pedur filius Myke officialis suus de Zoath, unacum Nicolao de Ray et Johanne filio Petheu famulis eiusdem domini prepositi impossessionatis ex iussu et mandato suo sabbato proximo post festum beati Martini confessoris nunc proxime preteritum, de ipsa possessione Zoath egrediendo, et ad possessionem eorum Paztor predictam veniendo, Georgium filium Pauli fratrem predictorum Pauli et Leukus patruelem non interfecerunt, sed in totali accione et acquisicione eorumdem Petri, Pauli et Leukus innocentes extiterit et immunis sacramentum prestare, et seriem ipsius iuramenti tercio die partes in literis dicti comitis capelle regie nobis reportare debuissent; tandem ipso termino reportacionis seriei ipsius iuramenti occurrente pretactus dominus Stephanus prepositus personaliter ad nostram accedendo presenciam literas memorati comitis capelle regie nobis presentavit, in quibus ipsum iuramentum presentibus pretacto Jacobo de Kezy homine nostro et discreto viro Mathya capellano ipsius

Digitized by Google

comitis capelle regie ad instantem peticionem ad premissa destinato, in die et loco prenotatis iuxta adiudicacionis (nostre) formam ipso Petro filio Nicolai personaliter illic tunc existente et audiente, rite et legitime comperimus depositum extitisse ..... visis continenciis ipsarum literarum comitis capelle regie eundem dominum Stephanum prepositum super premissis et singulis premissorum reddidimus et commisimus expeditum pariterque absolutum, tenore presencium mediante. Datum Bude, quinto die reportacionis seriei prenotate, anno domini M° CCC° L° quarto.

Papíron zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 12. 51. dipl. oszt. 4463. Ugyanott megvan az országbiró levele 1354. jan. 20-ról, melyben a prépostnak az eskü megitéltetett.

186. *A pannonhalmi convent előtt Dági Megyes Jakab és Eörgőczi István birtokrészüket Nagymuzsajban, Csornai János fiának Belednek zálogba adják. 1355. febr. 5.*

Nos conventus monasterii sancti Martini de sacromonte Pannonie, damus pro memoria, quod Jacobus dictus Megyes de Daag et Nicolaus filius Stephani de Eburgeuch nostri presenciam personaliter constituti a magistro Belyd filio Johannis de Chorna quinque libras denariorum se recepisse sunt confessi, pro quibus quidem rebus quandam possessionariam porcionem eorum in possessione Musey maiori habitam in comitatu Supruniensi existentem, ut (dicitur) impignoraticio titulo mediantibus literis honorabilis capituli Jauriensis ecclesie ipsos contingentem, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, tam diu tenere et possidere, donec pro eisdem rebus redimendi haberent facultatem, eidem magistro Beelyd filio Johannis impignorassent et coram nobis impignorarunt. Datum feria quinta proxima post festum Purificacionis beate (virginis), anno domini M° CCC° quinquagesimo quinto.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

187. *A nyitrai káptalan előtt Koloni Pethő sempthei várnagy és társai, Roy Miklós fiait és társait Roy, Tothcsákán Szentpéterteleke és Zaka nevű birtokok elidegenitésétől, Hőfleini Beledet pedig azok megszerzésétől tiltják. 1355. apr. 2.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus, quod magister Petheu de Kolon vicecastellanus de Symte pro se personaliter et vice ac nominibus Ladislai filii sui, domine Elizabeth filie sue, Nicolai et Petri filiorum Andree filii Gyula nepotum suorum, ad nostram accedens presenciam per modum protestacionis Michaelem, Wynchlo et Ladislaum filios Nicolai de Roy, Johannem et Stephanum filios Detrici ac Stephanum filium Nicolai a vendicione, alienacione vel titulo pignoris obligacione possessionariarum porcionum eorumdem in ipsa possessione Roy existencium, item in Tothchakan, Zenthpeterteleke et in Zaka habitarum, ac alias ubique in regno Hungarie pro eorum nobilitatibus existentes prohibere curavit, prohibuit eciam quoslibet homines cuiuscunque status existant, ne se de emcione vel titulo pignoris obligacione aut aliquo quovis quesito colore dictarum possessionariarum porcionum occupacione quoquomodo intromittant et specialiter Beled de Heulen in comitatu Supruniensi manentem, asserens quod prefate possessionarie porciones eorumdem, tam racione consanguinitatis, quam eciam pretextu propinguioris proximitatis sibi et dicto Ladislao filio suo, domine Elizabeth filie sue et nepotibus suis iure ad redimendum magis competerent regni consvetudine requirente. Datum feria quinta videlicet in Cena domini, anno eiusdem M° CCC° L° quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

188. *A pozsonyi káptalan előtt Nagymartoni Miklós fia Miklós, Kövesd (Szárazvám) nevű birtokban osztály részét a vámmal együtt, nejének Szentgyörgyi Annának ötszáz font bécsi széles denár hozomány fejében zálogba adja. 1355. apr. 14.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes significamus tenore presencium, quibus expedit uni-

Digitized by Google

versis, quod nobilis vir magister Nykul filius comitis Nyklini de Nogmortun ad nostram personaliter adiens presenciam fassus extitit in hunc modum, quod ipse pecuniam quingentarum librarum latorum denariorum viennensium, libram quamlibet cum sex pensis denariorum computatis, quam nobilis domina Anna vocata, filia nobilis viri magistri Petri fratris Sebus de sancto Georgio, consors sua tempore solennitatis nupciarum suarum secum adduxisset, eandem pro suis necessitatibus ad suum libitum atque voluntatem expendisset, ideo ipse predicta pecunia quantitate quingentarum librarum denariorum viennensium ponderis predicti, quandam possessionariam porcionem suam in Kuesd habitam, unacum porcione tributi sui in eadem habito, prenominate domine Anne consorti sue et per eam suis heredibus heredumque suorum successoribus cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis pignori obligavit talimodo, quod si eidem domine absque heredum solacio, quod absit, viam universe carnis ingredi contingeret, tunc prenominatus Nyklinus maritus suus vel alter Nykul filius Laurencii de eadem Nogmortun patruelis suus, qui eciam presens aderat, cui ad premissam obligacionem et impignoracionem faciendam consensum prebuit et assensum, predictis quingentis libris denariorum ab eisdem, quibus sepefata domina Anna legaverit vel impignoraverit, liberam redimendi habebunt facultatem, qui si redimere non possent, tunc successores seu heredes tamdiu possidebunt, donec predicte quingente libre denariorum viennensium per predictum Nyklinum et alterum Nyklinum filium Laurencii ac suos heredes non fuerint persolute plene et integre, tali obligacione mediante, quod si qui prenominatam dominam Annam consortem ipsius Nyklini vel suos successores medio tempore molestare et aggravare niterentur, extunc sepefatus Nyklinus eosdem tenebitur expedire propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei obligacionis memoriam presentes literas nostras concessimus apposicione pendentis sigilli nostri autentici consignatas. Datum feria tercia proxima post octavas festi Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° L° quinto.

Zöld és piros selymen függő ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 401. 22. dipl. oszt. 4508.

Digitized by Google

189. *A vasvári káptalan előtt Viczai János fia Péter, Belid fia János és János fia Tamás, Vicza, Lozs, Széplak, Bala és Kalacs nevű birtokaikon megosztoznak. 1355. máj. 31.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei notum facimus tenore presencium, quibus expedit universis, quod Petrus filius Joannis de Viccha pro se, Petrus vero germanus Gyule nunc vicecomes Jauriensis pro Jacobo et Michaele filiis eiusdem Petri, cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis ex una, et Joannes filius Belid de eadem Viccha similiter pro se, Georgius autem filius Mathei de Bolkfoluaunian pro Thoma filio Joannis de eadem Viccha cum procuratoriis literis nostris parte ex altera coram nobis personaliter constituti, propositum exstitit per ipsos, communiter et relatum in hunc modum, ut ipsi videlicet Petrus et filii eiusdem, item Johannes et Thomas possessionis eorum infracriptas scilicet Viccha, Lousz, Sceplak, Balo et Kalach vocatas in comitatu Supruniensi existentes, cum earum omnibus utilitatibus, et pertinenciis quibusvis in tres inter se divisissent partes et porciones quoequales, quarum una pars predicto Petro et filiis eiusdem altera vero Johanni filio Belyd, et tercia Thome antedicto cessissent et provenissent equalance perpetuo possidendas, tenendas et habendas in filios filiorum et heredum per heredes. Ceterum possessiones, que apud manus alienas per formam impignoracionis vel alio quovis modo forent occupate, communi labore et expensa requirere et rehabere tenebuntur seu redimere. Si quis vero ex ipsis hoc facere nollet, extunc executor et reinventor dictarum possessionum per ipsum redemta et reinventas tamdiu, quousque pecunia eidem per ipsum facta racione liberacionis et expedicionis dictarum possessionum per hos, quibus congruit, plenarie persolvetur, ad ipsius racionem possidendi, utendi et habebit facultatem. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas . . . . . Datum in octavis festi Penthecostes, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo

Digitized by Google

quinto, dominis Petro preposito cancellario serenissime domine Margarethe ducisse tocius Sclavonie, Crovacie et Dalmacie, Michaele custode, Dominico cantore et Damiano decano ecclesie nostre existentibus.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban, fasc. Los 1. 11. Ugyanott megvan a vasvári káptalan bizonyságlevele 1355-ből, hogy Viczai János fia Tamás Lozs és Kalach nevű birtokokban a maga részét »magistro Gyure filio Balay« hetven márka bécsi denárért zálogba adta; Kalach nevű birtok már akkor lakatlan volt; Lozsi fasc. 1. NB. 12.

190. *A győri káptalan előtt János fia Péter, Beled fia János és János fia Tamás viczai nemesek, Beled fia Imre özvegyének hitbérét és hozományát kiadják. 1355. jun. 8.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum Petrus filius Johannis et filii eiusdem, secundum continenciam aliarum literarum, necnon Johannes filius Belyud et Thomas filius Johannis nobiles de Wycha, nobili domine relicte Emerici filii Belyud de eadem, dotem et res parafernales de porcionibus possessionariis dicti mariti sui ubilibet habitis, secundum consvetudinem regni solvere debuissent, sabbato proximo post festum corporis Christi nunc preteritum; eodem termino adveniente dicte domine viginti quinque marcas, quamlibet cum decem pensis computando, partim cum denariis partim cum estimacione condigna persolverunt, coram nobis Jacobo dicto Megyes genero eiusdem, cui recipere commiserat facie ad faciem dotem suam domina antedicta coram nobis, allegando memoratam dominam viduam fuisse tempore nuptus Emerico filio Belyud prenotato *(így)*. Datum feria secunda proxima post festum corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° L° quinto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 6. 48. dipl. oszt. 4521.

Digitized by Google

191. *A győri káptalan előtt Pinnyei Fotra Miklós leánya Margit, Veszprém megyei Undi Nagy Máté özvegye, a többek között Pinnye, Osl és Kuchener nevű birtokokból leány negyedi részét unoka öcscseinek, Pinnyei László fiainak eladja. 1355. oct. 20.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendantes declaramus, quibus expedit universis per presentes, quod nobilis domina Margareta filia condam Nicolai dicti Fotra de Pynne, relicta vero Mathei magni, filii Lamperti de Vnd comitatus Wesprimiensis, ad nostram veniendo personaliter presenciam ministerio vive vocis nobis significare curavit, quod ipsa unicum fratrem habuisset dilectissimum Ladizlaum filium dicti Nicolai Fotra, ideo ipsam quartam suam puellarem iure naturali ipsam contingentem, de dicta possessione Pynne, Osl, Laak, Kylaak, Beellak, Kwchuner, Beb, Endered et 'de aliis omnibus ubilibet habitis, vendidisset et dedisset, imo vendidit et dedit coram nobis Nicolao Petro et Stephano filiis dicti Ladislai fratris sui nepotibus suis karissimis pro sexaginta marcis viennensibus denariis, marcam quamlibet cum decem pensis computando plene iam habitis ab eisdem perpetuo iure possidendam pariter et habendam, heredum per heredes; super quibus quidem sexaginta marcis denariis viennensibus sibi persolutis prenominatos filios Ladislai proximos et nepotes suos indissolubiles et eorum posteros 'pro quarta sua naturali receptis reddidisset et reddidit coram nobis expeditos, ea condicione mediante, quod si Nicolaus et Laurencius filii sui aut eorum heredes vel alii proximi sui contra filios Ladislai fratris sui prenominatos et ab eis nativos pro sua quarta puellarii modo premisso vendita insurgerent, quescionis materiam movendo, extunc contra eosdem et eorum posteritates in causa rei quesite convinci deberent vel convincerentur eo facto; presentes vero, cum nobis reportate fuerint, in formam privilegii redigi faciemus. Datum feria tercia proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini M° CCC° quinquagesimo quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

192. *A szolgabirák előtt Miklós, Lukács és György lócsi nemesek, Bazthi Pap Fábián leányának Katalinnak hitbérét és hozományát kifizetik. 1355. nov. 18.*

Nos iudices nobilium de comitatu Soproniensi, tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod accedentes ad nostram personaliter presenciam Nicolaus et Lucasius filii Georgii nobiles de Loch et Georgius filius Stephani de eadem ab una, parte vero ab altera domina Katherina filia Fabiani clerici de Bozth; Nicolaus, Lucasius et Georgius predicti nobiles coram nobis retulerunt eo modo, quod feria quarta proxima ante festum beati Clementis martyris proxime preteritis *(igy)* domine Katherine predicte dotem et res parafernales, que eidem domine de eadem Loch pertinebatur *(igy)*, persolvissent cum pecunia, quam pecuniam eadem domina dixit se a prenominatis repisse *(igy)*, plene et integre; unde eadem domina predicta Nicolaum ac alios predictos pro predicta dote ac rebus parafernalibus coram nobis reddidit modis omnibus expeditos. In cuius rei testimonium patentes literas nostras concessimus, sigillis nostris munimine roboratas. Datum feria quarta predicta, anno domini M° CCC° L° quinto.

Hátlapján két pecséttel; eredetije a N. Muzeumban.

193. *Kont Miklós nádor Höflein nevű birtok három negyed részét és Arlamus nevű egész birtokot, Nagymartoni Lőrincz fia Miklós ellen, az Osl nemzetségből való Agyagosi András fia Péternek ítéli. Visegrád, 1356. máj. 25.*

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobis divina favente gracia per regie benignitatis clemenciam ad tribunal palatinatus iudicii sublimatis, tum adepto ipso palatinatu primo et principaliter in octavis festi beati Georgii martiris cum baronibus regnique nobilibus nobiscum adherentibus causas quorumlibet regnicolarum coram nobis litigancium

Digitized by Google

moderata sua equitate deliberare cepissemus, inter ceteros causidicos Petrus filius Andree de Agyagus in nostram personaliter exsurgens presenciam, quasdam literas domini nostri regis maiori sigillo suo consignatas, suos processus causales in factis possessionum et potencie, contra Niklynum filium magistri Laurencii filii Simonis in examine iudicii viri pridem magnifici domini Nicolai regni Hungarie palatini et iudicis comanorum predecessoris nostri bone memorie, dum ipse vivens ipsius palatinatus honore prefulgeret, ventilatos et habitos in se expresse declarantes, honorabili capitulo monasterii *(igy)* beati Michaelis archangeli de Ferreo Castro super possessionariis statucionibus directas, ac eiusdem capituli Castriferrei regie maiestati rescripcionales per eandemque regiam serenitatem nostre diffinicioni transmissas, presentavit, inter cetera declarantes, quod idem Petrus filius Andree de Agyagus, ad ipsius domini nostri regis Lodovici accedendo presenciam, sue humiliter supplicasset maiestati, ut cum ipse racione trium parcium possessionis Hewlyn et totalis possessionis Arlamus vocatarum in comitatu Supruniensi existencium ipsum hereditarie contingencium, et factorum potencialium adversus magistrum Niklynum filium magistri Laurencii filii Simonis de Nogmortun detentorem earumdem, perpetratoremque ipsorum factorum potencialium, a quamplurimorum temporum curriculo in examine iudicii eiusdem Nicolai palatini divino vocante iudicio, cui humane inbecillitatis racio nequit obviare migrati ab hoc seculo, litis materiam aggressus extitisset, et iam ad finalem decisionem peractis iudiciariis processibus deduxisset; verum tamen ipse Nicolaus palatinus morte preventus suos iudiciarios processus fine debito complere nequivisset, sue regali supplicans maiestati, ut ex regie benignitatis graeia de remedio opportuno sibi providere et premissos suos litigiosos processus iam ad finalem determinacionem deductos fine debito decidi facere dignaretur; ipse itaque dominus noster rex Lodovicus iuridicis ipsius Petri fflii Andree supplicacionibus regia liberalitate inclinatus, agnoscens suum regium culmen iudicio et iusticia roborari, qui eciam ex suscepti sui regiminis officio unicuique in sui iuris equitate tenetur

Digitized by Google

subvenire, de sua prece supplicabili plurimarum literarum, tam capitulorum, citacionum, inquisicionalium vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Suprunyensis, et protestacionalium, quam eciam eiusdem Nicolai palatini iudiciorum, evocacionum et forensium proclamacionum modos in se denotancium continenciis et tenoribus eo modo inter cetera in evidenticiorem *(igy)* sui iuris declaracionem suam regiam informasset maiestatem, quod Georgius filius Philippi pro Petro filio Andree de Agyagus cum procuratoriis literis di ti Nicolai palatini, contra magistrum Niklynum filium Laurencii filii Simonis de Nogmortun comitatus Supruniensis, a quindenis festi Nativitatis virginis gloriose proxime preteritis sedecim diebus continuis stetisset in termino coram Nicolao palatino prenotato, qui quidem magister Niklinus iuxta continenciam literarum citatoriarum capituli ecclesie Jauriensis legitime citatus ad eiusdem Nicolai palatini presenciam non venisset nec misisset, se in iudicio committendo aggravari; et ibidem prefatus procurator ipsius Petri unum par literarum comitis Nicolai Drugeth condam iudiciis curie sue, tria vero paria literarum iudicialium eiusdem Nicolai palatini omnino in anno proxime transacto in diversis terminis emanatarum, eidem Nicolao palatino presentasset; in quarum tenoribus primo prememoratum magistrum Niklinum filium Laurencii iuxta continenciam literarum citatoriarum prefati capituli Jauriensis ad presenciam dicti comitis Nicolai condam iudicis curie sue ad octavas festi Epiphanie domini, secundo autem ad octavas diei medii Quadragesime, tercio ad octavas festi beati Georgii martyris, quarto vero ad octavas festi beati Jacobi apostoli in iamdicto anno proxime preterito consequenter post se se preteritas, iuxta continencias literarum citatoriarum prefati capituli Jauriensis ecclesie, ad presenciam ipsius Nicolai palatini, contra eundem Petrum filium Andree non venisse nec misisse, sicque pro quorumlibet eorumdem quinque terminorum obmissionibus in singulis iudiciis convictum extitisse, idem Nicolaus palatinus comperisset manifeste; super quibus omnibus idem procurator ipsius Petri filii Andree ex parte predicti magistri Niklyni filii Laurencii

Digitized by Google

iudicium et iusticiam per eundem Nicolaum palatinum eidem Petro domino suo postulasset impertiri. Unde quia iuxta regni sui consvetudinem alique cause solis citacionibus non consveverant terminari, sed ipsas citaciones sequi debuerant evocaciones consultive, iudicibus eciam, ne in reddenda iusticia cuipiam festini fore viderentur, devios et iuri rebelles ad tramitem iusticie revocare maximum pietatis indicium fore reputaretur, idcirco idem Nicolaus palatinus unacum regni nobilibus secum tunc in iudicio assidentibus, prememoratum magistrum Niklynum filium Laurencii, super eo, quo iure ipse magister Niklynus theutunicus tres partes possessionis populose Hewlyn vocate, preter quartam partem eiusdem possessionis Hewlyn, in cuius quarte partis dominio, idem Petrus, ut relatum fuerat, pacifice extitisset, nec non totalem possessionem Arlamus vocatam non populosam in dicto comitatu Supruniensi existentes, prefati Petri filii Andree hereditarias occupaverit, occupatasque detineat, nam si efficaciter detineret eciam efficacius idem Petrus sibi roboraret, ut procurator eiusdem asseruisset antedictus, in recepcione eciam tributi montis vinearum quarte partis eiusdem possessionis Hewlyn peregreht in theutunico vocati, septuaginta marcarum denariorum compoti illius partis damni eidem intulerit; preterea, ut iamdictus magister Niklynus thevtunicus feria quarta proxima post festum Epiphanie domini, in anno proxime transacto preteritum, de possessione sua Pomogh vocata cum suis complicibus egrediendo, ad possessionem ipsius Petri Saruld vocatam potencialiter veniens, centum sagenas sive gulgustra iobagionum eiusdem Petri vulgo vorsa dicta concremaverit et alia centum gulgustra worsa nominata destrui et permactari, lite inter eos pendente, fecerit, prout idem procurator ipsius Petri retulisset; in facto videlicet principali peremtorie responsurum, racionemque redditurum, de duabus vero partibus iudiciorum premissorum quinque terminorum ipsi Nicolao palatino velud iudici, in tercia vero parte eidem Petro filio Andree parti adverse satisfacturum, ad quindenas festi beati Martini confessoris tunc venturas suam ad presenciam decrevisset fore evocandum, scribens igitur idem Nicolaus palatinus pretacto

Digitized by Google

capitulo Castriferrei eorum amiciciam petendo diligenter, ut ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus infradeclarandus annotatum magistrum Niklynum filium Laurencii, super premissis factis possessionario et potencie peremtorie responsurum, racionemque redditurum, nec non de premissorum quinque terminorum obmissionibus et iudiciis sibi velut iudici in duabus partibus, in tercia vero parte eidem Petro filio Andree parti adverse satisfacturum, ad iamdictas quindenas festi beati Martini confessoris in suam presenciam legitime evocaret; post hec diem et locum ipsius evocacionis cum nomine evocati, prout fieret opportunum, ad easdem quindenas festi beati Martini confessoris per idem capitulum Castriferrei sibi rescribi demandasset. Ipsis itaque quindenis festi beati Martini confessoris occurrentibus, annotatus Georgius pro prefato Petro filio Andree, cum literis procuratoriis ipsius Nicolai palatini, eiusdem iudiciarium adeundo conspectum, literas pretacti capituli ecclesie Castriferrei super ipsa evocacione rescripcionales sibi presentasset, in quibus annotatum magistrum Niklynum filium Laurencii, feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum proxime tunc preteritum, per Georgium filium Pethev de Bazt, hominem suum, presente Gregorio clerico chori eorum in eadem possessione Hewlyn vocata, super omnibus premissis peremtorie responsurum racionemque redditurum, ac de premissis iudiciis satisfacturum, contra annotatum Petrum filium Andree ad quindenas festi beati Martini confessoris antedictas suam in presenciam idem Nicolaus palatinus conperisset legitime evocatum extitisse. Ad quas quidem quindenas festi beati Martini confessoris idem magister Niklynus venire vel aliquem pro se mittere non curasset, sexti iudicii honere se committendo agravari, prelibato procuratore ipsius Petri decem et septem diebus continuis coram dicto Nicolao palatino expectante. Verum quia iuxta regni sui consvetudinem evocacionem consultivam forenses sequi debuissent proclamaciones, deviosque et iuri rebelles ad tramitem iusticie proclamari facere iudicibus maximum indicium pietatis fore reputaretur; pro eo idem Nicolaus palatinus amiciciam eiusdem capituli ecclesie Castriferrei suis literis mediantibus

Digitized by Google

petivisset diligenter, quatenus eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus infradeclarandus, prescriptum magistrum Niklynum super premissis factis possessionario et potentie peremtorie responsurum, racionemque redditurum, nec non de premissis iudiciis eidem palatino, ut iudici, et parti adverse satisfacturum, contra ipsum Petrum filium Andree in tribus foris comprovincialibus ad quintum decimum diem diei ipsius ultime proclamacionis in suam presenciam publice faceret proclamari, insinuando ibidem, ut si veniret et de premissis omnibus iuri parendo peremtorie responderet, ac de dictis iudiciis eidem palatino et parti adverse satisfaceret bene quidem, alioquin non obstante ipsius absencia et contumacia idem Nicolaus palatinus finem debitum imponeret in premissis, dictante iuris equitate, et abhinc diem et locum ipsius proclamacionis cum nomine proclamati, ut fieret opportunum, ad dictum quintum decimum diem diei ipsius ultime proclamacionis per idem capitulum Castriferrei sibi amicabiliter rescribi postulasset. Dehinc exhibuisset literas eiusdem capituli ecclesie Castriferrei, super ipsa forensi proclamacione eidem Nicolao palatino rescripcionales, in quibus prelibatum magistrum Niklynum filium Laurencii super premissis factis possessionario et potencie peremtorie responsurum, racionemque redditurum, nec non de premissis iudiciis eidem palatino, ut iudici, et predicte parti adverse satisfacturum, per Stephanum filium Pauli de Bozth homine ipsius Nicolai palatini, presente Petro clerico chori eiusdem capituli Castriferrei, in tribus foris comprovincialibus, primo videlicet feria quinta post festum Nativitatis domini, in villa Cheperegh, secundario autem feria secunda in villa Luchman, tercio vero et ultimo feria tercia in villa Keedhel post festum Circumcisionis domini, diebus consequenter proxime post sese subsequentibus nunc preteritis, in comitatu Supruniensi, contra ipsum Petrum filium Andree de Agyagus, ad ipsum quintum decimum diem diei iam dicte ultime proclamacionis ad ipsius Nicolai palatini presenciam ipse dominus noster rex comperisset legitime proclamatum extitisse. Adhuc tria paria literarum inquisicionalium, unum Castriferrei, aliud Jauriensis capitu-

Digitized by Google

lorum predictorum, ac tercium Michaelis vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis, omnino in anno proxime transacto emanatarum sub uno sensu loquencium, sueque regali excellencie rescripcionalium, eidem domino regi presentasset, inter cetera exprimentes, quod Petrus filius Andree de Agyagus sue regie dixisset maiestati, ut Nykkul theutunicus filius Laurencii filii Simonis de Nogmortun, feria quarta proxima post festum Epiphanie domini in predicto anno proxime transacto preteritum, de possessione sua Pomogh vocata egrediendo, cum suis complicibus ad possessionem suam Saruld vocatam potencialiter veniendo, centum gulgustra vulgo worsa dicta concremasset, et alia centum destrui et permactari fecisset, lite pendente inter ipsos. Super quo idem dominus noster rex eorumdem Castriferrei et Jauriensis capitulorum ac vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis predictorum fidelitati scribens dedisset firmiter in preceptis, quatenus pretacta de Castroferreo et Jauriensis ecclesiarum capitula ad premissa fideliter inquirenda homines eorum pro testimoniis fidedignos transmitterent, coram quibus homines sui regii infra declarandi, ipsi autem vicecomes et iudices nobilium unum vel duos ex ipsis transmitterent, qui ab omnibus, quibus deceret et liceret scirent et inquirerent de premissis omnimodam veritatem, et post hec ipsius inquisicionis seriem, ut fieret oportunum, sue fideliter rescriberent maiestati. Prenominatum siquidem capitulum ecclesie Castriferrei suis regalibus preceptis obediens, ut teneretur, una cum Georgio filio Pethew de Bazth homine suo regio Gregorium clericum chori eorum, ipsum autem Jauriense capitulum una cum Georgio de eadem Bazth similiter homine regio, magistrum Johannem socium et concanonicum ipsorum, Michael vero vicecomes et iudices nobilium ipsius comitatus Supruniensis unum ex ipsis videlicet Nicolaum filium Michaelis de Saagh, ad premissa inquirenda transmisissent; qui tandem exinde ad iam dicta capitula, nec non ad ipsos vicecomitem et iudices nobilium comitatus Supruniensis reversi concorditer retulissent eo modo, quod prout ipsi regius et capituli ecclesie Castriferrei homines sabbato proximo ante dominicam Judica,

Digitized by Google

alter vero similiter regius et dicti capituli Jauriensis ac ipsius vicecomitis et iudicum nobilium dicti comitatus homines in dominica Oculi tunc elapsis ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, et specialiter a nobilibus in dicto comitatu Supruniensi existentibus de premissis indagare potuissent veritatem, sic scivissent, quod Niklynus filius Laurencii de Nogmortun, feria quarta proxima post predictum festum Epiphanie domini de possessione Pomogh dicta cum suis familiaribus ad possessionem Saruld vocatam dicti Petri filii Andree potencialiter veniendo, multa gulgustra vulgo worsa dicta comburi fecissent et permactari atque destrui, lite pendente inter ipsos. Adhuc eciam, quod ipsa totalis possessio Hewlyn hereditario iure sibi pertineret, quasdam literas patentes Johannis vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis antedicti, feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli in anno domini M° CCC° L° primo confectas presentasset, sua serie inter cetera exprimentes, quod Petrus filius Andree de Agyagus de genere Osl, in predicta feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli coram ipsis vicecomite et iudicibus nobilium personaliter comparendo eos scire fecisset, quod vivente magistro Paulo filio Simonis et post eiusdem decessum magister Niklynus filius Laurencii filii Simonis de Nogmorton, de quarta parte possessionis Hewlyn vocate in tributo scilicet montis vinearum peregreht vocato septuaginta marcarum damni sibi intulisset in propria videlicet sua porcione; eandem eciam possessionem Hewlyn omnino suam hereditariam fore retulisset, quam quidem possessionem Hewlyn modo simili quamplures nobiles ipsius comitatus tunc cum eisdem vicecomite et iudicibus nobilium in sede eorum iudiciaria assidentes publica assercione unanimiter in toto iuri hereditario ipsius Petri filii Andree pertinere debere affirmassent. Dehinc eciam super recepcione proventus dicti tributi montis ipsius possessionarie porcionis sue literas patentes Michaelis similiter vicecomitis et iudicum nobilium sepius nominati comitatus Supruniensis, feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris tunc preteritum emanatas demonstrasset, continentes inter cetera, quod Petrus filius Andree de Agyagus

Digitized by Google

coram ipis vicecomite et iudicibus nobilium personaliter comparendo eis significare curasset, quod magister Niklynus filius Laurencii filii Simonis quatuor talenta tributi montis peregreht dicti, de possessionaria sua porcione Hevlyn sibi proveniencia recipi fecisset, absque sua voluntate et permissione, petens idem Petrus ipsos, ut ad videndum premissa hominem eorum transmitterent, qui quidem vicecomes et iudices nobilium peticioni eiusdem acquiescentes, eorum hominem videlicet Georgium filium Philippi ad premissa duxissent transmittendum, qui tandem ad eos reversus eis retulisset eo modo, quod cum ipse feria tercia proxima post festum Omnium Sanctorum tunc preteritum unacum famulo eiusdem ad videndum premissa accessisset, idemque famulus ipsius Petri ad hoc deputatus in sui presencia predictum tributum vini recipere voluisset, villicus predicti magistri Niklyni eundem ab huiusmodi tributi exaccione inhibuisset dicendo, se dicto domino suo velle recipere tributum supradictum; qui eciam magister Niklynus per eundem hominem ipsorum vicecomitis et iudicum nobilium interrogatus, eandem prohibicionem per suam commissionem factam extitisse affirmasset, predictam quartam partem prescripte possessionis Hewlyn ipsius Petri fore hereditariam asserendo. Verum quia prememoratus magister Niklynus filius Laurencii racione premisse possessionarie detencionis et potenciarie perpetracionis tociens citatus, evocatus et in trinis foris comprovincialibus publice proclamatus iuri et regni sui consvetudini approbate propria sua temeraria presumcione rebellando contumaciter parere non curasset nec iusticie obedire, nolens idem dominus noster rex huiusmodi contumeliosos suos processus iuri obnoxios impune pertransire, ne de sua presumtuosa contumacia commodum reportasse gratularetur, propter ipsius palatini decessum et baronum suorum in prosperis et felicibus negociis suis regalibus et agendis procedencium absencia, adtunc solummodo de ipsis possessionariis factis iudicium imponens, dictas tres partes prefate possessionis Hewlyn, ac totalem possessionem Arlamus nuncupatam, eidem Petro filio Andree heredum suorum per heredes, eo iure, quo sibi pertinere dinoscerentur cum omni-

Digitized by Google

bus earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet adiudicasset, sub suis veris metis et antiquis perpetuo possidendas et habendas, salvis iuribus alienis, discussionum premissorum factorum potencialium ad presentes octavas festi beati Georgii martiris ob maioris iusticie evidenciam prorogando. Quapropter fidelitati ipsius capituli Castriferrei firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Martinus filius Nicolai de Deuecher, vel Petrus filius Johannis aule sue regie ianitores, altero absente homo suus regius specialis de curia sua regali ad hoc specialiter transmissus, ad facies prenominatarum possessionum Hewlyn et Arlamus vocatarum, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus factis accedendo, reambularet easdem per veras suas metas et antiquas novas metas iuxta veteres, ubi necesse fieret, erigendo; quibus reambulatis predictas tres partes ipsius possessionis Hewlyn et pretactam possessionem Arlamus totalem, cum quibuslibet earum utilitatibus et pertinenciis universis contradiccione magistri Niklyni filii Laurencii et aliorum quorumlibet non obstante, eo quod in tam longinquis litigionariis processibus, in eodem facto possessionario, nec aliqui alii fecerant mencionem, statueret prefato Petro filio Andree, eo iure, quo sibi dinoscerentur pertinere, perpetuo possidendas, predictas tres partes ipsius possessionis Hewlyn ad premissam quartam partem eiusdem, ut prefertur, apud manus ipsius Petri habitam annectendo; si qui vero excepto ipso magistro Niklyno filio Laurencii suisque heredibus, aliquod ius in eisdem habere sperarent, postmodum ordine iuris prosequerentur ab eodem, et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem, cum cursibus metarum ad iamdictas octavas festi beati Georgii martiris, ut fieret opportunum, per literas eorum sibi fideliter rescribi edixisset regia celsitudo. Quod quidem capitulum ecclesie Castriferrei ipsi domino nostro regi in suis literis de ipsis possessionariis statucionibus inter cetera rescripserat eo modo, ut dum ipsum capitulum Castriferrei preceptis regalibus obediens, ut tenetur, cum prescripto Martino filio Nicolai de Dewecher homine regio, magistrum Dominicum socium et

Digitized by Google

concanonicum ipsorum ac cantorem dicte ecclesie eorum ad prescripta precepta sue sublimitatis exsequenda pro testimonio transmisissent; demum iidem exinde ad eos reversi pari voce eis retulissent, quod idem homo regius presente dicto eorum testimonio feria sexta scilicet in festo annunciacionis beate Marie virginis proxime preterito, ad facies prescriptarum possessionum Hewlyn et Arlamus vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis legitime inibi convocatis, iuxta continenciam prescriptarum literarum regalium statutoriarum accessisset et easdem reambulasset per earumdem veras metas et antiquas, reambulatasque cum universis earumdem utilitatibus secundum formam prescriptarum literarum domini nostri regis predicto Petro filio Andree de Agyagus statuisset perpetuo possidendas. Cuius quidem possessionis Hewlyn vocate metas, quibus undique circumdaretur, hoc ordine distingi fore ipsi capitulo retulissent, quod prima meta ipsius possessionis Hewlyn inciperetur in uno dumo rubeti rosarum *(stb. lásd Fejér i. m. IX. 2. 528. és köv. lap. a vasvári káplalannak oklevelében a határjárást egész »ibique terminaretur«; nagyobb eltérés csak abban van, hogy Watwtha helyett Bechvta olvasandó).* Sane quia ipse magister Niklynus filius Laurencii tociens citatus benigna ammonicione evocatus consultiva, forensi acclamacione regni consvetudine requirente proclamatus, consvetudinarias regni leges propria sua temeraria presumcione spernendo parvi pendens, adversus eundem Petrum filium Andree, super contra se obiectis excusabili racione se nolens emendare, iuri parere recusarat, agnoscens regia benignitas ex vigorosis continenciis omnium premissarum literarum, prefatum Petrum filium Andree quoslibet actus iudiciarios regni sui consvetudine exigente, usque ad iuris plenitudinem, supra quod aliquem actum iudiciarium ampliari ordo iuris nullatenus sancciebat, idcirco suscepti sui regiminis debito requirente, prefatas tres porciones ipsius possessionis Hewlyn cum quarta eiusdem parte sibi adiuncta, et apud eundem Petrum habita ac totalem possessionem Arlamus nomine iuris ipsius Petri per premissum hominem suum specialem sub ipsius capituli Castriferrei testimonio sua regia auctoritate adiudi-

Digitized by Google

carat, vigore dictarum suarum literarnm iamdicto capitulo transmissarum statuendas, et demum sue celsitudini in eorum literis series earumdem statucionum rescribendas, per capitulum annotatum, regiaque celsitudo reportata serie premissarum possessionariarum statucionum, eo quod ipsa litigiosa quescio a primordio sue inchoacionis, sub examine iudicii prescripti palatini predecessoris nostri fuerat ventillata, sicque vigore nostrarum literarum perpetualitas earumdem possessionariarum statucionum opportebat stabiliri, nostri palatinatus auctoritate edixerat sua moderata equitate diffiniri. Ex tenoribus eciam earumdem literarum capituli Castriferrei premisse possessionarie statuciones et metales erecciones ac distincciones nullo contradictore apparente eidem Petro facte extitisse reperiebantur, pro eo baronum regnique nobilium nobiscum adherencium consulti consilio, easdem tres partes possessionis Hewlyn cum quarta parte eiusdem apud ipsum habita, ac totalem possessionem Arlamus sub prescriptis metis et metarum distinccionibus, sub quibus statute fore dinoscuntur, eidem Petro filio Andree et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus eo iure, quo sibi dinoscuntur pertinere, decernentes committimus perpetuo possidendas, tenendas et habendas, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem Petro filio Andree concessimus nostras literas privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Vyssegrad, vicesimo quinto die octavarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Kivül XV. századból való irással: Super possessionem Hewlin et Agyagus (így).

Rózsaszinü és zöld selyem zsinóron függő meglehetősen ép pecséttel, eredetije a N. Muzeumban.

194. *A pannonhalmi apát és convent előtt Simon Móricz fia pozsonyi főispán, a bakonybéli apátot illető Árpás nevü birtokért két márka haszonbér megfizetésére magát kötelezi. 1356. jun. 3.*

Nos Siffridus dei et apostolica gracia abbas et conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie,

Digitized by Google

memorie commendantes significamus quibus expedit per presentes, quod ab una parte magnifico viro magistro Simone filio Mauricii comite Posoniensi, ab altera vero religioso viro domino fratre Petro abbate de Beel, coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit et relatum conformiter per eosdem, quod licet dictus magister Simon possessionem quandam ecclesie de dicta Beel Arpas vocatam, ex concessione et donacione bone memorie domini Nicolai abbatis predecessoris ipsius Petri abbatis, suique conventus, pro una marca denariorum latorum viennensium singulis annis persolvenda, hactenus fedualiter tenuisset, quia tamen psa possessio propter suam ad eiusdem magistri Simonisi possessionem contiguam adiacenciam, sibi et eidem possessioni sue valde commodosa et necessaria haberetur, ob hocque maior ex parte ipsius magistri Simonis pro conservacione eiusdem possessionis ecclesie de Beel predicte proventus amministracio merito conveniret, ideo ipse magister Simon ex nunc et deinceps pro conservacione sepedicte possessionis, cum molendino, terris arabilibus et aliis omnibus utilitatibus ac pertinenciis suis, prenotato domino abbati et suis successoribus atque ecclesie singulis annis, in die medii Quadragesime in eadem ecclesia de Beel, persolvere ex integro et sine crastinacione ipsius termini teneretur duas marcas denariorum viennensium, ut prefertur, latorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando, huiusmod vinculo interiecto, quod in quocunque anno ipse vel sui posteri dictas duas marcas modo tempore et loco non solverent presignatis, et ob id per abbatem dicti loci ad iudicium traherentur, tunc duplum ipsius pecunie absque iudicis porcione ante litis ingressum eidem abbati persolvere, sepefatamque possessionem absque ulla desolacione, difficultate et dilacione remittere tenerentur, cum suis appendiciis et iuribus universis; populi autem ad eandem possessionem Arpas congregati et eciam congregandi iustas decimas et consvetas nemini alteri nisi abbati et ecclesie antedictis semper temporibus debitis legitime persolvere teneantur, iuxta seriem privilegiorum exinde confectorum, prout ad omnia premissa et eorum singula prescriptus magister Simon

Digitized by Google

se et suos heredes sponte obligavit vive vocis organo coram nobis. Datum secundo die festi Ascensionis domini, anno eiusdem, M° CCC° L° sexto.

Papiron, hátlapján pecsét romjaival, eredetije a pannonhalmi házi ltárban. L. Pp.

195. *Nagymartoni Miklós fia Miklós Keresztur nevű birtokát nejének Annának zálogba adja. Fraknó, 1356. jun. 16.*

Ich Graf Nicla Graf Nicla svn von Merteinstorf vergich vnd tun chunt allen die disen brief lesent oder horent lesen, die nue lebent vnd her nach chuenftig sint, daz ich gelten schol meiner lieben Hausvrauem vron Anna sechs hvndert phunt phenninge wienner mvncze, vnd durch pezzer sicherhait so hab ich ire ze phande gesaczet, mit aller meiner erben gueten willen vnd gunst mit vol verdachten, vnd mit gesampter hant nach rat meiner pesten vreunt zue der zeit, do ich ez wol getuen mocht recht vnd redleichen, mein anerstarbens halbes Dorf dacz dem Chreucz, mit allen den nüczen vnd dar zue gehoret, ez sey echer, wismad, weingarten, vischmaner ze holcz ze velde ze dorffe, ez sey versuecht oder vnuersuecht gestift oder vngestift, sowie dazselb allez genant sey, ez sey chlain oder grazze, schol mein vorgenanten wiertin vron Anna daz egenant dorf halbes dacz dem Chreucz inne haben in nuecz vnd in gewer alz lange vnd alz verre, uenczen daz sey irer egenanten sechs hundert phunt wienner phenninge gar vnd gancz bericht vnd geldert wert. Ich bin auch ire rechter gewer vnd scherm fuer alle ansprach als phandes vnd saczung recht ist nach dez Landesrecht ze Vngern wer aner daz si ansprach daran gewinne vnd Chrieg, do von auferstuend daz schol ich ier alles aufrichten an allen iren schaden und mue, vnd schol si daz haben vnuerschaidenlichen auf mier, vnd auch allen meinen guetern die ich hab in dem Lande ze Vngern, ich sei lebentig oder Tod, daz diser red vnd die wandlung furbas also stete vnd vnczebrochen beleib. So gib vorgenanter Graf Nicla Graf Nicla svn von Merteinstorf meiner oftgenanten Hausvrawen vron Anna disen brief zue aynem offen uerchunt vnd zue ayner ganczen sicherhait; diser sache versigelt mit meinem Insigl vnd mit meines vetern

Digitized by Google

Insigl graf Nicla graf Larencz sven von Merteinstorf, den ich dez gepeten han daz er diser sache geczeug sey mit seinem insigl. Der brief ist geben ze Vorchtenstain, nach Christes gepurt Dreuczehen hvndert iar darnach in dem sechs vnd fuenfczikisten Jar, dez Phincztag in Phingstwochen.

Két függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 973. 1. dipl. oszt. 4619.

196. *A király adószedői a borsmonostori apátot és jobbágyait a kamarai nyeredék fizetése alól fölmentik. Sopron 1357. jan. 13.*

Nos magister Nicolaus et Georgius exactores lucri camere regie maiestatis memorie commendamus, quod religiosus vir dominus abbas ecclesie beate virginis Marie de Burs Munustura unacum homine regio et testimonio honorabilis capituli ecclesie Jauriensis ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt nobis literas serenissimorum principum dominorum Bele, Stephani, Ladislai, Andree et Karoli regum, dominorum nostrorum bone memorie, exhibuerunt eciam nobis literas excellentissimi principis domini Lodovici dei gracia regis Hungarie domini nostri, in quibus videbantur contineri, quod cum ipsi prenotatum monasterium beate virginis et universos iobagiones suos a facto solucionis lucri camere exemissent et maxime dabant nobis in mandatis, ut nos ipsum lucrum camere super universos iobagiones ipsius ecclesie exigere non presummeremus, sed pacifice eosdem dimitteremus, unde nos visis instrumentis ipsorum regum ipsum dominum abbatem et universos iobagiones suos super lucrum camere redentes *(igy)* expeditos. Datum Suppronio, in octavis Epiphaniarum domini, anno domini M° CCC° L° septimo.

Három vörös viaszba nyomott gyürü pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban; Borsmonostor 27. 17. dipl. oszt. 4644.

197. *I. Lajos király a Kanizsaiak érdemeit felsorolván, Nymygh nevű birtokról 1324-ben kiadott adománylevelet, Kanizsay Lőrincz fia István zágrábi püspök és test-vérei kérésére megerősiti. 1357. jan. 18.*

(L)odovicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque

Digitized by Google

rex, princeps salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Regum celsitudo requirit, et sublimium convenit dignitati, ut intuitus sui oculos tanto iocundius in suos fideles iniciat, quanto ipsa fidelitas, per quam regum regnorumque omnium potencia roboratur, ceteris virtutibus pollicitis est merito preferenda, et amplioribus premiis attollenda. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedentes in nostre serenitatis presenciam venerabilis in Christo pater dominus Stephanus electus confirmatus ecclesie Zagrabiensis, magistri Johannes et Benedictus filii Laurencii filii Emerici de genere Osl dilecti et fideles nostri, exhibuerunt nobis literas privilegiales quondam excellentissimi principis domini Karoli regis Hungarie patris nostri carissimi bone memorie, sub mediocri sigillo eiusdem in partibus transalpinis casualiter deperdito consignatas, in facto possessionis Nymygh vocate in comitatu Supruniensi existentis confectas, tenoris subsequentis, supplicantes nostro culmini prece subiectiva, ut easdem acceptare, approbare, ratificare ac nostro pro eisdem et eorum posteris dignaremur privilegio confirmare; quarum tenor talis est: Karolus *(l. föntebb 83. sz. a)*. Nos siquidem considerantes grata servicia et obsequia ac fidelitates, quibus primum dictus magister Laurencius filius Emerici pater eorum, tempore predicti patris nostri domini regis Karoli coram oculis sue maiestatis multipliciter effulsit, qui eciam in eiusdem serviciis in terra transalpina contra Bazarab voivodam Olacorum viriliter dimicando, pro regia corona proprii sanguinis sui effusione madidatus extitit interemtus, ut certis indiciis et relatibus fidelium baronum nostrorum nobis referencium scimus; nec non eorumdem electi et suorum fratrum, quibus ipsi inter alios fideles nostros specialius claruere et res ac personas eorumdem dubiis fortune casibus pro nobis intrepide exponendo studuerunt complacere nostre regie maiestati. Ex quibus quidem eorum fidelitatibus et serviciis quedam specialia velud *(igy)* pauca de pluribus, ne memoriam effugiant posterorum, presentibus, iussimus annotanda: quod cum nos acerbam

Digitized by Google

quondam domini Andree Jherosolimi et Sicilie regis, germani et uterini nostri fratris mortem ulcisci et vindicare volentes, ad partes Vltramarinas accessissemus, dictus electus (tunc) in minori constitutus officio, nobiscum in suis propriis proficiscens sumtibus, et abhinc in amplioribus nostris legacionibus et negociis occasione scilicet acceleracionis coronacionis eiusdem domini Andree regis nostri fratris, nec non eciam tempore guerre habite cum rege Rasscie, in curiam summi pontificis ex nostro iussu est profectus, qui iuxta probitatem et laudabilem suam industriam negocia nostra sibi commissa et confisa procuravit et exercuit iuxta decenciam nostre maiestatis; ceterum dum secundario ad easdem partes Vltramarinas pro exquirendis nostris emulis et pro ampliori vindicta mortis eiusdem fratris nostri summenda accederemus, dictus electus et magister Johannes frater suus nobiscum profecti, gratos inibi nobis et placibiles exhibuerunt famulatus; prius eciam dictus magister Johannes ante civitatem nostram Jadra vocatam, quam veneti inimici nostri et emuli detinent occupatam, grande vulnus in suo corpore sustulit ad scitum nostre maiestatis. Quanta insuper fidelitatis insignia, quantaque probitatis opera et servicia fidelia supradicti electus, magister Johannes et Benedictus fratres sui exhibere nobis semper studuerunt, et conati extiterunt, nequeunt presentibus seriatim enarrari. Pro tot igitur et tantis serviciorum eorumdem preclarissimis meritis pretactas literas privilegiales dicti patris nostri in facto possessionis Nymig supradicte confectas, omni prorsus suspicione destitutas, ut diligenti examinacione premissa comperimus, tenore earumdem toto de verbo ad verbum presentibus inserto, acceptamus, approbamus et ratificamus, ac easdem cum prefata possessione in tenoribus eorumdem expressa ex certa sciencia de plenitudine nostre regie potestatis, eisdem et eorum posteris, heredibus et successoribus universis, ex se legitime descendentibus confirmamus presentis privilegii nostri patrocinio mediante, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes eisdem concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum

Digitized by Google

per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi ecclesie Colocensis aule nostre cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° L° septimo, quintodecimo kalendas mensis Februarii, regni autem nostri anno sedecimo; venerabilibus in Christo patribus dominis Nicolao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, Vglino Spalatensi, archiepiscopis, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Johanne Vesprimiensi, eodem Stephano electo confirmato Zagrabiensi, Colomanno Jauriensi, Thoma Chanadiensi, Michaele Wacyensi, Petro Boznensi, Transsilvana sede vacante, fratribus Thoma Sirmiensi, Stephano Nitriensi et Blasio Tininiensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino iudice comanorum, Cykow magistro tavarnicorum nostrorum, Andrea voivoda Transsilvano comite de Zonuk, comite Nicolao iudice curie nostre, Nicolao bano de Machou, Leustachio banatum tocius Sclavonie tenente comite Simigiensi, Albensi et Tolnensi, Leukus dapiferorum et pincernarum, Dionisio agazonum, Thoma ianitorum nostrorum magistris, et Simone comite Posoniensi aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Fehér lila zselyemzsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 643. 42. dipl. oszt. 2264. Ugyanott megvan a Szovát, Martonfelde és Untató nevű birtokokról 1351-ben kelt adománylevél megerősítéséről szoló hasonló tartalmu oklevél is ugyanezen napról.

198. *Szécsi Miklós a mai Ság nevű birtok egyrészét Dániel fia János ellen a simaházi nemeseknek ítéli. Visegrád 1357. apr. 17.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie serenissimi principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie, comitatusque de Turuch tenens honorem memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus filius Myke pro Johanne filio Danielis cum procuratoriis literis comitis capelle regie, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in octavis diei Cinerum in anno proxime elapso preteritis ad nostram accedendo presenciam contra Dionisium et Nicolaum filios Johannis,

Digitized by Google

Nicolaum filium Tristiani, Dominicum filium Tayma, Benedictum fratrem eiusdem, Sebastianum filium Nicolai, Petrum et Andream filios eiusdem, Jacobum filium Mykocha, Simonem et Philippum filios Thome nobiles de Symonhaza, prout per priores literas nostras informabamus in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod predicti nobiles de Symonhaza ipsum Johannem tempore puericie sue de quadam possessione sua Saagh, que eidem titulo iuris hereditarii attineret, exclusissent, et eandem detinerent occupatam, ususfructus et utilitates eiusdem percipiendo, cuius occupacionis racionem scire voluerat a nobilibus prenotatis; quibus perceptis Johannes filius Peteu pro predictis nobilibus de Symonhaza, cum procuratoriis literis capituli Castriferrei exurgendo responderat eo modo, quod predicti nobiles nullam possessionem predicti Johannis occupassent, sed plures possessiones hoc nomine Saagh inibi haberentur; unde si idem Johannes mediante homine regio et testimonio alicuius capituli vel conventus credibilis veniendo, aliquam particulam possessionariam nomine sui iuris recapere vellet, talem recapere (non) posset, in cuius statucione sibi contradiccionis obstaculo obviarent, talem vero recapere posset in cuius statucione nullam facerent prohibicionem. Unde cum ad recaptivacionem predicte possessionis Saagh vocate homo regius et capituli ecclesie Jauriensis testimonio necessario debuerant destinari, ideo amiciciam predicti capituli Jauriensis eidem literatorie scribendo requisieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Leukus de Zapor vel Johannes de Philke sive Lukas filius Parys de Keer aut Demetrius de alia Zapor aliis absentibus homo regius in octavis festi beati Georgii martiris tunc venturis ad faciem dicte possessionis Saagh vocate, vicinis et commetaneis suis universis et specialiter prenotatis nobilibus de Symonhaza legitime inibi convocatis et presentibus, qualemcunque possessionem et possessionariam porcionem predictus Johannes nomine sui iuris recapere diceret, recaperet, recaptivatamque et ab aliorum possessionariis porcionibus distinctam et separatam statueret eandem prescripto Johanni filio Danielis, eo iure, quo sibi

Digitized by Google

dinosceretur pertinere pepetuo possidendam, si per predictos filios Johannis et Nicolaum filium Tristiani, Dominicum filium Tayma, Benedictum, Sebastianum, Petrum, Andream, Jacobum, Simonem et Philippum nobiles de Symonhaza vel alios quospiam non fieret contradictum, contradictores vero alii, si qui fierent, citaret eosdem contra prescriptum Johannem in regiam presenciam, ad quindenas octavarum festi beati Georgii martiris predictarum; si vero per predictos nobiles de Symonhaza in aliquo contradictum existeret, ipsos citare non incumberet, quia in predicto termino, eo quod in lite existerent, absque citacione ipsos coram nobis comparere oporteret, racionem contradiccionis eorum reddituros, particulam enim possessionariam vel possessionarias, per quemcunque prohibitam vel prohibitas, signis pro metis positis regali mensura, si mensurari posset, mensurando vel visu considerando, una cum aliis probis viris visa sua qualitate, quantitate, utilitate et valore deum ferendo pre oculis estimarent regni consvetudine exigente; et post hec ipsius possessionarie recaptivacionis, statucionis et estimacionis seriem cum cursibus metarum ac nominibus contradictorum et citatorum, si qui fierent, nec non termino assignato, ad quindenas predictarum octavarum domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Jauriense prenotatum. Et cum discussio reportate seriei premissorum ab eisdem quindenis octavarum festi beati Georgii martiris de regio literatorio mandato ad quindenas residencie exercitus regii tunc proxime movendi dilatata exstitisset, tandem ipsis quindenis residencie exercitus regii contra venetos moti et ad quindenas diei medii Quadragesime proclamate occurrentibus, Fudor filius Chepani pro ipso Johanne filio Danielis cum procuratoriis literis capituli Budensis ab una, et predicti Dionisius filius Nicolai, Nicolaus filius Tristiani, Dominicus filius Tayma pro se personaliter et pro aliis predictis cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei parte ab altera, ad nostram accedentes presenciam literas predicti capituli ecclesie Jauriensis super premissis regie maiestati rescriptas nobis presentarunt, in quibus inter cetera manifeste reperiebatur, quod ipsum capitulum Jauriense amicabili peticioni nostre

Digitized by Google

obtemperantes unacum predicto Leukus de Zapor homine regie sublimitatis ad premissa peragenda dominum Nicolaum chori ecclesie ipsorum presbiterum pro testimonio fide dignum destinassent, qui demum ad eos reversi conformiter ipsis retulissent, quod ipsi in octavis festi beati Georgii martiris tunc preteritis, ad faciem possessionis Saagh vicinis et commetaneis, specialiter nobilibus de Symonhaza convocatis et presentibus accessissent, ibique accedendo quandam particulam possessionariam ipsius Johannis filii Danielis per Stephanum procuratorem eiusdem eidem pertinere asserentem, signando, per signa metalia hoc ordine reambulassent: primo a parte curie Johannis filii Simonis quoddam fossatum idem Stephanus procurator ipsius Johannis distingentem demonstrasset et ibidem eciam idem procurator ipsius Johannis dixisset quoddam pratum fuisse ad latitudinem trium iugerum, fuisse communem locum solacii, ubi tunc Johannes filius Simonis edificia construxisset, inde tendendo ad partem septemtrionalem pervenissent ad unam viam, quam dictus Stephanus procurator dicti Johannis filii Danielis distingentem inter possessionem Symonhaza et possessionariam porcionem dicti Johannis esse dixisset; inde ad eandem plagam in eadem via ad magnum spacium procedendo prope viam, que duceret de Ivan ad Saagh, invenissent tres metas terreas angulares, quarum unam idem Stephanus procurator Johannis filii Danielis possessionariam porcionem dicti Johannis distingentem esse allegasset, aliam possessionem Ivan, terciam Byschalad distingentes esse dixisset; inde pergirantes pervenissent ad quoddam spinetum ad latitudinem duorum iugerum adiacens vulgariter megye vocata, que idem Stephanus procurator predicti Johannis pro meta possessionis eiusdem distingentem fore asseruisset, penes quod ulterius procedentes versus partem occidentalem pervenissent ad unam magnam viam, ubi quidam nobiles de Saagh maiori et de Kenersytou dicta spineta vera signa pro metis inter ipsos et possessionem dicti Johannis esse affirmassent; deinde penes eadem spineta pervenissent ad viam, qua procederetur de Symonhaza ad Saagh maiorem; abinde saliendo ipsam viam circa spineta pervenissent ad

Digitized by Google

quoddam pratum, et per ipsum pratum ulterius procedendo ad partem occidentalem devenissent ad tres metas terreas antiquas et angulares, quarum unam idem Stephanus possessionarie porcioni dicti Johannis distingentem fore retulisset, aliam nobiles de Kenersytou Saagh ipsorum esse dixissent, terciam quidam nobiles de Beren eidem possessioni Beren esse affirmassent; dehinc divertissent se ad plagam aquilonarem versus possessionem Hetye, inter terras arabiles invenissent unam metam terream, ubi sepedictus Stephanus dictam possessionariam porcionem Johannis metis et signis sic pergiratam terminari dixisset, et prout ipsi visu considerare potuissent, possessionaria porcio, quam idem Stephanus procurator sepedicti Johannis hereditariam esse dixisset, ad duo aratra secundum regni consvetudinem se extenderet et sufficiens esset, excepta quadam particula terre aquisiticie, quam particulam sepefatus Stephanus procurator in reambulacione denotasset et sequestrasset ab hereditaria possessione eiusdem Johannis filii Danielis, quarum statucioni predicti nobiles de Symonhaza contradixissent. Quibus quidem literis exhibitis prefatus Fodor procurator prefati Johannis filii Danielis eundem Johannem, per eosdem nobiles de Symonhaza premisse contradictorie inhibicionis eorum racione informari velle allegavit; quibus perceptis prememorati Dionisius filius Nicolai, Nicolaus filius Tristiani et Dominicus filius Thayma in ipsorum et predictorum aliorum nobilium de Symonhaza personis allegabant eo modo, quod prefatus Daniel pater annotati Johannis in presencia comitis Alexandri quondam iudicis curie regie racione requisicionis predicte possessionis ipsorum Saagh vocate contra ipsos et patres ipsorum in delacione falsarum literarum convictus exstitisset, et ibidem ac in instanti volentes premissa eorum dicta evidenti documento comprobare, quasdam literas privilegiales predicti comitis Alexandri, formam definitive sentencie eiusdem exprimentes in anno domini M° CCC° vigesimo septimo confectas et emanatas, nostro iudiciario examini curarunt exhibere; in quarum tenoribus adinveniebatur manifeste, quod cum anno domini M° CCC° XX° septimo prescripto, feria secunda proxima ante festum Ascensionis

Digitized by Google

domini frater Nicolaus lector ordinis fratrum predicatorum una cum Daniele filio Gregorii fratre suo, iuxta continenciam literarum nobilis viri magistri Deseu comitis Supruniensis quedam privilegialia instrumenta contra Petrum, Tristianum et Sebastianum filios Nicolai, item Johannem et Thomam filios Simonis, item Dominicum, Blasium et Benedictum filios Tayma de superiori Saagh coram ipso comite Alexandro exhibere debuisset, adveniente itaque ipsa secunda feria eisdem fratre Nicolao et Daniele ab una parte, predictis Petro, Johanne et Dominico pro se personaliter et pro ipsis fratribus suis cum procuratoriis literis conventus Supruniensis ab altera, coram eodem comite Alexandro constitutis, idem frater Nicolaus cum Daniele fratre suo ipsi comiti Alexandro quoddam privilegiale instrumentum, ut apparuisset, contra eosdem nobiles de Saagh exhibuissent, quod videlicet instrumentum ex parte domini Bele quondam incliti regis Hungarie felicis recordacionis loquebatur et proponebat, sed cum ipsum instrumentum idem comes Alexander inspexisset et perlegi fecisset, omnino contra veritatem et consvetum modum curie et regni approbatam consvetudinem, super perpetuacione possessionis superioris Saagh vocate predecessorum eorumdem fratrum Nicolai et Danielis facta, false artis calliditate, tam in sigillo, quam in literis seu scriptis suis et modo dictandi emanatum exstitisse pretactus comes Alexander reperisset; ipse itaque comes Alexander huiusmodi instrumenti falsis circumstanciis undique inspectis, cum venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensis, Ladislao Colocensis dei et apostolice sedis gracia ecclesiarum archiepiscopis, dominis Nicolao Jauriensi et Andrea Transsilvano episcopis et honorabilibus viris magistro Andrea Albensis ecclesie, vicecancellario aule domini regis, Johanne Vesprimiensis et Andrea Budensis ecclesiarum prepositis, item magnificis viris Philippo palatino comite Scepusiensi et de Vyvar ac iudice cumanorum, Demetrio magistro tavarnicorum regalium, Thoma voivoda Transsilvano, Mykh bano tocius Slavonie et magistro Deseu prememorato ac cum aliis nobilibus regni, qui tunc cum eodem comite Alexandro pro tribunali

Digitized by Google

consedissent, ipsum falsum instrumentum imo et penitus falsarium pretactus comes Alexander confregisset et damnasset, pretactam autem possessionem videlicet superiorem Saagh antedictis Petro, Johanni et Dominico nec non aliis fratribus suis premissis et eorum successoribus, prout ipsorum fore dinosceretur, adiudicasset, attribuisset et proporcionasset perpetuo possidendam, absque nihilominus preiudicio iuris alieni; et licet idem comes Alexander manus suas in personam ipsius fratris Nicolai propter reverenciam supradicti sacri ordinis non iniecisset, cum tamen potuisset, nihilominus ipsum Danielem tamquam falsarium et falsarum literarum portitorem *(igy)* capitali sentencia fore decrevisset puniendum, universis rebus et bonis ac possessionibus ipsius Danielis et eiusdem fratris Nicolai in quocunque comitatu existentibus in duabus partibus in manus ipsius magistri Deseu redactis, in tercia vero parte in manus ipsorum Petri, Johannis et Dominici ac aliorum fratrum suorum premissorum devolutis, eisdem vero fratribus Nicolao et Danieli et eorum successoribus de memorata possessione superiori Saagh perpetui silencii taciturnitatem literarum suarum auctoritate duxisset imponendum. Factis igitur exhibicionibus predictarum literarum privilegialium pretacti Dionisius, Nicolaus et Dominicus sibi ac predictis aliis nobilibus de Symonhaza ex parte annotati Johannis filii Danielis super premissa requisicione dicte possessionis eorum Saagh nominate iusticie congruenciam per nos elargiri precabantur. Verum quia prememorati fratres Nicolaus lector et Daniel filius Gregorii pater pretacti Johannis predictam possessionem superiorem Saagh vocatam tamquam possessionem titulo instrumentali ipsis pertinentem in presencia dicti comitis Alexandri a predictis Petro, Tristiano et Sebastiano filiis Nicolai, Johanne, Thoma filiis Simonis, Dominico, Blasio et Benedicto filiis Tayma de superiori Saagh aquisivisse, in cuius eciam possessionis Saagh requisicionis facto predictus Daniel contra annotatos nobiles de superiori Saagh in conspectu iudiciario prefati comitis Alexandri in pena delacionis et exhibicionis falsarum literarum tamquam falsarius convictus exstitisse, pretactus enim comes Alexander eidem Danieli et suis successoribus

Digitized by Google

ac heredibus super ipsa possessione superiori Saagh vocata perpetue taciturnitatis silencium imposuisse ex serie preexhibitarum literarum suarum manifeste cernebatur. Nuncque prememoratus Johannes filius Danielis iniqua premunitus opinione, eandem possessionem superiorem Saagh apellatam in suum ius perverso quesito colore nitens convertere nomine possessionis sue hereditarie ab ipsis nobilibus de Symonhaza requirebat, et eandem suo dominio applicare attentabat, ideo una cum prelatis et regni baronibus ac nobilibus tribunal iudiciarium nobiscum assedentibus prefatum Johannem filium Danielis pro premissa indebita requisicione annotate possessionis Saagh vocate, licet maiori honere aggravari debuisset, tamen in estimacione ipsius possessionis Saagh convictum fore committentes, prefatam possessionem superiorem Saagh vocatam predictis Dionisio et Nicolao filiis Johannis, Nicolao filio Tristiani, Dominico et Benedicto filiis Tayma, Sebastiano filio Nicolai, Petro et Andree filiis eiusdem, Jacobo filio Mykoha, Simoni et Philippo filiis Thome nobilibus de Symonhaza et eorum heredibus heredumque suorum successoribus eo iure, quo ipsis dinoscitur pertinere, adiudicavimus et commisimus perpetuo et irrevocabiliter pacifice possidendam, tenendam et habendam sine preiudicio iuris alieni, predicto Johanni filio Danielis et suis successoribus perpetuum silencium imponendo de eadem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Wissegrad, vigesimo die quindenarum residencie exercitus regii predictarnm, anno Domini M° CCC° L° septimo.

Veres és zöld szinű selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen, »Sopron Nr. 2.«

Digitized by Google

199. *A győri káptalan előtt az Osl nemzetségből való András fia Péter, Nagyhöflein nevű birtokában egy jobbágy-telekbe Pilichdorfar Jánost megteleپti, kötelezvén magát, hogy őt Peresnyei (Czinfalvi) Conrád unokája István ellen a birtokban megvédendi. 1357. jun. 13.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes notum fieri volumus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nobilis vir magister Petrus filius Andree de Hefflin maiori, de generacione Osl, ad nostram veniendo personaliter presenciam ministerio vive vocis confessus extitit, quod ipse in dicta possessione sua Hefflin unam curiam sive unum laneum, in qua vel in quo quidam iobagio suus nomine Rayhul residenciam habuisset, in fine eiusdem ville a parte occidentis, que esset secunda ab intra, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, proventibus et usibus intra et extra villam, specialiter cum vinea spectante et pertinente ad eandem curiam sive ad eundem laneum, dedisset et tradidisset imo dedit et tradidit coram nobis provido viro Johanni dicto Pyluhdorphar, et per eum suis heredibus, heredumque posteritatibus, perpetue et irrevocabiliter possidendam vel possidendum; assumsit eciam eundem Johannem dictum Pyluhdorphar et suos posteros a Stephano filio Stephani filii Corrardi de Peresnye tueri et defensare; presentes vero cum nobis reportate fuerint in formam privilegii redigi faciemus. Datum feria tercia proxima post festum corporis Christi, anno eiusdem Millesimo CCC° L° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában Ostfiasszonyfán.

200. *A győri káptalan előtt Höfleini János utódai, az Osl nemzetségből való asszonyfalvi Lökös által zálogban tartott széplaki birtokrészüket kiváltják. 1357. aug. 5.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobilis vir ma-

Digitized by Google

gister Leukus filius Johannis filii Jacobi de Azzunfalva generacionis Osl coram nobis personaliter constitutus confessus extitit, quod omnes porciones possessionarias, quas in possessione Zeeplak progenitores et avi nobilium virorum Simonis et Belyud, filiorum Johannis de Heufflingh, suis progenitoribus et patri suo in retroactis temporibus obligassent et impignorassent, predictus magister Simon et filii Belyud prenotati ab eo redemissent, et eis resignasset imo resignavit coram nobis; literas, si quas habuisset super huiusmodi obligacionibus possessionariarum porcionum iam per predictos redemtarum, cassas, mortuas et vigoribus carituras reddidisset et reddidit coram nobis. Datum in festo beati Dominici confessoris, anno domini M° CCC° quinquagesimo septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 4. dipl. oszt. 4684.

201. *A győri káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Enyedi Tamás fiait Istvánt és Miklóst, Enyed nevű birtokukba a Répcze folyó mentén, Peresznye és Frankó nevű birtokok szomszédságában beiktatta és a határjárást teljesítette. 1357. szept. 6.*

Serenissimo principi domino Lodovico dei gracia illustri regi Hungarie domino eorum, capitulum ecclesie Jauriensis, oracionum suffragia devotarum. Literas serenitatis vestre reverentur recepimus, hunc tenorem continentes; Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Jauriensi, salutem et graciam. Dicit nobis Demetrius filius Demetrii vice et nominibus Stephani et Nicolai filiorum Thome de Enyed, quod eadem possessio eorum Enyed vocata hereditaria in comitatu Soproniensi existens, apud manus ipsorum habita, reambulacione et metarum eiusdem ereccione nimium indigeret, consvetudine regni nostri requirente. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Chepani de Poty vel Lucasius filius Roman de Wysy aut Georgius filius Bodunk

Digitized by Google

de eadem aliis absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis Enyud vocate, vicinis et commetaneis suis universis, legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulent ipsam, per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionibus separatam et distinctam, relinquat eandem predictis Stephano et Nicolao filiis Thome, eo iure, quo ipsis dignoscitur pertinere, possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet contra prescriptos Stephanum et Nicolaum filios Thome in nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec seriem premisse possessionarie reambulacionis, cum cursibus metarum, vel nominibus contradictorum et citatorum, ac termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, feria quarta proxima post festum divisionis apostolorum, anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo septimo. Nos igitur preceptis serenitatis vestre parentes, unacum prefato Lukachio filio Roman, homine maiestatis vestre, ad premissa peragenda hominem nostrum, scilicet dominum Andream chori nostri presbiterum, pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem ad nos reversi conformiter nobis retulerunt, quod ipsi dominica die proxima post festum beati Egidii confessoris proxime elapsum, ad faciem prescripte possessionis Enyud prenominatorum Nicolai et Stephani filiorum Thome, universis vicinis et commetaneis eiusdem legitime convocatis et presentibus accessissent, et eandem hoc modo reambulassent per suas veras metas et antiquas: primo incipiendo a plaga meridionali a tribus metis antiquis penes easdem duas metas novas erexissent; inde procedendo ad orientem devenissent ad duas arbores piri, a quibus divertendo venissent ad unam vallem, in qua reperissent unam metam distinguentem de possessione abbatis de Borsmonustura Pereznye vocata, et abinde procedendo ad parvam distanciam venissent ad unam viam transeuntem ad civitatem Chepregh, iuxta quam unam metam antiquam reperissent, modo simili separantem et penes singula earum metam erexissent, et abinde procedendo ad septemtrionem devenissent ad unam arborem piri, sub qua unam metam

Digitized by Google

antiquam reperissent, dicte possessionis separantem a possessionibus filiorum Pauli dicti Chuz similiter Enyud vocata, penes quam aliam novam metam erexissent, et inde procedentes ab occidente per semitam transeundo virgultum venissent ad fluvium Rapcha, quem transeundo per pratum, ad eandem plagam in eodem prato invenissent unam metam distingentem a possessione Franklow possessioni Enyud predicte, circa quam eciam aliam novam metam erexissent; dehinc processissent versus monasterium beate virginis cisterciense, devenissent ad pratum sacerdotis vocatum, tendendo ad orientem devenissent ad quandam arborem ilicem vulgariter tulfa vocatum, sub qua unam metam reperissent eiusdem possessionis, penes quam aliam novam erexissent; inde procedendo ad orientem, ad latus cuiusdam montis sub quadam arbore piri reperissent unam antiquam metam eidem possessioni Enyud separantem ab alia possessione filiorum Pauli dicti Chuz similiter Enyud vocate, et penes eam unam novam metam posuissent, et ab illo loco procedendo ad duas arbores piri versus septemtrionem, sub quibus una meta inventa, aliam metam novam erexissent, inde divertendo ad occidentem, ad unum locum molendini abbatis de Borsmonustura, ibidem eciam reperissent unam metam antiquam dicte possessionis, penes quam nova posita, veniendo iterum ad pratum versus meridiem; inde iuxta fluvium Rapcha unam metam veterem reperissent, sub una arbore, penes quam aliam novam erexissent, et ab inde iterum transeundo fluvium Rapcha iterum pervenissent ad priores metas, ubi incepissent, et sic eandem possessionem reambulatam et ab aliorum possessionibus metaliter distinctam, reliquissent prefatis Nicolao et Stephano filiis Thome, nullo contradictore existente, perpetuo possidendam. Datum quarto die diei reambulacionis predicte, anno domini supradicto.

I. Lajos királynak «Wissegrad in festo beati Bartholomei» 1364-ben kelt s Enyudi Tamás és fiai István s Miklós kérésére kiállított megerősitő átiratából; melyet azután I Lajos király »Stephanus filius Thome de Enyud sua ac Emerici et Johannis filiorum condam Nicolai fratris sui uterini de eadem Enyud in personis« előterjesztett kérésére 1378-ban »13-o kalendas Marci« jeles alakban ismét átirt és megerősített; ennek eredetije az orsz. ltárban őriztetik, N. R. A. 630. 18. dipl. oszt. 4681. Az 1364-ki átirat is megvan u. ott, N. R. A. 333. 16. dipl. oszt. 5176.

Digitized by Google

202. *Szécsi Miklós országbiró ítélete Csér nevű birtokról, melynek egy részéből Cséri Péter fiai Cséri Lukácsot azon okból akarták kizárni, mert az külön határt képez, s Beketelek név alatt az ő tulajdonuk; a vitás kérdést az országbiró bajvivással rendelte eldöntetni, azonban a felek akkép egyeztek ki, hogy Cséri Péter fiai követelésükről lemondottak. Visegrád, 1358. jan. 2.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie serenissimi principis domini Lodovici dei gracia incliti regis Hungarie comitatusque de Turuch tenens honorem, memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Lucasius filius Benedicti de Cher, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum, in quindenis residencie exercitus regii contra venetos moti et ad quindenas diei medii Quadragesime proxime preteritas proclamate, ad nostram accedendo presenciam contra Nicolaum et Petrum filios Petri de eadem Cher in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quod predicti Nicolaus et Petrus filii Petri ipsum ab usu possessionis sue hereditarie Cher vocate prohiberent, et eandem ei uti ac fructus et utilitates eiusdem percipere non permitterent; unde ipse huiusmodi prohibicionis racionem scire voluerat ab eisdem. Quibus perceptis predictus Nicolaus pro se personaliter et pro predicto Petro cum procuratoriis literis capituli ecclesie de Posoga exurgendo responderat eo modo, quod ipse et dictus Petrus frater suus predictum Lucasium ab usu predicte possessionis Cher vocate et utilitatum eiusdem percepcione non inhiberent, imo nullam sibi facerent contradiccionem, sed predictus Lucasius quandam particulam terre ipsorum Beketelek appellatam a Cosma filio Simonis titulo emcionis ad ipsos deventam potencialiter uteretur, fructus et utilitates eiusdem percipiendo; et ex eo ipsi eundem Lucasium ab usu predicte particule terre Beketelek vocate, premisso titulo emticio ipsis pertinentis prohibuissent; super ipsaque terra Beketelek vocata efficacia haberent instrumenta, que in instanti posset

Digitized by Google

exhibere; et ibidem quasdam literas capituli ecclesie Castriferrei privilegiales, anno domini M° CCC° tricesimo secundo confectas nobis presentarat, per quarum tenores seriose edocebamur, quod Cosmas filius Simonis de Beketelek de comitatu Soproniensi coram dicto capitulo ecclesie Castriferrei personaliter constitutus, quia propriorum filiorum et heredum solacio se dixisset carere, dimidietatem possessionis sue videlicet possessionariam porcionem Salamonis filii Buch fratris prescripti Simonis patris sui, nepotibus eiusdem Salomonis, scilicet Nicolao et Petro filiis Petri de Cher, a domina Katha filia Isyp nepte eiusdem Salomonis procreatis, pro dote et rebus parafernalibus domine Elizabeth filie Johannis de Buch, quondam consortis pretacti Salamonis, ave prescripte domine Katha, necnon pro quarta filiali eiusdem Katha matris Nicolai et Petri filiorum Petri de Cher prescriptorum, ad expedicionem et satisfaccionem dotis et quarte filialis prescriptarum dedisset, contulisset et tradidisset cum suis utilitatibus omnibus, terris arabilibus, silvis, pratis, nemoribus et aliis pertinenciis suis universis, ipsis inquam Nicolao et Petro filiis Petri de Cher, coram iam dicto capitulo ecclesie Castriferrei perpetuo et irrevocabiliter possidendam in filios filiorum heredumque per heredes; quo facto idem Nicolaus filius Petri pro se et pro Petro fratre suo personaliter coram ipso capitulo ecclesie Castriferrei comparendo eundem Cosmam super premissis dotaliciis et quarta filiali reddidisset esse expeditum. Preterea antedictus Cosmas filius Simonis aliam dimidietatem eiusdem possessionis Beketelek, scilicet propriam suam possessionariam porcionem, pro decem marcis denariorum latorum viennensium, quas se plenarie recepisse fuisset confessus, vendicioni exposuisset et vendidisset, cum utilitatibus suis et quibuslibet attinenciis suis omnibus, eisdem Nicolao et Petro filiis Petri de Cher proximis suis prelibatis, similiter perpetuo et irrevocabiliter possidendam, in filios filiorum. Cui quidem possessioni Beketelek vocate a parte aquilonis terram domini regis Ferteud nominatam, ab oriente terram nobilium hominum Zemere vocatam, a meridie terram similiter nobilium Benyd nuncupatam, ab occidente possessionem

Digitized by Google

Cher videlicet ipsorum Nicolai et Petri ac Chepani fratris eorum, qui personaliter aderant, ceterorumque proximorum suorum vicinas et contiguas retulissent, a quibus undique per metarum distinccionibus asseruissent separatam. Quarum quidem literarum exhibicionibus factis et perceptis continenciis earumdem prememoratus Lucachius allegarat eo modo, quod predicta possessionaria porcio, quam predictum privilegium Beketelek esse, et quam in vicinitatibus et distinccionibus premissis adiacere nominat, non Beketelek sed Cher vocaretur, et ipsam avus et predecessores sui et per consequens ipse semper et ab antiquo pacifice et quiete tamquam ius ipsorum hereditarium conservassent, et nunc ipse eandem teneret et possideret; predictaque terra Beketelek vocata esset terra castrensium, ac nunc ad castrum Kapw vocatum pertineret, ab ipsaque possessionaria porcione ipsorum hereditaria Cher vocata distincta esset, et per se adiaceret. In cuius contrarium predictus Nicolaus filius Petri sua et dicti Petri fratris sui in personis obicerat eo modo, quod ipsa terra, quam predictum nominat privilegium, non Cher, sed Beketelek vocaretur . . . . . et principaliter predictus Cosmas filius Simonis, venditor eiusdem possessionarie porcionis et demum ipsi ab emanacione dicti privilegii capituli Castriferrei eandem possessionariam porcionem Beketelek vocatam, premisso titulo emticio pacifice et quiete possedissent, sed eandem anno preterito predicto Lukachyo pro capeciis utendam tradidisset, sed ipse Lucachius nullam capeciam ipsis . . . . . terra eorum dando, eandem ad possessionariam porcionem suam propria sua auctoritate applicando uteretur. Verum quia predictus Lucachius prenotatam possessionariam porcionem non Beketelek sed Cher vocari, dictamque terram Beketelek castrensium fore et ad castrum Kapw pertinere, ac ab ipsa possessionaria porcione sua distinctam fore et per se adiacere, annotatus vero Nicolaus eandem non . . . . . Beketelek vocari et sibi ac predicto fratri suo premisso titulo emticio pertinuisse et pertinere debere, ac per predictum Lucachium indebite occupatam fore contrariose allegarant, nosque de huiusmodi parcium contrariosa allegacione communi inquisicione in

Digitized by Google

facie eiusdem possessionarie porcionis fienda volueramus sciscitari, capitulo ecclesie Jauriensis literatorie scribentes amiciciam ..... diligenter, quatenus eorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimoniis fidedignos, quibus presentibus Johannes de Keer vel Lucachius de eadem sive Nicolaus filius Ompud aut Georgius de Potyond pro parte predicti Lucachii actoris, item Lucachius de Ikva vel Dominicus filius Tayma sive Philippus filius Erne aut Nicolao frater Iwan de Geresd ..... causam attractorum aliis absentibus homines regii, feria secunda proxima post quindenas festi Penthecostes proxime nunc venturas ad faciem predicte possessionarie porcionis Beketelek vocate, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus, accedendo, predictoque privilegio capituli ecclesie Castriferrei per ipsos Nicolaum et Petrum in specie inibi ..... nes metales in dicto privilegio contentas reambularent, factaque ipsa reambulacione ab eisdem vicinis et commetaneis et ab aliis, a quibus decens et opportunum fieret, de eo, utrum dicta possessionaria porcio sub premissis distinccionibus in preexhibito privilegio contentis adiacens, non Beketeleke, sed Cher nominaretur et eandem avus et predecessores ipsius Lucachii ..... et ab antiquo pacifice possederunt et nunc ipse Lucachius possideret, ipsaque terra Beketeleke vocata a dicta possessionaria porcione Cher vocata distincta sit, et in alio loco existat, necnon ad predictum castrum pertineret vel eadem possessionaria porcio sub premissis distinccionibus in dicto privilegio contentis existens, Bekeuteleke ..... app ..... Nicolao et Petro premisso titulo emticio ..... que ab emanacione dicti privilegii ..... usi fuerint et possederint, et eadem eidem Lucachyo pro capeciis, ut est premissum, ... idemque Lucachius ipsam possessionariam porcionem Beketeleke vocatam ..... eisdem dand ..... porcionem ... in dicta possessione Cher habitam propria sua auctoritate applicaverit, simul semel et invicem procedendo, deum ferendo

Digitized by Google

(pre oculis) favore, amore et odio utrarumque parciun . . . . . scirent et inquirerent meram et omnimodam veritatem. Et post hec seriem ipsius possessionarie reambulacionis et communis inquisicionis cum propriis et possessionum . . . . . etur nominibus et tocius facti processu ad octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturas regie fideliter rescribere debuisset maiestati capitulum Jauriense prenotatum. Cumque discussio reportate seriei premisse communis inquisicionis ab eisdem octavis festi nativitatis beati Johannis Baptiste ad octavas festi beati Michaelis archangeli iuxta continenciam literarum nostrarum . . . . . prorogata; denique ipsis octavis festi beati Michaelis archangeli advenientibus, Andreas filius Benedicti de Cher pro eodem Lukachyo fratre suo cum procuratoriis literis domini Nicolai Konth palatini ab una, et predictus Nicolaus filius Petri de eadem Cheer personaliter parte ex altera, ad nostram accedentes presenciam literas prememorati capituli ecclesie Jauriensis domino nostro regi rescriptas nobis presentavit, inter cetera declarantes, quod ipsum capitulum literis nostris amicabiliter receptis, secundum earumdem continenciam unacum Lukachyo de Keer, pro parte actoris et cum Lukachyo de Ikua pro parte in causam attractorum hominibus regiis, discretos viros magistros Stephanum et Benedictum socios et concanonicos eorum pro testimoniis fidedignos duxissent dirigendos, qui tandem ad ipsum capitulum reversi eidem concorditer retulissent, quod ipsi feria secunda proxima post quindenas festi Penthecostes proxime preterita, ad faciem possessionarie porcionis Beketelek vocate universis vicinis et commetaneis legitime illic convocatis, pro parte actoris Andrea filio Benedicti cum sufficienti procuratario magnifici viri Nicolai Konth regni Hungarie palatini, Nicolao vero filio Petri personaliter inibi existentibus, Petro vero nec pro se nec per legitimun procuratorem inibi comparente, allegantes eundem esse in exercitu regio, quod comprobarent loco et tempore opportunis, accessissent; ibique accedendo Nicolaus filius Petri privilegium capituli ecclesie Castriferrei in facie dicte possessionarie porcionis Beketelek exhibuisset, et eandem iuxta distincciones metales

Digitized by Google

in eodem privilegio contentas, hoc modo reambulassent: primo a parte aquilonis incipiendo invenissent unam metam terream, et inde procedendo per magnum spacium invenissent diversas metas terreas versus eandem plagam separantes terre Ferteu domini regis a possessione Beketelek, deinde processissent ad partem orientalem et devenissent ad terram nobilium hominum Zemere vocatam, ubi invenissent plures metas eorumdem nobilium, separantes possessioni Beketelek, a qua plaga veniendo versus meridiem, devenissent ad possessionem nobilium Geresd vocatam, ubi eciam plures metas reperissent, deinde processissent ad partem occidentalem et devenissent ad metas possessionis Cher, ubi reperissent sub quadam arbore piri unam metam terream, satis evidentem; quas quidem metas modo premisso perambulatas possessionum prelibatarum Nicolaus filius Petri secundum continenciam dicti privilegii sui separare asseruisset eciam possessionarie porcionis sue Beketeleke nuncupate; e converso vero procurator eiusdem Lucachy actoris dixisset, quod omnes mete possessionum prenominatarum separarent et distingerent possessionem Lukachy Cher vocatam et essent eiusdem possessionis Lucachy mete, et separarent a commetaneis suis, ab ultima tamen meta reperta sub arbore piri eundo usque ad priorem metam terre Ferteu, ubi reambulacionis inicium habuisset, nullam metam invenissent. Factaque ipsa reambulacione simul et invicem procedendo falsitate remota, primo pro parte ipsius Lucachy filii Benedicti quamplures nobiles in eisdem literis nominatim inserti diligenter et conscienciose per ipsos requisiti retulissent, quod predicta possessionaria porcio sub premissis separacionibus metalibus in predicto privilegio contentis, non Beketelek sed Cher nominaretur, et eandem avus ipsius Lucachy et ipse Lucachyus, sub hoc nomine Cher, semper et ab antiquo possedissent et nunc ipse Lucachyus possideret, ipsaque possessio Beketelek vocata a possessionaria porcione Cher dicta distincta esset et separata, et esset in alio loco in alia possessione, pertinente ad castrum Kapu, et pertineret ad idem castrum. Demumque modo simili quamplures nobiles ex parte eorumdem Nicolai et

Digitized by Google

Petri filiorum Petri similiter in eisdem literis capituli Jauriensis explicati affirmassent, quod predicta possessionaria porcio sub premissis distinccionibus in memorato privilegio existens, Beketelek et non Cher nominaretur, et eadem prenominatis Nicolao et Petro filiis Petri titulo emticio pertinuisset, eandemque ab emanacione dicti privilegii sub eodem nomine Beketelek usi extitissent et possedissent et eandem sepefato Lukachyo pro capeciis anno, ut est prehabitum, preterito tradidissent, idemque Lucachyus eandem possessionariam porcionem Beketelek nominatam, nullam capeciam eisdem filiis Petri dando, ad possessionariam suam porcionem in dicta possessione Cher habitam propria sua potencia applicasset. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continenciis earumdem, prefatus Andreas procurator ipsius Lucachy fratris sui eidem Lucachyo ac predictus Nicolaus sibi sub premissis iusticie complementum per nos elargiri postularunt. Unde quia premissa inquisicio pro ambabus partibus facta fore cernebatur, ideo cum ipsum Nicolaum filium Petri in eo, si premissam causam suam duelli certamine vel iuramentali deposicione vellet terminare iuridice requisitum habuissemus, tandem prescriptus Nicolaus eandem causam duelli certamine sponte preelegerat terminandam. Igitur nos unacum nobilibus regni nobiscum in iudicio sedentibus commiseramus iudicantes eo modo, quod prefatus Lucachius filius Benedicti super eo, ut predicta possessionaria porcio, sub premissis distinccionibus in preexhibito privilegio contentis adiacens, non Beketelek sed Cher nominaretur, et eandem avus et predecessores sui, et per consequens ipse scilicet Lukachyus sub hoc nomine Cheer semper et ab antiquo pacifice possederint, et nunc ipse possideret, ipsaque terra Beketelek vocata a dicta possessionaria porcione Cher vocata distincta et in alio loco existeret necnon ad castrum Kapw pertineret, pugilem congressum, item prefatus Nicolaus filius Petri super eo, quod eadem possessionaria porcio sub premissis distinccionibus in dicto privilegio contentis et existens, Beketelek et non Cher appellaretur, et eadem sibi sub premisso titulo emticio pertineret, ipsamque ab emanacione dicti privilegii sub

Digitized by Google

isto nomine Beketelek usus fuerit et possederit, et eandem eidem Lucachyo pro capeciis, anno ut est premissum preterito, tradiderit, et idem Lukachyus ipsam possessionariam porcionem Beketelek vocatam, nullam capeciam sibi dando, ad possessionariam porcionem suam in dicta possessione Cher habitam propria sua auctoritate applicaverit, modo simili pugilem congressum, quos meliores et agiliores invenire possent super equis et in armis militaribus ad id aptis, in quindenis festi Epiphaniarum domini proxime tunc venturis, in area certaminis duelli, in conspectu regie maiestatis, contra se se pugnaturos statuere tenerentur; et ne dimicacio ipsius duelli ad crepusculum noctis differatur, commiseramus, ut si qua parcium usque sonum campane vesperarum suum pugilem in equum ascendi, et ipsum duellum dimicari non faceret contra partem alteram dictum duellum dimicari facere volentem, in succubitu ipsius duelli convicta haberetur, iuxta constitucionem regie maiestatis. Tandem secundo die diei Strennarum videlicet ante predictum terminum dimicacionis ipsius duelli, predictus Lukachyus personaliter ac annotatus Nicolaus filius Petri similiter personaliter ad nostram venientes presenciam, se in facto dimicacionis premissi duelli ad pacem et concordie unionem per nos transmitti postularunt devota cum instancia; et cum nos easdem partes in facto predicti duelli ad ipsius pacis et concordie unionem transmisissemus, demum predictus Lukachyus unacum Deseu et Andrea fratribus suis ab una, item sepefatus Nicolaus filius Petri parte ab altera eodem die ad nostram ac prelatorum et baronum regni redeuntes presenciam, se super facto dimicacionis pretacti duelli taliter concordasse retulerunt et concordarunt coram nobis, quod ipse Nicolaus filius Petri quia predictam possessionem Beketelek vocatam, que in predicto privilegio capituli Castriferrei continetur, veraciter alias et in alio loco esse et existere rescivisset, ob hoc ipse scilicet Nicolaus premissam possessionem seu terram in prescripto privilegio capituli Castriferrei sub metis et distinccionibus in eodem privilegio existentibus contentam, quam scilicet idem Nicolaus hoc nomine Beketelek ipse . . . . . iose

Digitized by Google

in nostro iudiciario examine, ut est pretactum, dixissent, prefato Lucachyo ac Deseu et Andree fratribus suis eorumque heredibus et successoribus nomine possessionis ipsorum Lucasii et fratrum suorum hereditarie Cher nominate perpetuo et irrevocabiliter remisissent et resignasset . . . . . pacifice tenendam, possidendam et habendam; predictum privilegium ipsius capituli Castriferrei ipsam possessionem Cher modo predicto sub hoc nomine Beketelek continens vanum, cassum et viribus carere committens coram nobis, tali obligacione mediante, quod si ipse Nicolaus vel successores sui . . . . . vel heredes aut posteritates eorum racione prescripte possessionis seu terre nomine terre seu possessionis Cher nominate eis modo prehabito per ipsum pacifice resignate, molestarent aut in causam seu litem attraherent, ex tunc in succubitu duelli facti potencialis . . . . . literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem filiis Benedicti duximus concedendas. Datum in Wissegrad, secundo die diei Strennarum prenotato, anno domini M° CCC° quinquagesimo octavo.

Rozgonyi Simon országbirónak és Asszonyfalvi Ostffy János fiának Lászlónak, kik Sopronmegye részéről Chepreg oppidumban «feria secunda post festum s. Trinitatis» 1410-ben közgyülést tartottak, «in causa inter Petrum filium Petri filii Andree filii Zolardi, ac Johannem filium Lorandi fili dicti Zolardi de Chery, et inter Laurencium filium Stephani filii Benedictii de eadem Chery superfacto possessionarie divisionis possessionis Chery», ez utóbbinak kérésére kiállított átiratából. Rozgonyi Simon országbiró átirata eredetben a h. Batthányi cs. körmendi ltárában öriztetik; (ad Unyomiana Nr. 29.)

203. *A győri káptalan előtt Kisfaludi János és fiai Rábaközből, Miháli Ugrin fiát Pált a Répcze folyón egy malom vizének levezetésétől tiltják. 1358.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis, damus pro memoria, quod Nicolaus filius Johannis filii Laurencii de Kysfolud de districtu Rabaguz, suo et dicti patris sui necnon Stephani, Laurencii et Ladislai fratrum suorum nominibus, ad nostram veniendo presenciam, in forma protestacionis nobis significare curavit, quod in quindenis festi Omnium Sanctorum.

Digitized by Google

cuius iam septima adveniret revolucio annualis, Paulus filius Wgrini de Nogmihal proximus eorum, eis multa damna intulisset, videlicet unum molendinum ipsorum in fluvio Repcha existens, in propria eorum possessione per vicecastellanum de Kapu videlicet Nicolaum filium Nicolai nequiciose demactari et per mactacionem removeri de loco suo debito fecisset; et aquam, quam cum clausura vulgariter Oztorow vocata servare debuisset, intra metas sue possessionis existentem super possessione eorum dimisisset transire, super quo sepe petivissent, ut recluderet, prout ad hoc teneretur, et adhuc flueret super terras arabiles et prata, fenilia et silvam eorum, ex cuius fluxu continuo terre eorum arabiles, prata et silva essent annihilate, quare silva foret arestata omnino, et de die in diem incessanter infert iniurias ad destruccionem possessionis eorum memorate, et cum ipsum habuissent rogatum sepissime, quod meatum aque permitteret ipsos recludere per expensas et iobagiones eorum, ut utilitates dicte possessionis eorum possint percipere, idem Paulus dixisset, quod si transitum aque vellent prohibere per aliquod obstaculum, ipse meatum aque transire faceret recte super domos ipsorum, et ab illo tempore incipiendo plusquam trecentarum marcarum damni ipsis intulisset; super quo a nobis literas nostras protestatorias sibi et dicto patri suo ac fratribus suis predictis dari postulavit, quas eisdem concessimus communi iusticia requirente. Datum in quindenis festi sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° quinquagesimo octavo.

Papíron hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Közölve Véghely Dezső másolatából.

204. *Az alispán és a szolgabirák bizonyitványa, hogy Egered nevű erdő Sopron város örök tulajdona. 1358. jun. 4.*

Nos Nicolaus vicecomes comitatus Supruniensis et iudices nobilium de eodem significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod universitas nobilium provincie prenotate, in sede nostra iudiciaria existentes, diligenti

Digitized by Google

scrutinio inter se habito et investigando, talem scivissent veritatem, quod silva Agreden vocata semper et omni tempore ad predictam civitatem Supruniensem pertinuisset et nunc pertinere dinosceretur. Ad cuius rei memoriam nostras concessimus literas munimine nostri sigilli roboratas. Datum feria secunda proxima post festum corporis Christi, anno domini M° CCC° LVIII°.

Papiron, három pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában. Lad. G. 1. 25.

205. *A győri káptalan előtt Péter fia Lőrincz, Nyék ura, Urkund nevű birtokát Fridul fiának, Péternek, zálogba adja. 1358. aug. 3.*

(C)apitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui in se credentibus salutem dat eternam. Quum pactum inter homines ordinatum tunc remanet stabilitum, quando scripti serie autenticatur, proinde ad universorum noticiam harum serie volumus fieri manifestum, quod nobilis vir magister Laurencius filius Petri dominus de Nyek ab una, ab altera vero Petrus filius Fridul nobilis de Kal comitatus Supruniensis, coram nobis personaliter constituti, idem magister Laurencius quandam possessionem suam propriam nulli alteri fratrum suorum pertinentem, Vrkun vocatam, in dicto comitatu habitam et existentem, habitatoribus destitutam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, usibus, proventibus sub circumferencia totali metarum circumiacencium pignori obligavit coram nobis prefato Petro filio Fridul de dicta Kal, ab emanacione presencium per viginti annos integros successive computandos, pro viginti libris denariorum viennensium plene iam perceptorum et habitorum ab eodem, condicionibus infradeclarandis adiectis et inter partes ordinatis, quod si predictus Laurencius aut heredes sui ante dictos viginti annos memoratam possessionem Vrkun redimere vellet sive vellent ab eodem Petro, vel si ipsum interim mori contingeret, a domina coniuge sua filia Dietrici iudicis de Supprunio, non aliter quam pro quadraginta libris denariorum rehabere

Digitized by Google

possint titulo redemcionis; completis vero viginti annis quandocunque sepelibatus magister Laurencius aut heredes sui redimendi habuerint facultatem ab ipso vel a consorte sua quocumque tempore voluerint semper pro priori summa pecunie videlicet pro viginti libris denariorum rediment et redimere valebunt, infra vero spacium viginti annorum et eciam post, si redemcio dicte possesionis fieri nequierit in anno vigesimo, in dominio ipsius possessionis Vrkun sepenominatum Petrum filium Fridul et dominam consortem suam contra omnes fratres, proximos, vicinos et commetaneos conservare tenebitur aut heredes sui tenebuntur, ut asumsit; idem vero Petrus eandem possessinem nemini proximorum suorum in vita vel in morte dare aut legare poterit, nisi domine consorti sue et cui per ipsam debebit ipsa non existente. Ceterum omnia edificia incolarum sive inhabitancium dictam possessionem, facta redemcione, libere eidem magistro Laurencio aut suis heredibus resignare tenebuntur, exceptis edificiis propriis, que in curia sua construxerit, quia illa estimabuntur per probos homines et secundum estimacionem proborum hominum sepelibatus magister Laurencius aut heredes sui valorem eorumdem hedificiorum ipsi Petro aut domine coniugi sue exsolvere tenebuntur, prout omnia premissa et singula premissorum inter partes coram nobis extiterunt ordinata pariter et asumta. In cuius rei memoriam et inconcussam stabilitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales appensione sigilli nostri autentici roboratas. Datum in festo invencionis Stephani prothomartiris, anno domini M° CCC° L° octavo, dominis Briccio preposito, Francisco lectore, Michaele cantore, Emerico custode et ceteris dominis ac fratribus ecclesie nostre existentibus; quarum aliud par ad registrum communitatis fecimus inscribi.

Zöld czernán függő pecséttel, eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1509. 35. dipl. oszt. 4776.

Digitized by Google

206. *A győri káptalan előtt János fia Tamás viczai nemes, Család, Bala, Lubd, Széplak és Vicza nevű birtokokban Belid fia János után örökölt birtokrészét Höfleini Simonnak zálogba adja. 1358. aug. 28.*

Nos capitulum Jauriensis ecclesie memorie commendamus, quod Thomas filius Johannis nobilis de Vyccha comitatus Suppruniensis coram nobis personaliter constitutus, confessus extitit, quod directam medietatem possessionariarum porcionum olim Johannis filii Belyd nunc vero ipsum iure hereditarie successionis in possessionibus videlicet Chalat, Bala, Lubd et Zeplak vocatis contingencium cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis universis, piscinis, specialiter pratis, fenilibus, pascuis et silva, item in villa Viccha sex curias, scilicet quatuor curias cum media ab oriente et unam curiam cum media a plaga occidentali in eadem linea situatas, nec non unam rotam molendinarem unius molendini exterioris in fluvio Raba intra metas possessionis Vyccha predicte existentis, in medio ipsius molendini molentem, similiter cum omnibus utilitatibus suis, pignori obligasset et obligavit coram nobis nobili viro magistro Simoni de Heflyng de comitatu Suppruniensi predicto pro viginti quinque marcis latorum denariorum viennensium pro marca qualibet decem pensis computatis, plene iam habitis ab eodem, eo videlicet modo, quod quandocunque in posterum ipsi Thome vel suis heredibus facultas suppetet redimendi, redimere poterit pro eadem summa pecunie viginti quinque marcarum sine gravamine dupli ab eodem; medio autem tempore scilicet usque ad tempus redemcionis usus et utilitates porcionum obligatarum percipiet et habebit predictus Simon pleno iure, ita tamen, quod alteri obligare vel vendere non poterit magister Simon prenotatus; hoc eciam adiecto quod quicunque eundem aut suos posteros predictarum obligacionum quovis titulo agravarent, extunc ipse aut heredes sui expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis, excepto facto potenciario. Datum feria tercia proxima ante festum decollacionis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° L° octavo.

Digitized by Google

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 5. dipl. 4786.

207. *Konth Miklós nádor által Csepregben tartott közgyülésen Koloni Pető, Felcsákáni Jensul Jánost Tötcsákán nevű birtok határában egy malom használatától tiltja. Csepreg, 1358. sept. 14.*

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Supruniensis, feria secunda proxima post festum Nativitatis virginis gloriose prope villam Chepereg celebrata, magister Peteu de Kolon de medio ceterorum personaliter exsurgendo, per modum protestacionis nobis significare curavit, quod Johannes dictus Jensul in Fulchakan commorans, in territorio possessionis sue Totchakan vocate unum molendinum absque sua voluntate atque dacione conservaret, nec debitum et proventus eiusdem sibi dare curaret ab eodem; qua protestacione facta ibidem eundem Johannem dictum Jensul personaliter astantem, facie ad faciem ab ulteriori conservacione seu detencione dicti molendini in territorio premisse possessionis sue Totchakan nuncupate, existentis, prohibuit et interdixit coram nobis. In cuius protestacionis et prohibicionis testimonium presentes eidem magistro Peteu concessimus, communi iusticia exigente. Datum quinto die congregacionis predicte, in loco annotato, anno domini M° CCC° L° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

208. *Konth Miklós nádor a csepregi közgyülésen Mihályi Pétert és Pált birságolja azért, mert Kisfaludi Lörincz fia János őket osztályrésze kiadása végett megidéztette, de nem jelentek meg. Csepreg, 1358. sept. 15.*

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Suproniensis feria secunda proxima post festum Nativitatis beate virginis

Digitized by Google

prope villam Chepregh celebrata Johannes filius Laurencii de Kysfalud et Nicolaus literatus filius eiusdem de medio ceterorum exsurgentes proposuerunt eo modo, quod ipsi unacum Paulo filio Vgrini, Dominico, Petro et Paulo filiis Johannis filii Dominici de Nagmihal ab uno avo egressi, in una forent possessionaria divisione; unde si in eorum possessionibus predecessores eorum fuissent divisi, extunc par ipsorum literarum divisionalium ab eis habere vellent, (cum) ipsa divisionaria instrumenta apud ipsos non haberentur, si vero eorum predecessores in eorum possessionibus divisi non fuissent, extunc de universis possessionibus eorum divisionem habere vellent racione patruelis fraternitatis congruentem; cum idem Petrus et Paulus per annotatos Johannem filium Laurencii et Nicolaum literatum filium suum legitimis diebus dicte nostre congregacionis expectati non venerunt nec miserunt, ideo eosdem decrevimus in iudiciis fore convictos, si se racionabiliter non poterunt excusare. Datum sexto die congregacionis predicte, in loco annotato, anno domini M° CCC° L° octavo.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban.

209. *Konth nádor bizonyságlevele a királyi kürtösöknek Kürtösmegyer nevü birtokáról és annak a Czirákra és Szemerébe vezető útak mentén megjelelt határáról. Csepreg, 1358. sept. 18.*

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Supruniensis, feria secunda proxima post festum Nativitatis virginis gloriose, pro compescendis furibus et latronibus ac quibuslibet malefactoribus exterminandis, necnon pro communi iusticia cunctis querelantibus impendenda, prope villam Chepregh celebrata, Michael, Stephanus, Demetrius et Johannes sacerdos filii Lamperti de Kurtusmeger, de medio ceterorum exsurgendo proposuerunt eo modo, quod progenitores ipsorum et prede-

Digitized by Google

cessores ac ipsi buccinatores regii extitissent, et possessio Kurtusmeger vocata premisso titulo buccinatorio sibi pertineret, que nunc desolata et per manus alienas occupata haberetur, in cuius dominium legitime introire vellent, si contradiccio cuiuspiam sibi non obstaret; et ut eadem terra Kurtusmeger premissa condicionario iure, titulo hereditario, progenitoribus suis et per consequens sibi pertinuerit et debeat pertinere, vicecomitibus nostris et iudicibus nobilium, iuratisque assessoribus constaret evidenter, quos requirere dignaremur, equitate svadente. Cum itaque predictos vicecomites nostros et iudices nobilium iuratosque assessores dicte congregacionis nostre ad fidem eorum deo debitam et fidelitatem sacre regie corone conservandam, tacto vivifice crucis ligno prestitam, ut qualiter eis premisse possessionis Kurtusmeger veritas constaret, nobis seriatim enarrarent, requisitos habuissemus, iam nominati vicecomites nostri, iudices nobilium iuratique assessores ad premissam fidem et fidelitatem satis moroso tractatu inter se prehabito, eandem possessionem Kurtusmeger predictis Michaeli, Stephano, Demetrio et Johanni sacerdoti filiis Lamperti et suis progenitoribus premisso titulo buccinatorio hereditario iure pertinuisse et pertineri debere unanimi et concordi testificacione affirmarunt, qua testificacione peracta, sepius nominati filii Lamperti ad reambulandam et sibi statuendam prememoratam possessionem, homines regium et nostrum ac testimonium capituli Albensis ecclesie transmitti postularunt; cumque nos iuridicis peticionibus eorumdem Michaelis, Stephani, Demetrii, et Johannis sacerdotis filiorum Lamperti inclinati, unacum Andrea filio Cosme de Saagh per magistros Nicolaum Nemze et Michaelem Zudor appellatos aule regie iuvenes familiares una nobiscum ad quelibet iuridica negocia congregacionum nostrarum per totum regnum Hungarie in quibuslibet comitatibus ipsius regni Hungarie celebrandarum exsequenda, per regiam benignitatem una nobiscum destinatos transmisso, Geche hominem nostrum simulcum Johanne filio Demetrii per honorabilem et discretum virum magistrum Petrum rectorem ecclesie sancti Nicolai confessoris de Alba per honorabile capitulum ipsius Albensis ecclesie pro testi-

Digitized by Google

monio eorum, ad regium, literatorium edictum per totum ambitum regni in congregacionibus per nos ubilibet celebrandis, similiter ad quelibet negocia earumdem congregacionum nostrarum exsequenda deputatum, destinato, ad reambulacionem et statucionem iuridicam ipsius possessionis Kurtusmeger prefatis filiis Lamperti, si contradiccio cuiuspiam sibi non obstaret, faciendam transmisissemus, demum iidem ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, ut cum ipsi die dominico proximo post festum Exaltacionis sancte crucis, ad faciem dicte possessionis Kurtusmeger nominate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque primo per suas veras metas et antiquas reambulando, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eandem spectantibus, sub eisdem metis et terminis infra specificatis, eisdem Michaeli, Stephano, Demetrio et Johanni sacerdoti filiis Lamperti statuissent perpetuo possidere, tenere et habere, nullo penitus contradictore inibi apparente; cursus autem metarum, quibus dicta possessio Kurtusmeger ab aliorum possessionibus distingeretur, prout iidem regius noster et dicti capituli homines nobis retulerunt, is est: quod primo inciperetur iuxta magnam viam, que esset inter Ferthev et Kurtusmeger, ubi essent due mete terree, inde tenderet supra ad orientem in eodem cursu ad unam arborem vulgariter zylfa dictam, inde directe procedendo tenderet ad unam metam terream, ubi essent due arbores ilicee, inde iret directe ad unam magnam viam, que ducit ad Syraky, et pergendo in eadem via in una silva iret ad quatuor metas, ibique separaret in quatuor partes, indeque vergeret ad partem meridionalem ad magnam viam, que ducit ad Zemere, iuxta quam esset una meta terrea, item ab eadem via magna tendendo ad partem occidentalem in longitudine unius iugeris ad unam pirum, sub qua esset una meta terrea, inde progrediendo iuxta quoddam nemus esset una meta terrea abhinc veniendo iuxta pratum Lodomerii invenissent unam metam terream, et in fine eiusdem prati invenissent unam metam terream, abhinc procedendo invenissent aliam metam terream et ibi cursus ipsarum metarum dictam possessionem,

Digitized by Google

Kurtusmeger ab aliorum possessionariis iuribus distingentes terminarentur. Verum quia in prememorata congregacione nostra predicto comitatui Supruniensi celebrata, prefati Michael, Stephanus, Demetrius et Johannes sacerdos filii Lamperti se buccinatores regios a suis primis progenitoribus fuisse et esse asserendo, predictam possessionem Kurtusmeger premisso titulo buccinatorio sibi semper pertinuisse et pertineri debere allegarant et ex eorumdem speciali commissione eandem possessionem Kurtusmeger vicecomites nostri et iudices nobilium iuratique assessores ipsius congregacionis nostre ad premissas fidem et fidelitatem tacto vivifice crucis ligno pollicitam per nos requisiti, ipsorum Michaelis, Johannis sacerdotis, Stephani et Demetrii et suorum progenitorum premisso titulo buccinatorio esse et fuisse affirmarant, et demum pretactam possessionem Kurtusmeger per prefatos regium et nostrum homines, testimoniumque dicti Albensis ecclesie capituli convocatis vicinis et commetaneis suis universis per prescriptas metales erecciones legitime reambulando sibi statutam fuisse ex eorumdem didicimus relacione nullo contradictore existente; idcirco prescriptorum vicecomitum nostrorum, iudicum nobilium et iuratorum assessorum, necnon universitatis nobilium ipsi congregacioni nostre adherencium inducti consilio, sepefatam possessionem Kurtusmeger eisdem Michaeli, Stephano, Demetrio et Johanni sacerdoti filiis Lamperti ac suis heredibus premisso titulo buccinatoriorum adiudicamus et relinquimus perpetuo possidendam, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem filiis Lamperti nostras literas privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum octavo die congregacionis nostre predicte, in loco prenotato, anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo octavo.

Lila-, vörös- és rózsaszinű selyem zsinóron függő pecséttöredékkel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 693. 27. dipl. oszt. 4792. Közölve Nagy Gyula másolatából.

Digitized by Google

210. *A vasvári káptalan előtt az Osl nemzetségből való András fia Péter, a Hidegséd és Homok nevű birtokokra vonatkozó okleveleket Kanizsai Lőrincz fiainak kiszolgáltatja. 1358. nov. 9.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendamus, quod cum secundum seriem et continenciam literarum magnifici viri domini Nicolai Konth regni Hungarie palatini convencionalium et composicionalium, exinde confectarum, Petrus filius Andree de Agyagus universas literas suas seu instrumenta, in factis possessionum Hydegsyd et Homok vocatarum confectas seu emanata, venerabili in Christo patri et domino, domino Stephano dei et apostolica gracia episcopo Zagrabiensi, magistris Johanni et Benedicto filiis Laurencii filii Emerici de Chorna in octavis festi Omnium Sanctorum nunc proxime preteritis coram nobis reddere et restituere debuisset, tandem ipsis octavis occurrentibus predictus Petrus filius Andree, ad nostram personaliter accedendo presenciam, exhibuit nobis quasdam tres literas privilegiales honorabilis capituli ecclesie Jauriensis, duas videlicet in consimili forma conscriptas et confectas, in quibus inter cetera comperimus et reperimus, quod nobilis vir comes Gregorius filius Petri de genere Osl quandam particulam porcionis sue scilicet terciam partem tercie partis possessionum Homky *(igy)* et Hydegsyd vocatarum, comiti Andree, fratri suo pro viginti sex marcis pignori obligasset, et postmodum ipsam terciam partem, tercie partis dictarum possessionum, idem comes Gregorius ipsi comiti Andree fratri suo coram eodem capitulo Jauriensi perpetuo commisisset; in tenore vero tercie litere privilegialis inter alia vidimus contineri, quod comes Dionisius filius Bartholomei de Vezeken terciam partem possessionum Homky et Hydegsyd vocatarum nobilibus viris Gregorio et Andree filiis Petri de genere Osl, pro centum et triginta marcis, quas iidem filii Petri eidem comiti Dionisio plenarie persolvissent coram capitulo Jauriensi prenotato relinquisset et remisisset perpetuo et irrevocabiliter possidendam, quas quidem premissas tres literas privilegiales idem Petrus in

Digitized by Google

specie nostri in presencia, prelibato magistro Benedicto pro se personaliter, pro predictis vero domino Stephano episcopo et magistro Johanne fratris *(így)* suis cum procuratoriis literis eiusdem domini Stephani episcopi et conventus Zaladiensis, similiter coram nobis astanti et easdem literas privilegiales recipienti, restituit et resignavit, ut debebat. Datum secundo die octavarum prescriptarum, anno domini M° CCC° L° octavo.

Hátán kerek pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban, lozsi fasc. I. 14. Közölve Nagy Gyula másolatából.

211. *A szolgabirák előtt István fiai Farkas és Demeter s ezek fiai egy részről, más részről Farkas fia Pető és ennek fiai Bozth (Dasztifalu) nevű birtokot maguk között két részre felosztják. 1358. dec. 4.*

Nos iudices nobilium comitatus Soproniensis memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod Farkas et Demetrius filii Stephani (de Bozth) Jacobus et Georgius filii ipsorum ab una, item Pethew filius Farkas, Jacobus, Georgius, Michael, Johannes, Emericus et Nicolaus filii sui parte ex altera coram nobis personaliter constitutis . . . . . per eosdem et assertum, quod ipsi possessionarias porciones ipsorum hereditarias, in predicta possessione Bozth ubilibet existentes, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, scilicet terris arabilibus . . . . . fimatis, pratis et virgultis ad duas partes divisissent quoequales, quod idem Petheu et filii sui antedicti de ipsorum porcione ipsis deventis et . . . . . a prato ipsorum retro . . . . . viam Apavth vocate cum latitudine unius iugeris et medii et ab occidente eiusdem ville Bozth incipiendo usque metales distincciones Gyaloka cum latitudine duorum iugerum remisissent . . . . . Farkas et Demetrio filiis Stephani et filiis ipsorum iamdictis, tali vinculo mediante, quod . . . . . vel eorum posteritates presentem divisionem revocare vel infringere voluerit, extunc contra partem . . . . . observantem in pena reiteratoris cause semel requisite remaneret eo facto, ad quod se partes . . . . . coram nobis

Digitized by Google

presencium mediante. Datum feria tercia proxima ante festum beati Nicolai . . . . . anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo octavo.

A csornai conventnek 1462. »die dominico ante festum Exaltacionis sancte crucis« kelt átiratából, az eredetit »Osvaldus filius Ladislai de Zopor« mutatta fel a convent előtt s kérte azt átiratni; a csornai convent oklevele megvan eredetben a N. Muzeumban; az oklevélből jobb felől egy rész hiányzik. Ugyan ezen 1462-ki átiratában a csornai conventnek megvan a győri káptalan oklevele 1388-ból, mely szerint »Jacobus filius Demetrii et Jacobus filius Pethew« bozthi birtokukat egymás közt felosztják.

212. *A győri káptalan előtt Rudolf és Konrád, Moson vármegye főispánjai, Mayad nevű birtokban Rábaközi Péternek egy telket ajándékoznak. 1359. máj. 2.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis vir magister Rudolphus comes Mosoniensis pro se personaliter ac pro domino Corrardo fratre suo similiter comite Mosoniensi ad nostram veniendo presenciam confessus extitit, quod ipse unacum fratre suo consideratis serviciis fidelibus Petri de Rabau amiliaris eorum in recompensacionem suorum serviciorum duos laneos in vulgari teutonicorum lehun vocatos, in possessione eorum Mayad vocata, in illa linea, in qua est constructa ecclesia sancte Margarete, quorum tres medii lanei essent a parte castri Zarwkw, quartus vero medius laneus foret situs versus civitatem Supronіensem, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis eorumdem in villa et extra villam de consensu dicti comitis Corrardi fratris sui, cuius onus super se assumsit in hac parte, dedisset et tradidisset, imo dedit et tradidit coram nobis prefato Petro de Rabau et per eum suis heredibus heredumque posteritatibus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas, nullo dominio in ipsis laneis deinceps eis reservato. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales, sigilli nostri appensione roboratas; par aliud ad registrum communitatis inscribi faciendo. Datum secundo die festi beatorum Philippi

Digitized by Google

et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo nono; dominis Briccio prepósito, Francisco lectore, Michaele cantore, Emerico custode, ceterisque dominis ecclesie nostre deo iugiter famulantibus et existentibus.

Kivül XV-ik század elején való irással »super curia Robauar«.

Vörös és zöld selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 557. 29. dipl. oszt. 4848.

213. *A vasvári káptalan előtt Ostfi Domokos fiai János, Miklós és Demeter egy részről, más részről pedig Ostfi János fia János a többek között Félszervicza, Németi, Farád, Csorna, Beled, Család, Csapod, Széplak, Sarród és Márcz nevű birtokaikon megosztoznak. 1359. máj. 2.*

Capitulum ecclesie Castriferrei, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum cernentibus, salutem in domino sempiternam. Quia oblivio inimica est memorie, dignum est, ut omnes contractus legitimi teste scriptura muniantur, eapropter cunctorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum secundum seriem et continenciam priorum literarum nostrarum obligatoriarum exinde confectarum, inter nobiles et honestos viros magistros Nicolaum, Johannem et Demetrium filios condam Dominici bani de Azunfolua ab una, parte vero ab altera magistrum Johannem filium Johannis filii Osl de eadem Azunfolua comitatus Castriferrei, in possessionibus eorumdem infrascriptis videlicet Azunfolua, Semien, Naray in dicto comitatu Castriferrei, Nempthy, Chorna, Farad, Viychcha, Belyd, Moruch, Soruld, Seplak, Chopud, Chalad, in comitatu Soproniensi nunc circa predictum magistrum Johannem habitis, item Chehy et Mendzenth vocatis in predicto comitatu Castriferrei apud prefatos Nicolaum et Johannem filios Dominici bani, item Tard, Chabalaka, Monyorod in comitatu de Wolkow et Karocha in comitatu de Barania, apud manus annotati magistri Demetrii filii eiusdem Dominici bani habitis et existentibus, usque festum beati Georgii martiris proxime preteritum, coram duobus nostris testi-

Digitized by Google

moniis, inter se et eorum posteritates duraturam divisio fieri, quarum recte medietates cum omnibus earumdem utilitatibus prelibatis filiis Dominici bani, et similiter dimidietates eorumdem modo simili cum suis utilitatibus omnibus et pertinenciis quibusvis ad easdem spectantibus et pertinentibus magistro Johanni filio Johannis supradicto assignari debuissent. Tandem discreti viri magistri Nicolaus et Damianus socii et concanonici nostri per nos ad videndam premissam divisionem pro testimonis transmissi, deinde unacum Johanne filio Michaelis de Kuchk et Petro filio Tank legitimis procuratoribus prescriptorum filiorum Dominici bani cum procuratoriis literis honorabilium capitulorum ecclesie Jauriensis et Boznensis astantibus, ac Andree filio Dominici de eadem Kuchk procuratore prelibati magistri Johannis filii Johannis cum procuratoriis literis nostris pro eodem comparanti *(igy)*, et astanti, ad nos reversi nobis concorditer et unanimi voluntate retulerunt eo modo, quod prescripti filii Dominici bani et magister Johannes filius Johannis in possessionibus eorum suprascriptis, in octavis festi Annunciacionis beate Marie virginis et aliis diebus successivis proxime iam elapsis, ad hoc aptis et per partes assumtis, talem inter se et eorum posteritates perpetuo duraturam fecissent divisionem, quod primo in predicta possessione Azunfolua vocata, contratta *(igy)* seu platea ipsius possessionis ab occidente a parte silve Rabe habita, scilicet a quodam fossato iuxta curiam sacerdotis de eadem a meridie existenti, incipiendo, ad partem meridionalem usque finem ipsius contratte, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani, altera vero medıetas seu contratta eiusdem ab oriente a parte rubeti Kemenes dicti, habita, a quondam fondo *(igy)*, in quo nunc quidam iobagio Paulus nomine dictus Deyka resideret, simul cum eodem fondo versus meridiem similiter usque finem adiacens, magistro Johanni filio Johannis, item in eadem Azunfolua in contrata ab aquillone habita, una particula a sanctuario seu cimeterio ecclesie beati Vincezlay martiris, de eadem incipiendo ad orientem, usque quendam fondum curie prope seu ultra domum balniariam *(igy)* habitum, simul cum eadem domo

Digitized by Google

balnearia et dicto fondo curie magistro Johanni filios Johannis et e converso in contrata a meridie existenti alia particula a fine scilicet a fondo Petri dicti Polgar similiter in opposito cimiterii pretacte ecclesie incipiens, versus orientem usque fondum quondam Michaelis filii Hermani cum eodem fondo ipsius Michaelis filii Hermani, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio; item in eodem ordine iuxta eundem fondum dicti Michaelis incipiens quatuor fondi curiarum hostath vocati ad orientem in uno ordine adiacentes, eisdem filiis Dominici bani; abhinc similiter in eodem ordine pars ipsius contrate usque porcionem magistri Leukus filii Johannis de eadem Azunfolua adiacens, simulcum altera particula in alia contrata ab aquillone, similiter a porcione predicti magistri Leukus incipiendo, divertendo versus occidentem, usque unum fossatum existenti, magistro Johanni filio Johannis; ab eodem vero fossato incipiens ad eandem plagam occidentalem usque predictum fondum curie, prope predictam domum balneariam habitum, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani; item propria sessio ipsius magistri Johannis iuxta cimiterium predicte ecclesie sancti Vencezlai ab occidente habita, eidem magistro Johanni, et e converso alia sessio condam Petri filii Osl, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani suprascriptis cessissent et provenissent. Ceterum predicti Dominici filii *(igy)* bani sexaginta iugera terrarum arabilium, videlicet quinquaginta quinque iugera in eadem Azonfolua in quadam particula terre seu extirpacione prenotati Michaelis filii Hermani quondam iobagionis eorumdem, et quinque iugera in possessione Nempthi vocata, in uno ordine adiacencia, simul cum porcione prelibati magistri Johannis filii Johannis in eisdem habita, absque divisione aliquali de terra ipsorum communi, eidem magistro Johanni dedissent et assignassent. Item possessionem eorum Nare vocatam taliter divisissent, quod medietas seu contrata ipsius possessionis Nare vocata a parte meridionali habita, exceptis duobus fondis curiarum in fine eiusdem contrate ab occidente vicinatim habitis, magistro Johanni et alia dimidietas seu contrata eiusdem ab aquillone existens simul cum predictis duobus fondis curiarum

Digitized by Google

filiis Dominici bani, quos quidem predictos duos fondos curiarum in contrata a meridie existenti, ipsis cessos, cum omnibus eorum utilitatibus iidem filii Dominici bani modo simili prelibato magistro Johanni filio Johannis perpetuo dedissent et commisissent possidere. Item possessionem ipsorum Semen *(igy)* nominatam in hunc modum divisissent, quod in contrata eiusdem possessionis Semien vocata a parte aquillonis habita, a fine eiusdem contrate ab occidente incipiendo versus orientem usque quendam fondum curie, in quo nunc quidam iobagio Lucasius nomine resideret, simulcum eodem fondo Lucasii, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani, et in eadem contrata seu ordine versus orientem iuxta fondum predicti Lucasii incipiendo usque fondum, in quo nunc Nicolaus dictus Tanchus resideret, cum eodem fondo ipsius Nicolai dicti Tanchus magistro Johanni filio Johannis, item in eadem contrata iuxta predictum fundum curie annotati Nicolai dicti Tanchus incipiens, versus eandem plagam orientalem usque finem ipsius contrate, et in alia contrata eiusdem possessionis a meridie habita iuxta sessionem sacerdotis de eadem a parte orientali incipiendo versus eandem partem orientalem modo simili usque finem ipsius possessionis filiis Dominici bani, e converso vero in contrata a meridie existenti, a fine a parte occidentali incipiens ad orientem usque fondum Michaelis parvi vulgo Quis *(igy)* dicti magistro Johanni filio Johannis filii Osl, et ab inde ab eodem fondo pretacti Michaelis dicti Kys in eodem ordine usque fondum Georgii dicti Konda filiis Dominici bani, et secus ipsum fondum annotati Georgii dicti Konda a meridie iuxta curiam sacerdotis, de eadem similiter a meridie incipiendo, versus eandem plagam meridionalem, due contrate ipsius possessionis usque finem magistro Johanni filio Johannis cessisset et provenissent. Item possessionem eorum Ceh vocatam per hunc modum divisisse affirmarunt, quod contrata eiusdem possessionis ab oriente existens a fine a parte aquillonis incipiens versus meridiem usque fondum, in quo nunc quidam homo Kunchul residet, simul cum eodem fondo dicti Kunchul magistro Johanni filio Johannis, et iuxta fondum eiusdem Kunchul a

Digitized by Google

meridie incipiendo, versus eandem partem meridionalem, usque finem eiusdem contrate, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani, item in alia contrata eiusdem possessionis ab occidente habita a parte meridionali incipiendo, versus partem aquillonis usque fondum cuiusdam iobagionis Sebreth nomine, magistro Johanni filio Johannis et ab eodem fondo incipiendo ad aquillonem usque finem ipsius possessionis cum eodem fondo dicti Seffredi filiis Dominici bani supradictis cessissent. Item possessionem Mendzenth alio nomine Pogh appellatam tali modo divisisse retulerunt, quod in opposito sanctuarii ecclesie Omnium Sanctorum de eadem a parte aquillonis duo fundi curiarum magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani, et similiter duo fundi curiarum secus eosdem duos fundos ab occidente usque magnam viam, que venit de Cipkerek in ipsam possessionem Mendzenth dictam, vicinatim existentes, magistro Johanni filio Johannis, item fundi curiarum in contrata ipsius possessionis ab occidente habita a parte aquillonis incipiens versus meridiem usque fondum curie Petri filii Pauli, filiis Dominici bani, item ab eadem curia ipsius Petri filii Pauli incipiens versus meridiem usque fondum Mathei filii Laurencii simulcum fondo Michaelis filii Petri ex opposito predicte ecclesie Omnium Sanctorum a meridie habito a via seu strata magna incipiens, usque curiam sacerdotis de eadem adiacenti magistro Johanni, item a predicto fondo dicti Mathei filii Laurencii ad plagam meridionalem usque finem ipsius contrate ab occidente habite, magistris Nicolao, (Johanni) et Demetrio, item a parte orientali prout incipit a fundo pretacti Michaelis filii Petri ad meridiem . . . . . usque ad quasdam arbores cerasii et saliciis de novo plantatis filiis Dominici bani . . . . . arboribus versus eandem plagam meridionalem usque finem ipsius ville magistro Johanni filio (Johannis) supradictis cessissent; quandam vero particulam terre infra predictam ecclesiam Omnium Sanctorum iuxta . . . . . habitam pro loco habitali *(igy)* seu pascuali commisissent. Item in comitatu Suppruniensi possessio . . . . . Fezerwycha vocata taliter divisissent, quod a parte orientali incipiendo

Digitized by Google

versus occidentem usque . . . . . fundum curie Abraee ioculatoris, simul cum duobus fundis curiarum in fine ipsius ville . . . . . occidente habitis, uno videlicet fondo Michaelis filii Andree et alio fondo deserto, ac cum eodem medio . . . . . magistro Johanni filio Johannis, et a predicto medio fondo predicti Abrahee ioculatoris incipiens, ad eandem plagam occidentalem usque predictos duos fundos predicto magistro Johanni . . . . . cessos cum alia medietate fondi dicti Abraee ioculatoris, filiis Dominici bani . . . . . nissent. Item possessionem ipsorum Nempthi nuncupatam in hunc modum divisissent . . . . . fine ortus sacerdotis de eadem a meridie et ab aquillone super quandam a . . . . . incipiendo, ambe contrate seu platee eiusdem possessionis versus partem occidentalem . . . . . ville simul cum propria sessione prefati magistri Johanni *(így)* filii Johannis eidem . . . . . Johanni, et e converso ab aquillone supra ecclesiam sancti Andree apostoli a predicta arbore . . . . . et plateam seu stratam ad orientem saliendo, versus eandem plagam . . . . . prefatorum filiorum Dominici bani simul cum eadem sessione eisdem filiis . . . . . Nempthi in contrata ab oriente existenti ab aquillone in acie sanctuar . . . . . piendo versus meridiem, usque fondum Pauli filii Petri similiter filiis Dominici bani . . . . . fondo Pauli filii Petri incipiens, modo simili a meridie usque fond . . . . . eisdem fondis dictorum Pauli filii Petri et Johannis filii Kurynth . . . . . a predicto vero fondo curie Johannis filii Kurynth incipiendo usque finem ip . . . . . plagam meridionalem filiis Dominici bani, item contrata seu platea ipsius pe . . . . . iuxta stratam seu plateam a fine incipiendo, versus occidentem usque alium finem eiusdem . . . . . filiis Dominici bani, et e converso alia contrata ibidem ab aquillone habita, a parte occidentali a fine . . . . incipiens, versus orientem in toto usque viam magnam seu plateam, magistro Johanni filio Johannis et . . . . . iuxta eandem stratam a fine ipsius contrate incipiendo ab aquillone duo fundi filiis Dominici

Digitized by Google

. . . et similiter duo fundi curiarum a parte sessionis sacerdotis magistro Johanni suprascriptis cessissent; item possessionem Farad nuncupatam hoc ordine divisisse affirmarunt, quod una particula in contrata ab a(quillo)ne habita a parte orientali iuxta fondum colonis *(igy)* Moyorhele dicti incipiendo, versus partem occidentalem usque fondum Ladislai filii Nicolai, magistro Johanni filio Johannis, et ab ipso fondo annotati Ladislai incipiens, ad eandem plagam occidentalem usque lutum seu locum aquosum et lutosum filiis Dominici bani, item in eodem ordine ultra ipsum locum lutosum usque fondum Dionisii, magistro Johanni, ac de ipso fondo iamdicti Dionisii incipiens, similiter ad occidentem usque possessionariam porcionem magistri Leukus, filio Johannis similiter cum dicto fondo Dionisii, filiis Dominici bani, item in alia contrata a meridie habita a parte occidentali incipiendo iuxta curiam sacerdotis versus orientem usque fondum Michaelis dicti Toth, magistro Johanni filio Johannis, et ab eodem fondo ad eandem plagam orientalem usque lutum seu locum lutosum supradictum cum fundo dicti Michaelis, filiis Dominici bani; item ultra ipsum lutum et iuxta eundem locum ipsius luti ab oriente unus fondus curie similiter eisdem filiis Dominici bani et iuxta eundem fondum alter fondus ab oriente, scilicet iuxta sessionem Demetrii filii Layus ab occidente magistris Johanni filio Johannis superius enarratis evenissent. Nihilominus in possessione Charna *(igy)* vocata a parte aquillonis iuxta possessionem ecclesie beati Michaelis archangeli incipiendo, ad partem meridionalem in contrata ab oriente existenti duo fundi et medius magistro Johanni, et similiter duo fundi cum medio in eodem ordine a meridie filiis Dominici bani, item in eadem Chorna in platea Andreasfolua vocata, ab aquillone habita, a parte occidentali incipiendo versus orientem duo fondi curiarum vicinatim magistro Johanni, et in eodem ordine ad eandem plagam orientalem tres fundi curiarum filiis Dominici bani; item in inferiori Chorna infra dictam eccleliam sancti Michaelis in contrata ab oriente existenti versus meridiem quatuor fundi curiarum in uno ordine magistro Johanni filio Johannis et tres fundi vicinatim in contrata ab occidente habita, a parte pretacte

Digitized by Google

ecclesie filiis Dominici bani supradictis cessissent. Preterea in possessione Beled appellata in contrata ab aquillone habita a curia sacerdotis, de eadem incipiendo, versus orientem usque possessionariam porcionem magistri Johannis filii Laurencii, magistro Johanni filio Johannis, et ex altera parte possessionarie porcionis dicti magistris *(igy)* Johanni filio *(igy)* Laurencii in eodem ordine versus eandem plagam orientalem quinque fundi curiarum filiis Dominici bani, et supra ipsos quinque fundos similiter ab oriente vicinatim duo fundi curiarum magistro Johanni filio Johannis, ac supra eodem duos fundos similiter ad orientem usque quandam magnam arborem ilicis, filiis Dominici bani, et ab ipsa arbore ilycis in eodem ordine unus fundus ad orientem usque magnam viam magistro Johanni; item in contrata eiusdem possessionis Beled vocate a meridie existenti, a parte orientali iuxta predictam magnam viam incipiendo, altera dimidia curia versus occidentem filiis Dominici bani et similiter altera media curia usque possessionariam porcionem Johannis dicti Kun similiter ab occidente, magistro Johanni filio Johannis preallegatis cessissent. Item in possessione Chopud nominata talis divisio inter eos facta extitisset, quod recta medietas possessionarie porcionis eorum ab ecclesia beate Margarethe virginis et martiris incipiens a meridie habita, versus partem orientalem adiacens magistro Johanni filio Johannis et alia dimidietas eiusdem ex altera parte ab aquillone similiter a predicta *(igy)* incipiendo versus orientem adiacens filiis Dominici bani superius nominati *(igy)*, provenissent. Item possessionem Chalad vocatam in quatuor partes fore divisam retulerunt, cuius una pars ab aquillone in contrata a parte orientali videlicet a parte silve Rabe habita et existens, magistro Johanni et alia pars in eodem ordine versus meridiem filiis Dominici bani, necnon tercia pars seu particula in alia contrata ab occidente habita a parte meridionali adiacens, magistro Johanni filio Johannis, quarta vero pars seu particula eiusdem possessionis in eadem contrata ab occidente existenti versus partem aquillonis adiacens filiis Dominici bani suprascriptis cessissent. Item in possessione Zeplak vocata tres medii fundi

Digitized by Google

curiarum infra quandam magnam viam ab occidente, simul cum uno fundo iuxta domum balneariam a meridie existenti, magistro Johanni filio Johannis et quatuor et medii fundi inter duas vias in vicinitate magistri Leukus filii Johannis, a meridie scilicet in loco quondam . . . . . habiti, filiis Dominici bani; item in eadem Zeplak in contrata a parte aquillonis existente ab occidente in fine duo fondi curiarum magistro Johanni filio Johannis, et iterum duo fundi curiarum secos *(igy)* dictos duos fundos ab oriente, filiis Dominici banis *(igy)* suprascriptis cessissent et provenissent. Item in possessione Sorwld nuncupata tres fundi curiarum iobagionales, in quibus nunc Petrus dictus Chethisti et Mykow filius Nikul ac Briccius resident, filiis Dominici bani, et similiter tres fondi, in quibus quidam iobagiones Paulus dictus Choka et alter Paulus dictus Chollo ac Andreas filius Pauli faciunt residenciam, magistro Johanni prenotatis provenissent, hoc adiecto, quod ibidem in eadem Sorwld una parcium quos et quantos fundos consederi facere possit, altera pars similiter tot et tantos consederi facere valeat atque possit. Item in possessione ipsorum Moruch vocata decem fondi curiarum sex videlicet censuales et quatuor hostat dicti, in quibus quidam iobagiones Hermanus Merth, Henchlinus, Jekkul et Stephanus censuales, item Alberth, Nikkul, Fridur et Moyses in fundis hostath vocati nunc residentes et medietas fundi curie quondam Michaelis iudicis ab oriente existens, ac dimidietas cuiusdam alterius fundi quondam Alberti similiter a parte orientali habita magistro Johanni filio Johannis, et e converso similiter decem fundi curiarum sex scilicet censuales et quatuor hostath vocati, videlicet fundus Nikkul filii Hermani, Stephani filii Leonhardi, Pauli, circa curiam sacerdotis ab oriente medius fundus Andree sartoris et alter dimidius fundus Petri carnificis et fundus Demetrii ac Merth, item in hostath Fridrici Henchil, infra curiam sacerdotis ab occidente Horrici et Andrec, ac medius fundus quondam predicti Michaelis iudicis ab occidente existens, et similiter medius fundus ultra fluvium existens quondam annotati Alberti, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis Dominici bani cessissent et provenissent. Nihilominus in

Digitized by Google

comitatu de Walkow possessionem eorum Tord vocatam taliter divisisse retulerunt, quod una contrata ipsius possessionis ab oriente habita a parte aquillonis, a fine incipiendo versus meridiem usque alium finem eiusdem excepto uno fundo Bogdani retro ortum sacerdotis ab oriente habito, per prefatum Dominicum banum ipso vivente pro refrigerio et salute anime sue ecclesie beati Petri apostoli in eadem legato et donato, magistro Nicolao, Johanni et Demetrio filiis eiusdem Dominici bani, e converso autem alia contrata ab occidente in opposito pretacte contrate existens, similiter a parte aquillonis a fine incipiens ad meridiem usque alium finem eiusdem contrate, simul cum sessione quondam Nicolai bani in eadem contrata existenti, magistro Johanni filio Johannis; item in medio ipsius possessionis unus fundus curie iuxta sanctuarium pretacte ecclesie ab oriente existens filiis Dominici bani, et tres fundi curiarum secus curiam sacerdotis a meridie adiacentes, magistro Johanni filio Johannis; item in platea, qua *(igy)* exit de loco fori ad occidentem una contrata ipsius platee a meridie habita ab uno fine usque ad alium finem versus occidentem simul cum sessione condam prefati Dominici bani, in ipsa platea in alia contrata eiusdem ab aquillone existenti, in fine ab occidente habita et uno fundo iuxta eandem sessionem ab oriente habito, filiis eiusdem Dominici bani, et e converso fundi curiarum in eadem contrata, a fine scilicet a parte fori incipiens ad occidentem usque fundum cuiusdam iobagionis Chethe nomine adiacentes, simul cum eodem fundo ipsius Chethe et duobus fundis curiarum retro ortum porcionis dictorum filiorum Dominici bani, a parte videlicet possessionis Kulud vocate habitis et existentibus, magistro Johanni suprascriptis cessissent. Item possessionem Chabalaka nominatam sic divisissent, quod fundi curiarum in contrata ab aquillone habita in fine eiusdem ab occidente incipiendo versus orientem usque fundum Michaelis literati, filiis Dominici bani, et ab ipso fundo Michaelis literati ad eandem plagam orientalem usque finem simul cum eodem fundo dicti Michaelis literati magistro Johanni filio Johannis; item in alia contrata eiusdem possessionis a meridie existenti quatuor fundi versus

Digitized by Google

orientem adiacentes cum ortis eorumdem fundorum usque finem ipsius possessionis in toto filiis Dominici bani, ac una particula in eadem contrata ab occidente in fine habita, magistro Johanni prenotatis provenissent. Item possessionem Mezeubarlaba vocatam in hunc modum divisissent, quod una contrata ipsius possessionis ab aquillone existens simul cum uno fundo curie, in quo nunc quidam iobagio Cozmas nomine resideret, in alia contrata a meridie existenti nunc in fine ipsius contrate ab occidente habito magistro Johanni, e converso vero ipsa alia contrata a meridie a parte silve habita totaliter, excepto predicto uno fundo annotati Cozme, filiis Dominici bani pretactis cessissent et provenissent. Item possessionem ipsorum Moniorod appellatam taliter divisissent, quod medietas seu contrata in eadem ab aquillone habita, magistro Johanni filio Johannis, et alia dimidietas seu contrata eiusdem a parte meridionali existens filiis Dominici bani predictis provenissent. Ceterum in comitatu de Barania possessionem Karocha nuncupatam hoc ordine divisisse allegarunt et affirmarunt, quod recta medietas ipsius possessionis ab occidente a parte scilicet possessionis in Gyurkfolva vocate habita, magistro Johanni filio Johannis, alia vero dimidietas eiusdem a parte orientali adiacens et existens, magistris Nicolao, Johanni et Demetrio filiis condam Dominici bani cum omnibus suis utilitatibus et utilitatum integritatibus ac quibusvis attinenciis et pertinenciis ad easdem premissas divisas possessiones et possessionarias porciones spectantibus et pertinentibus cessissent et provenissent perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere, pariter et habere in filios filiorum et heredum per heredes, hoc inserto, quod unicuique parti proprie vinee sue cessissent tenende et conservande, et si iobagiones alicuius partis quascunque vineas eorum pro excessibus ipsorum amitterent, tunc easdem inter se partes dividere tenerentur; hoc non pretermisso imo specialiter declarato, quod universas utilitates omnium premissarum possessionum indivisas, videlicet patronatum monasterii beati Michaelis archangeli de predicta Chorna et aliarum ecclesiarum ipsorum parocialium *(igy)*, circuitum montis vinearum, tributum fori, molendina, piscinas seu aquas, piscaturas, prata seu fenilia

Digitized by Google

et domos macellos ac domos balniarias, exceptis domibus macellaris et una domo balnearia in prescripta possessione Azunfolua nuncupata, habitis, prelibato magistro Johanni superius in divisione cessis, ac alias quaslibet utilitates earumdem possessionum, que indivise forent partes suprascripte equa lance communiter, rectas medietates ipsorum, magister Johannes filius Johannis pro se et alias similiter rectas dimidietates eorumdem utilitatum, magistri Nicolaus, Johannes et Demetrius filii Dominici bani possidere, tenere et conservare deberent et tenerentur; hoc eciam inserto et declarato, quod si quavis pars aliquid iuris in aliis possessionibus apud alteram partem, salvis et exceptis premissis possessionibus divisis, habere speraret, extunc ipsa pars ab eadem altera parte ipsa iura sua requirendi et prosequendi plenam haberet facultatem et iuris ordine mediante, gravamine quorumlibet non obstante; et sicut prelibati homines nostri omnia et singula premissorum coram ipsis per partes supradictas fore facta asumta retulerunt, sic et eodem modo prephati *(igy)* procuratores parcium earumdem fuisse et extitisse affirmarunt et allegarunt in personis nec non vice et nomine parcium prescriptarum, auctoritate premissarum literarum procuratoriarum nostri in presencia asumserunt et ad ea omnia premissa partes suprascriptas firmiter obligarunt, testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas privilegiales, pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alfabeto intercisas. Datum secundo die octavarum festi beati Georgii martiris prescripti, anno domini M° CCC° L° nono; honorabilibus discretis viris domino Jodoko preposito et speciali cappellano excellentis principis domini Lodovici dei gracia regis Hungarie, domini nostri, magistris Hermano custode, Dominico cantore, et Damiano decano ecclesie nostre existentibus et iugiter famulantibus regi sempiterno.

Egymáshoz varott négy darab hártyán, hártyaszalagon függő pecsét maradványaival, felül chyrographummal; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

214. *A győri káptalan előtt Potly Miklós Sopron vármegyei nemes, Potli (Petőfalva) nevű birtokának felét és Büdöskuton tizenkét telket, hat növérének száz márka dénárért zálogba adja. 1359. jun. 29.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis significamus tenore presencium universis, quod Nicolaus filius Pauli de Pothly nobilis de comitatu Suproniensi nostri in presencia comparendo rectam medietatem memorate possessionis Pothly pro se ipso reservatam, ac duodecim laneos vulgariter lehun vocatos in Byduskuth habitos, nec non patronatum ecclesie ibidem constructe cum omnibus suis utilitatibus, usibus et pertinenciis, proventibus, steuris, iuribus montanis aliisque quibusvis nominibus censitis pignori obligavit coram nobis, nobilibus dominabus Anne, Sruekul, Bentul, Mochz, Elys et Clare sororibus suis uterinis, a data presencium per decem annos integros, et non ante redimendam sive redimendos pro centum marcis denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando plene sicut dixit habitis ab eisdem, eo modo, ut quandocunque elapsis dictis decem annis ab ipsis vel heredibus suis pro dictis centum marcis redimere valuerit, liberam redimendi habebit facultatem, contradiccione qualibet non obstante. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo CCC° L° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az ország. ltárban N. R. A. 26. 69. dipl. oszt. 4864.

215. *A győri káptalan előtt Vonozi Pető fia János és ennek fia beleegyeznek abba, hogy Vonoz nevű birtokukat az Osl nemzetségből származott Csornai (Kanizsai) János és Benedek, Fodor János soproni polgártól kilencz márkaért magukhoz válthassák. 1359. aug. 23.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Peteu filius Johannis de Vonoz et Johannes filius suus, de quorum noticia Nicolaus filius Egidii iobagio noster de Vys nobis fidem fecit, coram nobis comparentes confessi extiterunt, quod quia nobiles viri magistri

Digitized by Google

Johannes et Benedictus filii Laurencii de Chorna generacionis Osl porcionem eorum possessionariam in eadem Vonoz habitam aliis literis nostris mediantibus Johanni dicto Fodor civi Supruniensi obligatam, ab eodem Johanne in octavis festi sancti Martini confessoris proxime venturis, pro novem marcis denariorum, pro marca qualibet decem pensis computatis, presentibus homine regio et nostro testimonio, in expensis ipsorum magistrorum Johannis et Benedicii illic ducendis et (rem)uneracionibus expediendis, per eosdem pro ipsis redimerent, de porcione eorum possessionaria in eadem Vonoz (habita), et redimenda pro tunc pro eisdem novem marcis in curia ipsius magistri Benedicti in villa Sancti Nicolai sita a plaga orientali secundum situm eiusdem ville terras arabiles in latitudine usque ad rubetum, insuper in eadem porcione eorum possessionaria in Vonoz habita, ubi in virgulto quedam arbor quercina cherfa vocata situata est, ab eadem arbore incipiendo directe versus occidentem, montem, in quo in aliquibus locis vinee essent plantate, iretur et procederetur, annotatis magistris Johanni et Benedicto filiis Laurencii, pro ipsis novem marcis in octavis festi sancti Martini confessoris statuerent et darent perpetuo possidendam, et presentibus homine regio (cum) nostro testimonio termino in eodem antedictus Peteu et Johannes filius suus per metales (distincciones) porcionem eisdem magistris Johanni et Benedicto perpetuatam, pro ipsis novem marcis ubi supra signarent et et assignatam per limites metales finaliter reliquerent heredum per heredes habendam, tali condicione mediante, quod si prefati magistri Johannes et Benedictus, dictas novem marcas ad redimendum dictam porcionem in prescripto termino non darent, et data pecunia prenominati Peteu et filius suus assumta premissa eisdem non assignarent et non perpetuarent modo quo supra, extunc talis pars (non) faciens, non adimplens, contra ipsam partem salva iudicis porcione in sex marcis convinceretur eo facto. Datum in vigilia festi beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° L° nono.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárben N. R. A. 19. 87. dipl. oszt. 4872.

Digitized by Google

216. *I. Lajos király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Simon kedhelyi apát részére Hidegséd és Homok nevű birtokokat Csornai Lőrincz fiától Istvántól zágrábi püspöktől és testvéreitől foglalja vissza. Visegrád, 1359. sept. 29.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei, salutem et graciam. Dicit nobis religiosus vir dominus frater Simon abbas de Kedhel alio nomine de monte sancte Marie, quod quedam possessiones Hydegsed et Humuk vocate, in comitatu Supruniensi, apud manus domini Stephani episcopi ecclesie Zagrabiensis et magistrorum Johannis ac Benedicti filiorum Laurencii filii Emerici de Chorna habite sue et eiusdem ecclesie beate Virginis forent, que recaptivacione et reambulacione ac ab aliorum possessionibus metali separacione et sequestracione plurimum indigerent; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Fridrici vel Georgius de Ramp, aut Benkul de Rebche aliis absentibus homo noster ad facies prenominatarum possessionum Hydegsed et Humuk vocatarum accedendo, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis et presentibus, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres ubi necesse fuerint erigendo, reambulatasque et recaptivatas, ac ab aliorum possessionibus distinctas et separatas, statuat easdem predicto fratri Simoni et ecclesie sue prenotate, eo iure, quo ipsi dinoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet eosdem contra ipsum fratrem Simonem in nostram presenciam ad terminum competentem; et post hec ipsius possessionarie recaptivacionis et reambulacionis seriem cum cursibus metarum nominibusque contradictorum et citatorum, si qui fuerint, et termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° L° nono.

A vasvári káptalannak a föntirt évben nov. 22-én kelt jelentéséből, mely szerint Hermann káptalani őrkanonoknak és Répczei Benkulnak kir.

Digitized by Google

embernek, mint kiküldötteknek, a visszafoglalás nem sikerült, mert Kanizsay Lőrincz fiai ellentmondtak. A káptalan oklevelének eredetijét az orsz. ltárban »Borsmonostor« 27. 18. sz. a. őrzik; dipl. oszt. 4882.

217. *Ugrin fia Miklós országbíró a győri káptalant kiküldi, hogy Kanizsay Jánost és Benedekct Vonoz nevű birtokba iktassa be. Visegrád, 1359. oct. 3.*

Discretis viris et honestis capitulo ecclesie Jauriensis amicis suis reverendis, comes Nicolaus filius Vgrini iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie amiciciam paratam debito cum honore. Dicit nobis magister Benedictus filius Laurencii de Chorna in sua et magistri Johannis fratris sui personis, quod ipsi in dominium cuiusdam possessionarie porcionis in Wanoz habite, per Peteu filium Johannis de dicta Wanaz et Johannem filium suum, iuxta seriem literarum vestrarum ipsis in octavis festi beati Martini confessoris proxime venturis dande atque assignande, legitime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret; super quo vestram amiciciam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius filius Ladislai de Endered, vel Batholomeus filius Cosme de Musa, aut Peteu sive Lucasius filii Stephani de Ikwa, aliis absentibus homo regius ad faciem premisse possessionis Wanaz vocate, vicinis et commetaneis suis legitime convocatis et presentibus accedendo, pretactam possessionariam porcionem, per eosdem Peteu filium Johannis de Wanaz et Johannem filium suum ipsis magistris Johanni et Benedicto modo prehabito dandam atque assignandam reambulando et per metales distincciones ab aliorum possessionariis iuribus separando et distingendo, iamdictis magistris Johanni et Benedicto statuat et relinquat, eo iure, quo ipsis dinoscitur pertinere possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui apparuerint, citet eosdem contra ipsos in regiam presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius possessionarie statutionis seriem cum cursibus metarum ac nominibus contradictorum, si qui fuerint, terminoque assignato regie fideliter rescribatis maiestati.

Digitized by Google

Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° L° nono.

Bebek István országbirónak 1360. »in Vissegrad 18° die octavarum festi beati Jacobi apostoli« kelt »Petrus notarius civitatis Wyssegradiensis in personis nobilium virorum magistrorum Johannis et Benedicti filiorum Laurencii de Chorna« kérésére kiállított átiratából; melynek eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 641. 30. dipl. oszt. 4885. Ugyan abban átvan irva a káptalan jelentése is, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént.

218. *A császmai káptalan előtt Athinai Miklós, Nyék nevű birtokához tartozó Pula és Szentmárton nevű faluit kétszáz márka denárért a Kanizsayaknak elzálogositja. 1359. dec. 6.*

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus, quibus expedit, universis presencium per tenorem, quod Nicolaus filius Phinta famulus et procurator magistrorum Johannis et Benedicti filiorum Laurencii cum legitimis literis procuratoriis capituli ecclesie Chasmensis *(igy)* in persona (dictorum) dominorum suorum ab una parte, ab altera autem magister Nicolaus filius Johannis de Athina personaliter coram nobis constituti, idem magister Nicolaus dixit et confessus est eisdem magistris Johanni et Benedicto possessiones suas Pula et Zenthmarton vocatas, cum (omnibus earum) utilitatibus in comitatu Soproniensi habitas, ad possessionem suam Neyk vocatam pertinentes, pro ducentis marcis denariorum viennensium plene ab eisdem habitis et receptis, quamlibet marcam cum quinque pensis computando, pignori obligasse, quas eisdem assumsit in octavis festi Epiphanie domini proxime venturis statuere, sub metis earumdem antiquis per suos antecessores possessas, tali modo, quod iidem magistri Johannes et Benedictus penam in facto potencialis duelli, quam idem magister Nicolaus contra eosdem in statucione possessionis Zenthgyurgh vocate iuxta continenciam literarum capituli ecclesie beati Petri de Posega assum . . . . . facere neglexit, eidem relaxarunt, ita tamen, quod predictus magister Nicolaus possessionem Dragze vocatam cum pecunia eorumdem magistrorum Johannis et Benedicti, videlicet cum trecentis et quinquaginta marcis . . . . . predicti a magistro Simone filio Mauricii

Digitized by Google

redimere et non cum pecunia alterius cuiuscunque teneatur, et eosdem magistros Johannem et Benedictum pro predictis quingentis et quinquaginta marcis denariorum in dominium possessionis Dragze predicte usque diem Carnisprivii proxime venturum statuere teneatur; si vero cum pecunia alterius cuiuscunque redimere niteretur vel redimeret temporis in processu, et hoc iidem magistri Johannes et Benedictus cum evidenti testimonio alicuius capituli vel conventus comprobare poterunt, pene in prefatis literis capituli ecclesie beati Petri de Posega, convincerentur, factaque statucione prefati magistri Johannes et Benedictus possessiones Pulya et Zenthmarton predictas eidem restituere tenebuntur, et iidem magistri Johannes et Benedictus predictas trecentas et quinquaginta marcas denariorum, magistro Nicolao infra quindenas diei per eundem petitas dare teneatur *(igy)*. Ipseque magister Nicolaus, si dictam possessionem Dragze (in dominium . . . . . statuere nollet aut . . . . . extunc possessiones Pulya et Zenthmarton nominate pro predictis ducentis marcis sepedictis magistris Johanni et Benedicto remanebunt pignori obligate. In super in pena in predictis literis capituli predicti contenta incurret eo facto magister Nicolaus prenotatus; hoc tamen expresso, quod quandocunque eidem magistro Nicolao posse affuerit et se facultas . . . . . liberam habeat redimendi possessionem Dragze predictam facultatem cum sua propria pecunia et non cum alterius in conventu Zaladiensi, si vero antedicti magistri Johannes et Benedictus predictam possessionem Dragze eidem magistro Nicolao pro predictis quingentis et quinquaginta marcis denariorum restituere nollent, tunc idem magister Nicolaus predictam quantitatem pecunie in eodem conventu deponere tenebitur . . . . . possessionem Dragze . . . . . recaptivandi habebit et pro se retinendi tamquam suam propriam facultatem. Solucio (autem), si qua dicto conventui in hac parte deberetur, idem magister Nicolaus inter honus solucionis in se sponte expedire assumsit, tali condicione mediante, quod in dominium possessionum universarum possessionariarumque porcionum suarum, ubique tam in regno Sclavonie

Digitized by Google

quam Hungarie et specialiter in comitatu Soproniensi existencium, nec magistrum Simonem nec dominam consortem suam nec eciam heredes suos ullo unquam tempore quoquomodo permittere debeat; si vero in dominium earumdem permiserit quoquomodo, et hoc sepefati magistri Johannes et Benedictus aut eorum heredes cum evidenti testimonio alicuius conventus vel capituli comprobare poterunt, similiter in pena in literis sepedicti capituli expressa convincetur; assumsit eciam et obligavit se idem magister Nicolaus, quod si aliquis vel aliqui temporis in processu racione sepefate possessionis Dragze nuncupate prememoratos magistros Johannem et Benedictum impedirent vel impedire vellent, aut questionem movere niterentur aliqualem, expedire et defensare laboribus suis propriis et expensis, vel si forsan temporis in curriculo aliquis vel aliqui de proximis, cognatis, vicinis, heredibus et posteritatibus suis prenominatam possessionem Dragze iuxta regni consvetudinem in extimacione redimere vellet et niterentur, hoc facere non possint, nisi cum promta et numerata pecunia quingentarum et quinquaginta marcarum predictarum, nec addendo nec diminuendo in eisdem, imo nec aliquatenus quispiam de sepefata possessione Dragze possit facere extimacionem aliqualem, qui si eosdem magistros Johannem et Benedictum, ut assumsit expedire, expedire non possit aut premissa observare non curaret, extunc in pena in prescriptis literis capituli de Posega convinceretur eo facto, quod si predictus magister Nicolaus omnia premissa et singula premissorum non faceret aut facere non curaret, tunc in succubitu duelli facti potencialis convincatur ipso facto, prout se per literas capituli de Posega prius obligaverat. Datum in festo sancti Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° L° nono.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 34. 48. dipl. oszt. 4898.

Digitized by Google

219. *A győri káptalan bizonyságlevele, hogy Miháli Ugrin fia Pál egyrészről, másrészről pedig Kázméri vagy Kisfaludi Lőrincz fia János s ennek testvérei, Miháliban a szent György templomában családi irományaikat maguk között felosztották, a közöseket pedig a káptalan sekrestyéjében tették le. 1359. dec. 20.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis, memorie commendamus, quod cum secundum continenciam literarum obligatoriarum honorabilis viri domini Wilhelmi Agriensis ecclesie prepositi, comitis capelle et secretarii cancellarii domini Lodovici dei gracia regis Hungarie domini nostri naturalis equitate suadente, eiusdemque amicabilem peticionem continencium, inter Paulum filium Vgrini de Myhaly ab una, ac Johannem filium Laurencii, Nicolaum literatum, Stephanum, Laurencium et Ladislaum filios suos nobilium de Kazmer sive de Kysfalud parte ab altera emanatarum, in quindenis festi beati Martini confessoris proxime preteritis, ad ea, que literis in eisdem continentur, peragenda, nobisque referenda discretum virum dominum Ladislaum presbiterum chori ecclesie nostre et rectorem altaris sancti Pauli apostoli pro testimonio direxissemus fidedignum; idem postmodum ad nos rediens nobis retulit, quod in termino prefixo dicte partes in ipsam possessionem Myhaly accessissent, ibique universa instrumenta literalia eorum ab avis et eorum progenitoribus ad ipsos pertinencia, in facto possessionum ubilibet existencium confecta, ipsos communiter et sequestratim contingencia, ac literas inquisitorias, prohibitorias et protestatorias, impignoraticias et alias quaslibet in ecclesia beati Georgii martiris in dicta possessione Mihaly constructa, partes exhibuissent, facta exhibicione, quelibet parcium, in eadem ecclesia iuramenta sua deposuisset super eo, ut plura instrumenta non haberent preter quam vel quas inibi exhibuissent, neque alias in aliquo loco haberi scirent; quibus iuramentalibus deposicionibus factis, de dictis instrumentis seu literis . . . . que vel quas inibi exhibuissent, que cui parti separatim et divisim dari et assignari convenisset, illi parti dedissent et assignassent.

Digitized by Google

Illa vero talia instrumenta, que communi conservatori premissis partibus debuissent, communiter ad conservandum in sacristia ecclesie (nostre) assignassent, imo nostri in presencia assignaverunt, excepto quodam privilegio honorabilis capituli ecclesie Albensis super porcione Marcy confecto, quod predictus Paulus filius Vgrini, quamvis partibus communiter pertinuisset, ad frequentem peticionem partis adverse, et nostram ammonicionem pluries factam, nec inter alia privilegia in sacristia nostra deponere, neque copiam parti alteri dare curavit, dicens sibi soli pertinere; numerum autem privilegiorum idem homo noster hoc modo insinuando recitavit, quod partes communiter in dicta sacristia nostra, vigintisex privilegia ac septem simul privilegia testamentalia deposuissent, pro communitate conservanda. Tandem partes secundo die quindenarum pretactarum, octo probos viros ad faciem metarum et terminorum inter predictas possessiones Myhaly et Kazmer, que alio nomine Kysfalud diceretur, in comitatu Suproniensi existencium, prout assumsissent, adduxissent, qui visis metis et terminis inter utrasque possessiones habitas, propter cause arduitatem, arbitrari inter partes nequivissent, sed partes sine onere gravaminis commisissent, iidem vero arbitri fassionem cum testimonio nostro fiendam volentibus partibus sibi coram nobis facere commisissent, prout eciam partes nostri in presencia commiserunt; insuper predicte partes se se mutua vicissitudine super omnibus causis et causarum articulis exceptis factis possessionum quovismodo usque ad hec tempora motis et exortis reddidissent expeditos. Datum in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini Millesimo CCC° L° nono.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban.

Digitized by Google

220. *A győri káptalan előtt Pinnyei István Béb nevű birtokát Veszprémvármegyében, Ugodi Chenik mester fiainak zálogba adja, s ha abban megháborittatnának, Sopronvármegyei Osl és Pinnye nevű birtokaiban ugyan annyi birtok-részt kárpótlásúl kijelel. 1360. febr. 6.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes presencium tenore significamus quibus expedit universis, quod Stephanus filius Ladislai filii Nicolai de Punye comitatus Supruniensis in nostram accedens personaliter presenciam extitit confessus, quod ipse rectam medietatem possessionis Beeb in Wesprimiensi comitatu existentis, a plaga aquillonari sibi pertinentem cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis quoquo nomine censitis et vocitatis, specialiter cum medietate ecclesie ibidem constructe magistris Stephano et Petro filiis condam magistri Chenyk de Vgud pro triginta marcis denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando plene habitis ab eisdem, a die datarum presencium per quindecim annos successive computandos et non ante redimendam pignori obligasset et obligavit coram nobis, talibus condicionibus adiectis et per ipsum Stephanum sponte assumtis, quod ipsis quindecim annis completis quandocunque dictam medietatem possessionis Beeb, modo premisso per ipsum obligatam, redimere valuerit, semper cum promtis denariis et exclusa estimacione quarumlibet rerum redimere poterit, sin *(igy)* autem ipsos Stephanum et Petrum filios Chenyk racione medietatis ipsius possessionis Beeb molestare attentaverit et idem Stephanus expedire nequiret, extunc ipse de aliis possessionibus suis scilicet de Osl et de Punye tantumdem, ut est medietas dicte possessionis Beeb in valore ipsis filiis Chenyk dare et assignare tenebitur, ubi autem per quospiam iidem filii Chenyk ad presenciam alicuius iudicis citarentur et de ipsa citacione eos alleviare non valeret, tunc idem iudex legitime ipsos Stephanum et Petrum in porciones possessionarias ipsius Stephani equivalentes in Osl et Punye habitas introducere, ipsisque collocare teneretur, nec aliquis iuxta estimacionem regni nisi pro promtis denariis, ut superius est expressum,

Digitized by Google

pro eisdem triginta marcis redimere possit et teneatur. Datum feria quinta proxima ante dominicam Exurge, anno domini M° CCC° sexagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

221. *A pozsonyi káptalan előtt Nagymartoni Lőrincz fia Miklós, Sadundorf nevű birtokban százhuszonhat hold földet és hatvankilencz kaszás rétet szolgájának Nádasdi Corrardnak száz márkáért zálogba ad. 1360. ápr. 26.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus per presentes, quod comes Nyklinus filius Laurencii de Nogmortun in nostri presencia personaliter comparendo, propositum extitit per eundem, quod ipse Corrardo dicto de Nadasd servienti suo quandam curiam suam in possessione eiusdem Sadundorf vocata existentem cum centum et viginti sex iugeribus terrarum ac cum altero dimidio prato fenili ad septuaginta falcastra minus uno sufficienti, pro centum marcis denariorum per decem pensas computando plene habitis et receptis pignori obligasset, et ad utendum collocasset, tali condicione mediante, quod a data presencium per spacium anni redimere ab eodem non valebit, elapso vero spacio anni, quandocunque redimere posset et valeret, liberam pro dicta summa pecunie haberet facultatem; ab omnibus vero ipsum Corrardum et suos successores racione dicte curie et utilitatum premissarum molestare volentibus prelibatus comes Nyklinus teneretur et eciam sui posteri expedire propriis suis laboribus et expensis. Datum tercio die festi beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° sexagesimo.

A pozsonyi káptalan 1363. évi átiratából, melynek eredetije a pozsonyi káptalan ltárában őriztetik.

222. *I. Lajos király adománylevele Kőpordán (Vulka-Pordány) nevű birtokról Pathly (Petőfalvi) Tamás részére. 1360. ápr. 28.*

Lodovicus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comane *(így)* Bulgarieque rex,

Digitized by Google

princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Cum benemeritis favor debitus impenditur, sinus dileccionis panditur, ipsisque digna merces redditur, deus placari creditur et subditi ad fidelitatis opera exercenda fervencius invitantur, accendunturque spe et desiderio retribucionis ampliori; proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Thomas filius Nicolai filii Lamperti de Pathly, ad nostre serenitatis accedendo presenciam, suis fidelitatibus et serviciis nobis per ipsum locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis in memoria nostre celsitudinis reductis, quandam possessionariam porcionem in possessione Kwpardan vocata in comitatu Supruniensi existenti habitam, asserens eandem condam Chepani filii Chepani et Petri dicti Fegueres fratris eiusdem, hominum sine heredibus decessorum prefuisse, et fere a viginti annis citra per ipsum Thomam titulo impignoraticio hucusque tenuisse et possedisse, ex approbata regni nostri consvetudinaria lege requirente, manibus nostris regiis fore devolutam, nostreque collacioni omni iure pertinentem, a nobis sibi et suis heredibus perpetuo dari et conferri postulavit. Nos itaque attendentes satis grata et accepta servicia eiusdem Thome, quibus idem plerisque nostris et regni nostri negociis, sicut prosperis sic et adversis, tocius sui conaminis studio eo fideliter, quo ferventer nostre studuit complacere maiestati, premissis suis exigentibus meritis, dictam possessionariam porcionem in dicta possessione Kwpordan in dicto comitatu habitam, prefatis Chepano et Petro, volente deo gubernatore celi heredum solacio exorbatis abhac luce decessis, manibus nostris regiis deventam, cum omnibus suis utilitatibus, videlicet fossatis, terris arabilibus fimatis et campestribus, aquis, aquarumque decursibus, viridario, ceterisque suis fructuositatibus et pertinenciis in superficie eiusdem existentibus universis, sub eisdem metis et terminis, quibus eadem per priores suos possessores hactenus habita extitit et possessa, tum nostre nove donacionis, tum eciam ex premisso impignoracionis titulo, eidem Thome filio Nicolai,

Digitized by Google

et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, salvis iuribus alienis; annuimus insuper eidem Thome et de largiflua regia pietate concessimus, ut ipse in dicta sua possessionaria porcione, ubi conveniens sibi fore videbitur, castrum, domos et cetera edificia iuxta beneplacitum sue voluntatis pro loco sue mansionis construendi, edificandi, et construi ac edificari faciendi, liberam et absolutam habeat facultatem, testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui aule nostre cancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° sexagesimo, quarto kalendas Maii regni autem nostri anno decimo nono; venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nícolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elia Ragusino archiepiscopis; Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Dominico Transsilvano, Quinqueecclesiensi et Chanadiensi sedibus vacantibus, Ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Colomano Jauriensi, Michaele Wachiensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Sirimiensi, Johanne Tiniensi *(igy)*, Demetrio Nonensi, Bartholomeo Traguriensi, Stephano Farensi, Valentino Macarensi, Matheo Sibinicensi, fratribus Michaele Scardonensi, Portiva Senniensi et Radozlao Corbaviensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dionisio voivoda Transsilvano, Stephano iudice curie nostre, Nicolao de Zeech Dalmacie et Croacie, Leustachio regni Sclavonie, Nicolao de Machou banis, Johanne tavarnicorum, Petro pincernarum, Paulo dapiferorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magistro Konya comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

A pozsonyi káptalannak »Johannes filius Thome de Pothly« kérelmére 1382-ben kiadott átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 25. őriztetik, dipl. oszt. 4441.

Digitized by Google

223. *Villermus egri prépost és kir. titkos cancellár előtt, Jáki Kemén fiai János és Miklós, Győrő, Ligvánd, Lozs és Urkon nevű birtokaikat egymással elcserélik. Visegrád, 1360. máj. 21.*

Nos Willermus prepositus ecclesie Agriensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Ludovici dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod Johanne filio Johannis et Nicolao filio Kemen de Tyak personaliter ab una, item Johanne filio Jacobi de Gyoro pro se similiter personaliter et pro Andrea fratre suo uterino sine literis procuratoriis cuius honus et gravamen, si de facto infrascripto in aliquo resilire attentaret, in se assummendo subportandum parte ex altera, coram nobis constitutis per eosdem communiter extitit propositum et relatum ministerio vive vocis, quod ipsi per reformativam composicionem et ordinacionem plurimorum proborum et nobilium virorum pacem parcium zelatorum, ut omnis litis, rancoris, discolositatis et invidie fomes de medio ipsorum radicitus penitus extirparetur, ipsique eterno pacis favore in evum possent gratulari, ad talem pacis et concordie unionem devenissent et devenerunt coram nobis, quod prenominati Johannes filius Johannis et Nicolaus filius Kemen de prefata possessione Gyoro vocata in comitatu Soproniensi habita, ex parte possessionis Zyrak vocate usque fluvium Raba supra et infra in latitudine sex iugerum terre ac quasdam possessiones Nygvan et Loos nuncupatas in dicto comitatu Soproniensi cum omnibus earum utilitatibus et quarumlibet utilitatum integritate ad easdem spectantibus, annotato Johanni filio Jacobi et Andree fratri suo in filios filiorum suorum et heredum per heredes perpetuo remisissent et resignassent imo remiserunt et resignarunt coram nobis tenendas, possidendas et habendas, e converso vero prefatus Johannes filius Jacobi prefatam possessionem Gyoro, excepto quatuordecim iugerum terrarum usque fluvium Raba supra et infra in latitudine existencium, eisdem Johanni filio Johannis et Nicolao filio Kemen similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis ac quandam possessionariam porcionem seu sessionem Vrkun iuxta fluvium Fertew existentem

Digitized by Google

annotato Nicolao filio Kemen remisisset et resignasset imo remisit et resignavit nostri in presencia perpetuo possidendas, tenendas et habendas; extitit eciam assumtum per eundem Johannem filium Jacobi, ut ipse usque octavas festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturi eundem Andream fratrem suum in capitulum Castriferrei personaliter adducere premissamque confessionem per ipsum fratrem suum confiteri facere ac literas privilegiales prescripti capituli Castriferrei super premissis eisdem dari et emanari facere teneretur, tali vinculo interposito, quod si ipse Johannes filius Jacobi omnia premissa iuxta suum assumtum facere recusaret, vel non posset, extunc in succubitu duelli facti potencialis contra ipsos Johannem filium Johannis et Nicolaum filium Kemen convinceretur ipso facto. Hoc eciam adiecto, quod partes prenotate ab omnibus racione premissarum possessionum temporis in processu inquietare nitentibus alter alterum humanitate ac laboribus et expensis semper et ubique adiuvare teneretur. Silvas autem ipsorum in facie premissarum possessionum existentes communi usui conmittentes. Datum in Wyssegrad, feria quinta proxima ante festum Penthecostes, anno domini M° CCC° sexagesimo.

Kerek pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

224. *A vármegye két szolgabirája előtt Harkai Miklós és Péter, Harkai Bertalan özvegyének hitbérét és hozományát Harka, Kuri (Küllő) és Egerd nevű birtokokból kiadják. Locsmánd, 1360. máj. 25.*

Nos Valentinus et Paulus iudices nobilium de comitatu Soproniensi, memorie commendamus, quod nobilis domina Katherina relicta Bartholomei filii Stephani de Harka in sua et filie sue Agnetis persona ab una, et Nicolaus et Petrus filii predicti Stephani filii Stephani de dicta Harka similiter personaliter parte ex altera coram nobis constituti per eandem dominam Katherinam et suam filiam Agnetem spontanea voluntate oraculo vive vocis propositum extitit et relatum, quod in causa, que inter eos in factis dotalicii et rerum parafernalium mota fuisset, per composicionem

Digitized by Google

proborum° virorum nobilium videlicet Senkel de Repche, Adrian de Quis-Cink, Johannem de Vnd ac Johannem filium Aynardi de Bogislo, Nicolaum filium Paly de eadem et Jacobum dictum Megyes interessencia concordassent et concordarunt coram nobis tali modo, quod predicti Nicolaus et Petrus filii Stephani eidem nobili domine et filie sue Agneti pro ipsis dotaliciis et rebus parafernalibus in possessionibus vibique *(igy)* existentibus in Harka, Kuri, Egerd vocatis pertinenciis quinquaginta marcas denariorum persolvere teneantur, quas plene persolverunt et integre coram nobis, quartam vero puellarem nobilis puelle Agnetis de dictis possessionibus iuxta regni consvetudinem tempore debito reddere et restituere obligacione cum tali mediante, quod si prefata domina relicta Bartholomei in premissis secus facere vellet vel dictam composicionem non acceptaret, extunc sine parte iudicis centum marcis foret convicta et singulis arbitrantibus tribus marcis denariorum. Datum in villa Luchaman, feria secunda proxima post Penthecostes, anno domini M° CCC° LX° primo.

Hátlapján két pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában. Lad. G. fasc. 1. Nr. 26.

225. *A győri káptalan előtt Pinnyei István, Pinnye, Szécsen és Kuchuner nevű birtokokban saját részét jegyesének, Jakab soproni polgár leányának, száz márkában elmóringolja. 1360. jun. 12.*

Capitulum ecclesie Jauriensis, omnibus Christi fidelibus presentibus ac futuris presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam serie presencium volumus fieri manifestum, quod Stephanus filius Ladizlai nobilis de Punye, in vulgari teutonicorum Freyndorf dicta, comitatus Supruniensis coram nobis personaliter constitutus extitit confessus oraculo vive vocis in hunc modum, quod quia filiam providi viri Jacobi dicti Smunkvnfennengh civis Supruniensis scilicet Benthul nuncupatam, que de sorore Johannis iudicis de eodem Suprunio nata esset, in facie sancte matris ecclesie matrimonialiter sibi subarasset et

Digitized by Google

copulasset, ideo possessionariam suam porcionem totalem in predicta possessione Punye vocata, cum omnibus suis utilitatibus, utilitatum integritatibus, videlicet locis sessionalibus, molendinis, terris arabilibus, pascuis, aquis, piscaturis, pratis cultis et incultis, tributis, iuribus montanis vinearum ac quibusvis aliis pertinenciis, ad porcionem suam possessionariam pertinentibus, in superficie eiusdem existentibus, nec non eciam porciones possessionarias in duabus possessionibus desolatis Zechun et Kuchuner apellatis, modo simili cum omnibus usibus, proventibus et utilitatibus ad easdem spectantibus, pro dotalicio ipsius domine Benchul vocate, in idiomate teutonicali morgongob dicto, annotate domine Benchul puelle, per eum subarrate, pro centum marcis latorum denariorum promtorum viennensium, marcam quamlibet cum decem pensis computando, pignori obligasset et obligavit coram nobis, eo modo, quod si ipsa antedicta domina deo volente absque heredum solacio decesserit, extunc nec Nicolaus frater suus uterinus, neque eciam aliquis cognatorum et proximorum suorum de premissis suis possessionariis porcionibus aliter nisi memoratis centum marcis denariis eidem domine plenarie persolutis excludere valeant atque possint, insuper antedictus Stephanus filius Ladislai nostri in presencia assumsit ad manendum in dicta civitate Supruniensi se recipiendum pro frequenti habitacione commoraturum, prout omnia et singula premissorum per ipsum et Nicolaum filium Vernhardi avunculum suum ordinata fuisse et assumta, coram nobis affirmavit. In cuius rei memoriam firmamque stabilitatem, annotati Stephani ad instanciam, presentes concessimus literas nostras appensione sigilli nostri autentici communitas; par earumdem ad registrum communitatis conscribi fecimus. Datum secundo die octavarum festi corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° LX° ; reverendis dominis Briccio preposito, Francisco lectore, Emerico custode ecclesie nostre existentibus.

Sárga selyem-zsinóron függő ép pecséttel; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

226. *A győri káptalan előtt több bűki nemes, Zantho (Ottova) nevű birtokukat a Selyek (Vulka) folyón túl, Pathly Lombár Tamásnak eladják. 1360. jul. 31.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus ac futuris presencium noticiam habituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Andreas filius Jekkul, Konya filius Voytan, Gregorius, Matheus filii Stephani, Michael filius Johannis, Manko filius Andree pro se personaliter, Ladislao, Michaele et Stephano filiis suis cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis ad causas emanatis, Thomas filius Andree, Tywan filius Adriani, Georgius filius Dionisi, Demetrius filius Martonus, Johannes, Andreas filii Petri, Nicolaus et Johannes filii Johannis nobiles de Biki comitatus Soproniensis, ex quibus quosdam nos, de aliis vero magistri Nicolaus filius Gregorii, Nicolaus filius Mike de Keych, Jekel filius Andree, Georgius filius Bodon de Wys et Dominicus filius Ladislai de Gerezdy assecuraverunt noticia personali, coram nobis comparendo, ministerio vive vocis confessi extiterunt, ut ipsi matura deliberacione inter se prehabita, possessionem eorum hereditariam Zantho vocatam ultra fluvium Selyek a parte septemtrionali, in comitatibus *(igy)* seu vicinitatibus possessionum Kyvhidpardan, Zerdahel et Hwrs vocatarum in dicto comitatu Soproniensi existentem habitatoribusque destitutam salvis et exceptis porcionibus Stephani filii Wynclo et filiorum Laurencii de eadem Byki, cum omnibus suis utilitatibus scilicet terris arabilibus cultis et incultis, pratis, molendinis atque aliis universis usibus, fructibus et pertinenciis quovis nomine censitis sub eisdem metis et terminis, quibus ipsi eorumque progenitores tenuissent et possedissent, nobili viro magistro Thome dicto Lombor filio Nicolai de Pathly proximo eorum, suisque heredibus heredumque posteritatibus pro quadringentis marcis denariorum viennensium, marcam quamlibet cum decem pensis computatis, plene integraliter iam ipsis datis et persolutis vendidissent, dedissent et tradidissent perpetuo, irrevocabiliter, quiete et pacifice heredum

Digitized by Google

per heredes possidendam, tenendam et habendam, imo vendiderunt, dederunt atque tradiderunt coram nobis nullo dominio et iure in eadem possessione Zantho per eos vendita deinceps reservato, nihilominus eundem Thomam dictum Lombar suosque posteros pretextu dicte possessionis iam vendite ab omnibus impetitoribus motu temporum successivo, si qui fierent, suis et suorum posterorum nominibus propriis laboribus et expensis assumserunt expedire. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras appensione sigilli nostri authentici communitas par earumdem ad communitatis registrum conscribi faciendo. Datum feria sexta proxima ante octavas festi beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo; reverendis dominis Briccio preposito, Nicolao lectore, Michaele cantore, Emerico custode ecclesie nostre existentibus deoque iugiter famulantibus etc.

A budai káptalannak **1410**-ben kelt átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik, N. R. A. 593. 16. dipl. oszt. 4973. Ugyanebben átiratott a pozsonyi káptalan 1361. évi bizonyságlevele, hogy Büki András fiának Miklósnak özvegye Erzsébet, Henchel fiának Miklósnak leánya, szántai birtok részét Pathly Tamásnak harminczkét márka denárért szintén eladta. A budai káptalan fönt idézett 1410. évi oklevelében a győri káptalannak 1363-ban kelt bizonyság levelét is átirja, mely szerint »Synka, Johannes et Stephanus filii Waytan de Byk Soproniensis comitatus« a föntebbi eladásba szintén beleegyeztek, megemlítvén, hogy Pathly Miklós fia Tamás a büki nemeseknek nemzetségbeli társuk volt.

227. *Vilmos egri prépost és kir. titkos korlátnok előtt Viczay Tamás, Anna növérének Berend mester nejének, Vicza, Lozs, Széplak, Balla, Lobol, Család és Beled nevű birtokokból a leánynegyedet kiadja, a föntmaradt harmadrészt pedig növérének négy száz forintért zálogba adja. Visegrád 1360. sept. 1.*

Nos Willermus prepositus ecclesie Agriensis, comes capelle, et secretarius cancellarius domini Lodovici dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod Thomas filius Johannis de Wycha ad nostram personaliter accedendo presenciam proposuit et confessus extitit viva voce, quod ipse quartam filialem nobilis domine Anna vocate sororis sue, consortis videlicet magistri Berend, de universis posses-

Digitized by Google

sionibus suis Wycha, videlicet predicta, Loos, Zeplak, Bala, Lobol, Chalad et Belyd vocatis, ac de aliis, que nunc erga manus alienas forent occupate, sibi de iure provenire debentem ipsi nobili domine possessionaria dacione mediante, cum omnibus earum utilitatibus ad ipsam quartam pertinentibus extradedisset, imo extradedit et contulit coram nobis perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam; asseruit eciam idem Thomas, quod ipse rectam terciam partem, premissarum possessionum suarum, de predicta quarta remanente annotate nobili domine sorori sue pro quadringentis florenis, ut dixit plene ab eadem habitis et receptis, pignori obligasset, et obligavit nostri in presencia, tamdiu donec ipsam terciam partem possessionum predictarum pro premissis quadringentis florenis redimere valuerit a nobili domina prenotata. Datum in Wyssegrad, in festo beati Egidii confessoris, anno domini M° CCC° sexagesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival s alatta e szavakkal: »Assercio nobili *(igy)* domine, relicte Andree de Gara« eredetije a hédervári ltárban, Los, 1. B. 15.

228. *A vasvári káptalan bizonyitja, hogy Simon borsmonostori apát és a Kanizsaiak közt Hidegséd és Homok nevü birtokok iránt folyt perben, a Sopronban összeült választott birák végezni nem tudtak, s az ügyet elintézés végett az országbiró elé terjesztették. 1360. sept. 30.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei presentes literas damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam literarum memorialium magnifici viri comitis Stephani Bubek iudicis curie domini nostri regis, in causa, qua religiosus vir frater Simon abbas de Kethel contra venerabilem in Christo patrem dominum Stephanum episcopum ecclesie Zagrabiensis ac magistros Johannem et Benedictum filios Laurencii filii Emericii de Chorna in facto contradiccionis statucionis possessionum Hydegsed et Homok vocatarum, die dominico proximo ante festum beati Michaelis archangeli in civitate

Digitized by Google

Supruniensi per octo probos et nobiles viros per partes equali numero adducendos coram nostro testimonio arbitrium fieri debuisset, tandem Petrus clericus chori ecclesie nostre ad ipsum arbitrium audiendum et videndum destinatus, ad nos rediens nobis retulit eo modo, ut idem frater Simon abbas personaliter, pro domino Stephano episcopo et magistro Johanne, magister Benedictus in loco et termino cum eorum arbitratoribus coram eo comparuissent; et quia prelibatus frater Simon abbas instrumenta sua in facto premissarum possessionum exhibere non potuit, ideo arbitrium ipsi arbitratores inter partes facere nequivissent, sed ipsam causam predictarum possessionum, ut premittitur, sine parcium aliquo gravamine, ad ipsius iudicis curie domini nostri regis ac baronum regni iudicii examen ad ipsas octavas dixerunt transmittendam. Datum quarto die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX°.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostor 27. 23. dipl. oszt. 4990. és 5033.

229. *Lengyel Péter a kőszegi felső várban a nádor várnagya, a borsmonostori apátnak malomházi jobbágyai részére az Ukechi vámon vám-mentességet engedélyez, oly kikötés mellett, hogy ők egy hidat építeni és azt fönttartani tartozzanak. 1360. nov. 1.*

Ich Peter Lengel Purgraf auf den Obern Guns von dez Naterspans Wegen vnd phleger dez Aygen Vges, vergich offenbar in dem prief vnd tuen chund allen den di in sechend oder horent lessen, daz ich nach rad Petern dez Richter ze vges, der den zeiten geweltiger richter ist gewessen der gemain, wegen Vnd nach rad der gesworen di ze den zeiten von der gemain ze vgeid woren erwelt, Tempreins sun Nyclos vnd Sebastians Jorig vnd Weinreichs son Jacob vnd Nyclos Mertens son die mier von dez aygen wegen furlegten, daz zwischen Vgeid vnd dez Munichoff ein mos wer, darauf di landschaft sorgen hiet, vor dem daz aygen meinent besuechen maecht, vnd daz aygen wuert oeder, ob ich darzv nicht mein genad taet; no han

Digitized by Google

ich nach irem rad vnd pet ze hilf daz getan, daz daz aygen dez paz bestipht werd, vnd di maut dez pesser werd vnd die landschaft dez paz ire durichfort mit waren vnd mit reiten vnd mitgen nug gehalen daz aygen beschuechen, da van daz aygen dez pesser wiert di prugk di zwischen den payden aygen leid geben durich get, den lauten anf den Munichoff daz dez abt von sand Maria ist, daz di di prugke schullen machen, vnd pessern all iar auz dem wald zu Vgeis gehord vnd dez holcz nemmen si vaz si sein zu der prugke beduerffen an vgeissen hilf also beschaidenleich, wan die vorgenanden auf dem Munichoff vor albeg ze Vgeiz gemand habent furpaz si vnd ire nachchunftig ze Vgus nimmer schullen dhain maud geben; geschech daz in daz staet vnd vnzebrochen beleib gib ich in den prief versigelten mit meinen anhangunt insigel zv einer waren sicherhit, geben nach Christen gepwrd Treuzzechen hvndert iar vnd dar in dem sechtzigsten Jar, an aller seltag.

Kivül: XV-ik századból való irással: Munichhoff Mautfrey zu Vkes. Hártya szalagon függő pecsét nyomaival, eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor 27. 26. dipl. oszt. 5003.

230. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Fraknói Lőrincz fia Miklós, Szerdahely (Stettera) és Semwerth (Zemenye) nevű birtokokokból Ostfi Jánost és az ennek védelmére kirendelt megyei alispánokat kitiltotta. 1361. jan. 22.*

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia regi Hungarie domino eorum capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in domino debitas et devotas. Noverit vestra excellencia, quod nos literas vestre excellencie summo cum honore recepimus in hec verba: Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Castriferrei salutem et graciam. Dicit nobis Johannes filius Johannis filii Osl, quod Nykkul filius Laurencii de Frahno ipsum in possessionibus Zeredahel et Semwerth vocatis in comitatu Supruniensi existentibus ordine iudiciario ab eodem Nykkul receptis descendere non permisisset, imo eundem Johannem necnon

Digitized by Google

Lancyus et Antymus vicecomites Supronienses ex nostro mandato suos tutores et protectores eiecisset de eisdem, quas possessiones idem Nykkul nunc indebite occupatas detineret sua propria auctoritate et potencia mediante in suum preiudicium et derogamen; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Paulus, vel Cosmas, aut Martinus de Wlche, sive Nicolaus filius Tristiani de Saagh, seu Petrus filius Nicolai de Paztur, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus decet et licet, palam et occulte diligenter de premissis investigando sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem. Et post hec, prout exinde vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum Zagrabie, secundo die diei Strennarum anno domini M° CCC° LX° primo. Nos igitur vestre excellencie preceptis obedientes, ut tenemur, unacum Martino de Wlche homine vestro hominem nostrum Paulum clericum chori ecclesie nostre ad premissam inquisicionem faciendam pro testimonio duximus transmittendum, qui demum ad nos reversi nobis voce consona et unanimi voluntate retulerunt eo modo, quod ipsi dominica die proxima post octavas festi Epiphanie domini proxime preteriti, in comitatu Supruniensi a nobilibus et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status et condicionis eiusdem comitatus hominibus, a quibus decens fuisset palam et occulte diligenter inquirendo hanc rescivissent veritatem de premissis, quod Nykkul filius Laurencii de Frahno prefatum Johannem filium Johannis filii Osl in possessionibus Zeredahel et Senwerth nuncupatis in comitatu Supruniensi existentibus ordine iudiciario reoptentis ab eodem descendere non permisisset, sed eundem ac Leoncium et Antymum vicecomites Suprunienses ex edicto vestro tutores et protectores de eisdem possessionibus eiecisset, quas quidem possessiones idem Nykkul adhuc occupatas indebite detineret propria sua auctoritate et potencia, in eiusdem Johannis preiudicium et iacturam. Datum sexto die inquisicionis prenotate, anno domini ut supra.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában Q. 2. Ugyanott megvan I. Lajos királynak »feria sexta proxima ante

Digitized by Google

festum nativitatis beati Johannis Baptiste« 1360-ban kiadott rendelete a vasvári káptalanhoz, hogy a föntnevezett birtokok kiadása végett Nagymartoni Német Miklóst intse meg; a káptalan kiküldöttje a megintést Fraknón teljesítette, ebből hosszas per keletkezett. Az említett levélárban megvan Bebek István országbíró itéletlevele 1365. évből, mely szerint a panaszolt Nagymartoni Miklós háromszor megidéztetvén, miután ennek daczára sem jelent meg, az országbíró három vidékbeli piaczon kikiáltás utján való megidéztetését rendelte el.

231. *A győri káptalan előtt Csornai Lőrincz fia Benedek, testvérét Jánost Várjobbágya-kesző (Várkesző) nevű birtok elidegenítésétől, István fiát Bekét és másokat pedig annak megszerzésétől tiltja. 1361. jun. 16.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis damus pro memoria, quod Nicolaus filius Johannis de Arach, famulus magistri Benedicti filii Laurencii de Chorna, cum procuratoriis literis nostris pro eodem domino suo ad nostram veniendo presenciam, magistrum Johannem filium Laurencii de eadem Chorna, a perdicione et alienacione possessionis Waryobagyakezeu vocate, alios vero quoslibet specialiter Beke filium Stephani, Andream filium suum, Michaelem filium Thome ab optencione eiusdem et ipsis perpetuacione in persona eiusdem magistri Benedicti domini sui prohibuit contradicendo coram nobis; in cuius prohibicionis testimonium presentes concessimus literas nostras communi iusticia svadente. Datum secundo die festi sanctorum Viti et Modesti martyrum, anno domini M° CCC° LX° primo.

Eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 19. 76. dipl. oszt. 5068. Ugyanott megvan I. Lajos királynak Visegrádon 1361. »sabbato ante dominicam Invocavit« kelt levele N. R. A. 20. 46. dipl. oszt. 5037., mely szerint Csornai Lőrincz fia János, Várjobbágya-keszői Beke, ennek fia András és Tamás fia Mihály Várjobbágya-kesző és Simon-kesző nevű birtokok között a határ megállapitását választott bírákra bizták; a többek közt egyik választott biró Vági Mátyás fia Miklós volt.

232. *Az alispán és a szolgabirák bizonyitják, hogy Nagymartoni Miklós Szántó nevű birtok elfoglalásáért János néhai bánnak elégtételt nem adott. Locsmánd, 1362. jan, 25.*

Nos magister Lanceus comes Supruniensis et iudices nobilium comitatus eiusdem, memorie commendamus per

Digitized by Google

presentes, quod cum nos ad peticionem magnifici viri domini Johannis condam Dalmacie et Croacie bani, unum ex nobis videlicet Valentinum de Veyka iudicem nobilium ad investigandum et ammonendum verbo nostro, ad magistrum Nykkul filium Laurencii filii Simonis de Nogmortun duximus transmittendum, ut idem illicita, iniurias et damna per eundem ipsi Johanni condam bano, super eo, quod ad scitum nostrum et tocius provincie comitatus predicti, ipse magister Nykkul homines suos proprios manibus armatis et potenciariis ad possessionem eiusdem Johannis condam bani, Zanthou vocata, destinare curavit et de eadem possessione villicum et quatuor iobagiones ipsius Johannis bani cum universis bonis eorumdem feria quinta proxima ante festum Nativitatis domini nunc preteritum anfferri faciendo in suam possessionem transtuli fecit moraturos, absque legitima licencia et permissione speciali . . . commissa et perpetrata, reformaret et exinde congruam impenderet satisfaccionem; qui magister Nykkul in presencia et testimonio eiusdem iudicis, die dominico proximo ante festum conversionis sancti Pauli apostoli nunc preteritum de omnibus premissis e . . endam satisfaccionem impendere seu exhibere spopondebat iusticia mediante; quo termino adveniente idem magister Nikkul non venit nec misit, neque ipsam satisfaccionem impendere de premissis facere curavit, ut assumsit; in quorum testimonium prefato Johanni condam bano, presentes literas nostras eidem dedimus iusticia svadente. Datum in Lochman, in festo conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M° CCC° LX° secundo.

Papíron hátlapján három pecsét maradványaival; eredetije Körmenden a hg. Batthyány cs. ltárában.

233. *I. Lajos király Kanizsai István zágrábi püspöknek és Slavonia helytartójának igéri, hogy Pamgort és Nádasd nevű birtokokért, neki és testvéreinek más birtokokat fog adományozni, Zágráb, 1362. máj. 8.*

Relacio domini Wilhelmi episcopi Quinqueecclesiensis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus tenore presencium significantes universis, quod

Digitized by Google

quia fidelis noster venerabilis pater dominus Stephanus ecclesie Zagrabiensis episcopus, vicarius tocius regni nostri Sclavonie generalis, per nos instanter rogatus, quasdam possessiones Pamgort et Nadasd vocatas in comitatu Soproniensi existentes, nobis et per consequens Heniconi boemo nostro familiari dilecto, in sua et fratrum suorum personis resignavit, simpliciter et in toto, absque omni lite, ideo nos ipsi domino episcopo et fratribus suis promittimus de aliis possessionibus facere provisionem, quas licite et libere sibi dare poterimus e converso, harum sub nostro secreto sigillo testimonio literarum. Datum Zagrabie, in quindenis festi beati Georgii martyris, anno domini M° CCC° LX° secundo.

Gyürüpecséttel, a pecsét alatt a föntebbi: Relacio stb. szavak olvashatók ; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 569. 9. dipl. oszt. 5123.

234. *A vasvári káptalan előtt Felsőládoni Péter fiának Jánosnak özvegye, Alsóládoni Miklós nejét Kata asszonyt és ennek fiát Felsőládon nevű birtokban örökrészükre nézve kielégíti. 1362. máj. 16.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod nobilis domina Elizabet vocata relicta Johannis filii Petri de Felseuladun comitatus Soproniensis, filia scilicet Nicolai filii Zoch de Wlbeu de comitatu Castriferrei, coram nobis personaliter constituta confessa extitit oraculo vive vocis eo modo, ut ipsa nobilem dominam Katha vocatam, coniugem Nicolai filii Johannis de Alsouladun, filiam Syma, neptem videlicet predicti Petri de Felseuladun et Johannem filium eiusdem successoresque et posteritates eorumdem, super dote et rebus suis parorphanalibus de recta tercia parte possessionarie porcionis prenotati Johannis filii Petri condam domini et mariti sui in predicta Feulseuladun habite et existentis, apud manus predicte nobilis domine Katha nominate et Johannis filii eiusdem habita sibi provenientibus, receptis ab eadem nobili domina Katha nuncupata duabus marcis et tribus pensis promtorum denariorum latorum viennensium, quamlibet marcam cum decim pensis computando, et per eandem plenarie sibi persolutis plene et

Digitized by Google

per omnia expeditos reddidisset atque satisfactos, imo reddidit coram nobis vigore presencium mediante; presentes vero dum primum nobis reportate fuerint in privilegium redigi faciemus. Datum feria secunda proxima ante festum beate Elene regine, anno domini M° CCC° LX° secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Nyáry cs. ltárában Gbelán, Trencsén vármegyében.

235. *Az alispán és szolgabirák, Győrai Andrást, ki a kitüzött határnapon nem jelent meg, Szélestei Németh Miklós fia István és Győrai Benedek fia István ellen birságolják. Szakony, 1363. márt. 7.*

Nos magister Johannes de Peren vicecomes et iudices nobilium comitatus Sopronienses damus pro memoria, quod Johannes filius Stephani famulus et procurator magistrorum Stephani filii Nicolai dicti Nemeth de Zeleste et alterius Stephani filii Benedicti de Gyuro cum procuratoriis literis capituli Castriferrei pro eisdem dominis suis contra Andream filium Jacobi de eadem Gyuro feria secunda proxima post dominicam Oculi tota die legitime in termino stetit coram nobis, qui iuxta continenciam literarum nostrarum citatoriarum non venit neque misit, unde eundem in iudiciis commisimus remansisse, si se racionabiliter non poterit excusare. Datum in villa Zakan, secundo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° tercio.

Papíron, két pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott a nevezett felekre vonatkozólag meg más két hasonló birságoló levél is megvan.

236. *Bebek István országbiró a vasvári káptalant Ilmicz nevü Sopron vármegyei birtokban, melyet Hercules vasvári prépost még 1217-ben a káptalannak ajándékozott, az Osl nemzetségből való János fiai Herbord és Ferencz ellenében itéletileg megerősiti, és a veszprémi káptalant a beiktatásra kiküldi. Visegrád, 1363. oct. 25.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Wesprimiensis comes Stephanus Bubeek iudex curie domini Lodovici dei

Digitized by Google

gracia regis Hungarie amicicie debitum cum honore. Vestre amicicie serie presencium declaramus, quod magistri Bartholomeus et Paulus canonici ecclesie Castriferrei pro honorabili capitulo eiusdem ecclesie Castriferrei cum procuratoriis literis eorumdem iuxta continenciam priorum literarum prorogatoriarum, in octavis festi Purificacionis beate virginis proxime preteritis, in figura nostri iudicii comparendo, contra Benedictum dictum Waryw de Zerdahel, Franciscum et Herbordum filios Johannis filii Stephani de Chaua quasdam literas conventus ecclesie Zaladiensis formam possessionarie reambulacionis, contradictorie inhibicionis et citacionis in se hahentes domino nostro regi ad nostram literatoriam peticionem rescripcionales, tenorem literarum nostrarum eidem conventui directarum de verbo ad verbum in se habentes octavo die festi beate Elizabet regine proxime preteriti emanatas, nostro iudiciario examini presentarat, inter cetera sua serie exprimentes, quod cum Egidius de Loch homo regius ac frater Nicolaus dictus de Kopornuk, per ipsum conventum Zaladiensem ad literatoriam nostram peticionem pro testimonio transmissus, feria sexta proxima ante dictum festum beate Elizabet regine ad faciem possessionis Ilmeuch vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis legitime convocatis accedendo, eandemque per suas veras metas et antiquas distingendo, annotato capitulo ecclesie Castriferrei eo iure, quo eis dinosceretur pertinere, perpetuo possidendam statuere voluissent, Jekkul iudex premisse possessionis eosdem regium et ipsius conventus homines a statucione predicte possessionis prenotato capitulo Castriferrei fienda, in persona Benedicti dicti Voryw, necnon Francisci et Herbordi filiorum Johannis de Chaua prohibuisset contradicendo; quare eosdem Benedictum Voryu, Franciscum et Herbordum iidem regius et ipsius conventus homines, contra ipsum capitulum ecclesie Castriferrei ad octavas festi beati Andree apostoli proxime tunc affuturas in regiam citassent presenciam; et cum ipsa causa ab eisdem octavis festi beati Andree apostoli mediantibus literis nostris prorogatoriis, de parcium voluntate, ad octavas festi Purificacionis beate virginis dilatata extitisset, tandem in eisdem octavis festi Purificacionis

Digitized by Google

virginis gloriose, annotati magistri Bartholomeus et Paulus procuratores ipsius capituli Castriferrei, adhuc quasdam duas literas, unam dicti conventus ecclesie Zaladiensis transcripcionalem, in festo Ascensionis domini tunc proxime preterito confectas, tenorem quarundam literarum capituli ecclesie Jauriensis tredecimo kalendas Agusti *(igy)* anno domini M° CC° nonagesimo nono confectarum de verbo ad verbum et transsumptive in se habentes, et aliam viri magnifici domini Nicolai Konth regni Hungarie palatini in Chepregh dominico die proximo post festum Exaltacionis sancte crucis, anno domini M° CCC° L° octavo preteritum emanatam nobis presentarant; in quarum quidem literarum ipsius capituli Jauriensis dictis literis ipsius conventus Zaladiensis transsumtive insertarum tenore inter cetera habebatur, quod cum inter prepositum et capitulum ecclesie Castriferrei ab una, parte vero ex altera inter magistrum Herbordum filium comitis Herbordy de genere Osl super possessione Ilmeuch vocata in comitatu Supruniensi habita, quam possessionem predicti prepositus et capitulum per privilegiales literas domini Andree condam regis Hungarie eorum fuisse, ipse vero magister Herbordus unam partem eiusdem possessionis per dictum comitem Herbordum patrem suum mediantibus dicti capituli Jauriensis privilegialibus literis, emcionis titulo comparatam fuisse, in presencia ipsius capituli Jauriensis declarassent, coram domino rege diucius quescionis materia fuisset ventilata, tandem eedem partes pro bono pacis sibi invicem consencientes, per amicabilem composicionem discretorum nobilium et proborum virorum in eisdem literis nominatim conscriptorum, per partes tunc ad id assumtorum in huiusmodi pacis unionem coram ipso capitulo Jauriensi devenissent, quod predictam possessionem Ilmeuch in terris arabilibus, pratis, fenetis, arundinetis, piscinis, piscaturis et aliis utilitatibus inter se pacifice divisissent, porciones parcium per metas in eisdem literis contentas ab invicem distingendo; et ut inter ipsas partes in premissa divisione et metarum ereccione omnis contencio sedaretur et sopiretur, ipsum capitulum Jauriense ad peticionem earumdem parcium super faciem dicte possessionis cum comite Johanne de Mosonyo, homine

Digitized by Google

regio ipsorum hominem videlicet magistrum Emericum archidiaconum Mosoniensem transmisissent, qui postmodum ad eos reversi retulissent, quod partes in pacis unione metas possessionum eorum, quarum cursus, ut premittitur, in eisdem literis continetur, ibidem coram ipsis et aliis vicinis dicte possessionis clara luce nullo penitus contradictore existente, sub condicionibus et obligaminibus modo consimili literis in eisdem seriatim conscriptis, erexissent. Series vero dictarum literarum ipsius domini Nicolai Konth palatini inter cetera denotarat, quod magistris Johanne filio Stephani filii Herbordi de Wasarosfalu personaliter ab una et Dominico cantore ecclesie Castriferrei pro se et pro toto capitulo ipsius ecclesie cum procuratoriis literis eiusdem, parte ab altera coram ipso domino palatino constitutis, propositum extitisset per magistrum Johannem annotatum in hunc modum, ut quia dictum capitulum ecclesie Castriferrei possessionem Ilmeuch vocatam tunc habitatoribus destitutam in vicinate possessionis ipsius Johannis similiter Ilmeuch vocate in comitatu Supruniensi iuxta aquam seu lacum Ferteu habere dinosceretur, pro eo ipse suas manus et iobagionum suorum ac ad ipsum pertinencium quorumlibet, de predicta possessione ipsius capituli Ilmeuch retrahendo et excipiendo, eandem cum omnibus suis utilitatibus iuxta continencias literalium instrumentorum eiusdem capituli ex parte sua et ad ipsum pertinencium prefato capitulo ecclesie Castriferrei sub obligaminibus literis in eisdem declaratis, pacifice et quiete remisisset coram domino palatino prenotato, a tunc in posterum nunquam utilitates eiusdem possessionis dicti capituli Ilmeuch vocate, (absque) dacione et permissione eiusdem capituli percepturus. Quarum literarum exhibicionibus factis earumque perceptis tenoribus et expositis, prescriptis procuratoribus dicti capituli per predictos Benedictum et Franciscum et Herbordum, racione premisse contradictorie inhibicionis eorum assignari postulantibus, Johannes de Wrken pro prefato Benedicto dicto Voryu cum procuratoriis literis pretacti capituli ecclesie Jauriensis in nostram exurgendo presenciam responderat eo modo,

Digitized by Google

quod quia quedam porcio possessionaria, in dicta possessione Ilmeuch habita, per dictum Johannem patrem ipsorum Francisci et Herbordi eidem Benedicto impignorata tempore dicte recaptivacionis possessionarie titulo ipsius impignoracionis apud manus eiusdem Benedicti extitisset, ipsumque capitulum tempore dicte recaptivacionis possessionarie quandam particulam de dicta porcione sua possessionaria impignoraticia recaptivari et sibi statui facere voluisset, pro eo ipse premissam prohibicionem facere procurasset, sed eandem ipse tempore dicte impignoracionis possessionarie completo, dictam possessionariam porcionem eisdem filiis Johannis iam remisisset et resignasset pleno iure, et ex eo nil iuris ipse Benedictus haberet in possessione prenotata, resignando prohibicionem et litigium annotatas. Quibus perceptis Laurencius sclavus, famulus domine relicte ac Francisci et Herbordi filiorum ipsius Johannis filii Stephani predictorum, in nostram exurgens presenciam annotatosque Franciscum et Herbordum pueros, tam tenerime etatis, ut procuratores pro se constituere non valerent, existere, ex eoque ipsos ad persecucionem dicte cause ad ipsas octavas festi Purificacionis beate virginis pro se procuratores transmittere non valuisse referens, quasdam duas literas, unam prenominati capituli ecclesie Jauriensis ac aliam vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis nobis presentarat, quarum unius videlicet ipsius capituli Jauriensis litere tenor talis est: Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nobilis domina relicta condam magistri Johannis filii Stephani de Chaua unacum Herbordo, prout eadem asseruit, quatuor et Osl trium annorum filiis suis ab eodem progenitis, in nostram personaliter accedens presenciam sua ac memoratorum filiorum suorum in personis protestata extitit, quod cum possessionaria porcio capituli Castriferrei in Ilmeuch habita (in personis) ipsius capituli mediantibus regio et conventus Zaladiensis hominibus recaptivata et statuta fuisset, ipsa et filii sui nullum in eorum personis racione recaptivacionis et statucionis premisse possessionarie porcionis contradictorem in facie eiusdem possessionis deputassent et commisissent, neque aliquem

Digitized by Google

legitimum procuratorem inhibi *(igy)* constitutum habuissent, imo eciam filii sui propter inbecillitatem etatis eorum et in facie in aliquibus eorum causis valerent constituere procuratorem, sicuti eciam eisdem in nostri presencia adductis et astantibus nobis patuit evidenter; retulit eciam eadem domina, ut si quis in facie dicte possessionis quovis colore nominibus filiorum suorum et ipsius aliquam contradiccionem fecisset, ipsam prohibicionem non ex filiorum suorum et ipsius scitu, consensu et voluntate fecisset, nec nunc recaptivacioni et statucioni predicte possessionarie porcionis pro eodem capitulo factis in aliquo obviaret; super quibus omnibus a nobis literas nostras sibi et dictis filiis suis dari postulavit, quas concessimus communi iusticia svadente. Datum in dominica Invocavit, anno domini M° CCC° LX° tercio. Alterius vero litere videlicet dictorum vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis series inter cetera denotarat, quod Valentinus filius Johannis de Veyke, ad infrascriptam inquisicionem faciendam per ipsos vicecomitem et iudices nobilium predicti comitatus Supruniensis de sede eorum iudiciaria transmissus, die dominica proxima post dictum festum purificacionis beate Marie virginis nunc proxime preteritum accedendo et circueundo, sicut a nobilibus et ignobilibus ac cuiusvis status et dignitatis hominibus provincie clericis simul et laicis specialiter a vicinis et commetaneis, diligenti inquisicione palam et occulte facta, prout scire potuisset, sic scivisset, quod nobilis domina relicta ac Franciscus et Herbordus filii Johannis filii Stephani de Csaua possessionem capituli Castriferrei Ilmeuch vocatam, in dicto comitatu Supruniensi iuxta lacum Ferteu vocatum existentem, nunquam in preiudicium et derogamen atque contra prohibicionem eiusdem capituli usi extitissent, nec uti fecissent, nec aliquod turbacionis vel molestie ipsis et ad se pertinentibus in facto eiusdem possessionis Ilmeuch intulissent, vel inferri fecissent, sed innocentes essent in premissis penitus et immunes nobilis domina et filii sui supradicti. Quibus quidem literis exhibitis et expositis annotati procuratores ipsius capituli Castriferrei super premissis iuxta preexhibitarum literarum continencias

Digitized by Google

et vigores iudicium per nos et iusticiam eidem capitulo elargiri postularant equitate svadente; unde quia prefata possessio Ilmeuch vocata, condam inter prepositum et capitulum ecclesie Castriferrei ac inter Herbordum filium Herbordi predecessorem prefatorum filiorum Johannis per formam composicionariam in presencia ipsius capituli Jauriensis divisa, porcionesque parcium utrarumque per regium et eiusdem capituli Jauriensis homines metarum distinccionibus ab invicem distincte et separate fuisse, tandemque eadem possessio Ilmeuch per prescriptum Johannem filium Stephani patrem scilicet antedictorum Francisci et Herbordi in presencia ipsius domini Nicolai Konth palatini nomine iuris ipsius capituli Castriferrei eidem capitulo pacifice et quiete resignata et remissa extitisse, ex serie dictarum literarum per procuratores ipsius capituli ecclesie Castriferrei exhibitarum reperiebatur, demum eciam eadem domina prefatam prohibicionem in recaptivacione dicte possessionis Ilmeuch non ex suo et ipsorum filiorum suorum scitu coram ipso capitulo Jauriensi asseruisse, nec eadem domina et dicti filii sui eandem possessionem ipsius capituli Castriferrei uti fecisse, nec eciam aliquam perturbacionem seu molestiam in facto dicte possessionis ipsius capituli eidem capitulo et ad idem pertinentibus inferri fecisse, ex tenore predictarum literarum per prelibatum Laurencium famulum annotate domine et filiorum suorum exhibitarum, adinveniebatur, prefatus vero procurator dicti Benedicti eundem Benedictum tunc nil iuris seu dominii in dicta possessione Ilmeuch habere, sed dictam suam porcionem in eadem titulo ipsius impignoracionis prius ipsum contingentem eisdem filiis Johannis resignasse allegarat, premissas eciam prohibicionem et litigium obmiserat; pro eo unacum baronibus et regni nobilibus nobiscum adiudicantibus commiseramus decernentes, quod homo regius in presentibus infradeclarandus sub vestro testimonio in octavis festi Pasche domini tunc venturis et aliis diebus subsequentibus ad id aptis, ad faciem dicte possessionis Ilmeuch vocate, pretacti capituli Castriferrei, vicinis et commetaneis eiusdem universis et specialiter dicta domina relicta Johannis et filiis suis supra-

Digitized by Google

dictis inibi legitime convocatis et presentibus accederet, eandemque per metas et cursus metales (in) iamdictis literis ipsius capituli Jauriensis composicionalibus per procuratores ipsius capituli Castriferrei inibi in specie vel in transscripto tunc exhibendis contentos et expressas reambularet, reambulatamque et ab aliorum possessionariis iuribus separatam et distinctam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis statuat et relinquet prefato capitulo Castriferrei eo iure, quo ad ipsum dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, contradiccione prescripti Benedicti dicti Voryu, eo quod prefatus suus procurator legitimus eundem in dicta possessione nullum ius habere asseruerat, sibi obviare non valente; si vero per alios quospiam preter prefatos filios Johannis in aliqua particula possessionaria contradictum foret, tunc eosdem contra ipsum capitulum Castriferrei in regiam citaret presenciam ad octavas festi beati Georgii martiris similiter tunc affuturas racionem contradiccionis eorum reddituros, si autem iidem filii Johannis in aliqua porcione prohibicionem facere procurarent, tunc eos citare non occumberet, quia cum in lite essent cum eisdem, ipsos absque citacione aliquali octavis in eisdem coram nobis comparere oporteret, racionem contradiccionis eorum reddituros. His itaque peractis iidem regius et vester homines annotatam porcionem possessionariam in litigio remanentem, visa sui qualitate et quantitate, utilitate, fructuositate et valore regali mensura mensurando vel si mensurari non possent visu considerando, unacum aliis probis viris conscienciose estimarent in condigno suo precio et valore, regni lege requirente. Unde cum ad omnia premissa peragenda regius et vester homines transmitti debuerant neccessario, igitur amiciciam vestram serie aliarum literarum nostrarum pecieramus reverenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius in presentibus infradeclarandus in dictis octavis festi Pasche domini ad faciem predicte possessionis Ilmeuch vocate accedendo, omnia premissa et quevis singula premissorum faceret et exequeretur omnino modo prenotato, et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, statucionis et estimacionis seriem cum tocius inibi

Digitized by Google

peragendi negocii processu, ut fieret opportunum, ac nomibus contradictorum et citatorum, si qui fierent, ad dictas octavas festi beati Georgii martiris domino nostro regi fideliter rescribatis. In quibus eciam octavis festi beati Georgii martiris idem capitulum Castriferrei, si necesse fieret, dictas literas domini Andree regis ac capituli Jauriensis composicionales, in specie, et alias quaslibet, super premissa possessione eorum Ilmeuch vocata confectas exhibere teneretur coram nobis. Et cum tandem ab ipsis octavis festi beati Georgii martiris discussio reportate seriei ipsius possessionarie reambulacionis, statucionis et estimacionis de parcium voluntate iuxta continenciam literarum nostrarum porogatoriarum ad octavas festi beati Michaelis archangeli extitisset porogata, demum ipsis octavis festi Michaelis archangeli occurrentibus dominus Martinus custos et Bartholomeus decanus ipsius ecclesie Castriferrei, pro ipso capitulo Castriferrei cum procuratoriis literis eiusdem capituli ad nostram accedentes presenciam, literas vestras super premissis domino nostro regi rescripcionales nobis presentarunt, in quibus inter cetera habebatur, quod vos receptis literis nostris unacum Ladislao filio Petri de Arukkuz homine regio, magistrum Lucam socium et concanonicum vestrum ad exequenda in eisdem literis nostris contenta pro testimonio transmisissetis, qui deinde ad vos reversi vobis concorditer retulissent, quod ipsi in octavis festi Pasche domini proxime preteritis, ad faciem possessionis Ilmeuch vocate accessissent, et dum die sequenti videlicet feria secunda vicinis et commetaneis eiusdem specialiter nobili domina relicta Johannis filii Stephani et filiis suis inibi legitime convocatis et presentibus, eandem per veras suas metas et antiquas iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Jauriensis composicionalium, per procuratores eiusdem capituli Castriferrei illic in transsumto exhibitarum reambulare et ab aliorum possessionariis iuribus distingere et in ipsa reambulacione quatuor metis erectis, ad quinte ereccionem pervenissent, ut tandem ipsius distinccione prehabita, eandem cum omnibus suis utilitatibus prefato capitulo ecclesie Castriferrei, prout in predictis literis nostris articulatim

Digitized by Google

contineretur, eo iure, quo sibi pertinere dinosceretur, possidendam statuere voluissent, mox famuli et iobagiones prefate nobilis domine et alii communes homines hinc inde nomine eiusdem armatis manibus illic hostiliter confluentes, ipsis regio et vestro hominibus mortis minas svadentes eosdem affugari fecissent, propter (quod) prefata possessionaria reambulacio, metarum ereccio et statucio eiusdem pro predicto capitulo ecclesie Castriferrei (fieri) nequivisset. Ibidem eciam predicti procuratores capituli ecclesie Castriferrei premissas literas privilegiales olim domini Andree regis Hungarie anno ab incarnacione M° CC° decimo septimo emanatas nobis demonstrarunt, in quibus expresse inter cetera habebatur, quod Herkulus prepositus ecclesie Castriferrei coram ipso domino Andrea rege personaliter astando, misericordia ductus in presencia omnium de progenie sua contulisset ecclesie, in qua prepositali prefuisset dignitate, predium Ilmeuch nomine in comitatu castri Supruniensis, quod accepisset in concanbium terre (de omni) progenie sua excepto Pousa filio Petri, qui non dedisset partem suam pro concambio, et ille numeratim haberet octo iugera terre libere in predio illo, (tamen absque) loco curie; dehinc quoddam privilegium prefati capituli Jauriensis in anno domini M° CCC° XL° nono confectum exhibuerunt, in quo inter cetera prefatam possessionem Ilmeuch per predictum Johannem patrem ipsorum Francisci et Herbordi predicto capitulo Castriferrei sub metis in eodem expressis resignata fuisse comperimus; post hec quasdam duas literas inquisicionales, unam conventus ecclesie Zaladiensis et alteram vestram nobis presentarunt, in quarum unius videlicet ipsius conventus Zaladiensis litere, in anno domini M° CCC° LX° confecte continencia inter cetera habebatur, quod homo regius et testimonium ipsius conventus Zaladiensis in eisdem literis nominati feria quinta proxima post festum beati Bartholomei apostoli in predicto anno preteritum et aliis diebus ad id sufficientibus circuendo, sicut a nobilibus et ignobilibus clericis et laicis comitatus Supruniensis et specialiter a vicinis et commetaneis possessionis Ilmeuch nominate, palam et occulte a quibus decuisset et licuisset

Digitized by Google

scire potuissent, sic scivissent, quod Johannes filius Stephani filii Herbordi usque sibi vita (comes) extitisset, ipso vero decesso domina consors sua ac Herbordus et Franciscus filii eiusdem Johannis predictam possessionem Ilmeuch ecclesie sancti Michaelis archangeli de dicto Castroferreo occupassent, occupatamque detinuissent, fructus et utilitates eiusdem potencialiter et indebite percipiendo, in preiudicium et damnum capituli supradicti. In alterius vero scilicet vestre inquisicionali litere serie anno in presenti emanate, inter alia expresse vidimus contineri, quod homo regius et vestrum testimonium, in ipsis literis vestris nominati, feria sexta proxima ante octavas festi Pasche domini proxime preteritas, ad comitatum Supruniensem accedendo a vicinis et commetaneis ac ab aliis, quibus decuisset, diligenter inquirendo, sic scivissent, quod Johannes filius Stephani de Chaua et per consequens Herbordus ac Franciscus filii sui fructus et quaslibet utilitates possessionis Ilmeuch vocate capituli ecclesie Castriferrei, in comitatu Supruniensi habite, a congregacione domini Nicolai Konth palatini in dicto comitatu Supruniensi celebrata, incipiens, potencialiter, lite inter eos pendente, usi fuissent in grande preiudicium iuris eorumdem; quarum quidem literarum exhibicionibus factis prenominati procuratores sepedicti capituli ecclesie Castriferrei eidem capitulo iusticie complementum in premissis per nos postularunt elargiri. Quibus percèptis prenominatus Laurencius sclavus famulus predictorum Herbordi et Francisci filiorum Johannis in personis eorumdem literas predicti domini nostri regis Lodovici nobis presentavit, in quibus idem dominus noster rex nobis et aliis regni sui iusticiariis in eo firmis dabat in preceptis, quatenus Herbordum et Franciscum filios Johannis filii Stephani in tenera etate constitutos, tamdiu quousque iidem legitimam pervenerint ad etatem in nullis causarum articulis, exceptis causis tempore patris eorum iniciatis, novis possessionum occupacionibus et iniuriis quibuspiam sub confidencia earumdem literarum suarum regalium inferendis, presummemus quoquomodo iudicare; et (licet) pro predictis Herbordo et Francisco filiis Johannis premisse litere regales graciose in eo, ut ipsos

Digitized by Google

exceptis pretaxatis tribus articulis causarum, in nullis causis eorum quousque ipsi legitimam pervenirent ad etatem, iudicare auderemus, nobis fuerint exhibite, tamen quia predictam possessionem Ilmeuch vocatam ex serie premissi privilegii domini Andree regis per dominum Herculem prepositum ipsi ecclesie Castriferrei datam fuisse reperiebamus, demumque eadem condam inter ipsos (dominum) prepositum et capitulum Castriferrei, ac inter Herbordum filium Herbordi protavum ipsorum filiorum Johannis per formam composicionariam in presencia dicti capituli Jauriensis divisa, porcionesque parcium utrarumque per regium et ipsius capituli Jauriensis homines metarum distinccionibus ab invicem distincte fuisse, tandemque eadem possessio Ilmeuch ipsius capituli Castriferrei per pretactum Johannem filium Stephani, patrem ipsorum Herbordi et Francisci primo coram dicto capitulo Jauriensi, demum in presencia ipsius domini Nicolai Konth palatini nomine iuris ipsius capituli Castriferrei eidem capitulo pacifice resignata, et remissa extitisse, ut (est prehabitum) adinveniebantur, prefata eciam domina premissam prohibicionem in recaptivacione dicte possessionis Ilmeuch vocate, non ex suo et ipsorum filiorum suorum scitu factam fuisse coram ipso capitulo Jauriensi asseruisse, nec eciam se et dictos filios suos eandem possessionem Ilmeuch dicti capituli Castriferrei uti fecisse, nec eciam aliquam perturbacionem seu molesciam in facto dicte possessionis ipsius capituli, eidem capitulo et ad idem pertinentibus inferri fecisse, postmodumque in prefixis octavis festi Pasche domini in statucione predicte possessionis Ilmeuch vocate, predicto capitulo Castriferrei modo pre taxato fienda, nullo contradictore apparente, iobagiones prefate nobilis domine et alii communes homines hinc inde, nomine eiusdem armatis manibus illic hostiliter confluentes, ipsis regio et vestro hominibus mortis minas imponendo, eosdem abinde affugasse ex premissis reperiebantur; ex eoque nobis et baronibus ac regni nobilibus nobiscum in adiudicacione ipsius cause consedentibus premissa causa eorumdem Francisci et Herbordi mediantibus predictis literis regalibus graciosis non prorogari debere, sed (finis decisivus)

Digitized by Google

ex causis premissis iuri consonis imponi debere videbatur in eadem, pro eo unacum eisdem baronibus et regni nobilibus commisimus iudicantes eo modo, ut homo regius inferius declarandus, presente vestro testimonio in quindenis festi beati Martini confessoris proxime venturis, ad faciem predicte possessionis Ilmeuch vocate accederet, tandemque vicinis et commetaneis eiusdem universis convocatis, et presentibus per metas et cursus metales in prescriptis literis ipsius capituli Jauriensis composicionalibus per procuratorem ipsius capituli Castriferrei inibi in specie vel in transcripto exhibendis contentos et expressas, reambularet, et ab aliorum possessionariis iuribus distinctam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis statueret predicto capitulo Castriferrei, eo iure, quo ad ipsum dinosceretur pertinere perpetuo possidendam, contradiccione prefatorum Francisci et Herbordi ac aliorum quorumlibet, eo quod in tam longicam *(igy)* ipsius cause ventilacione nullius alterius, preter ipsorum Francisci et Herbordi obviarat contradiccio, obviari non valente; si qui autem alii aliquid iuris se habere sperarent in eadem, postmodum facta ipsius statucione exequerentur a capitulo antedicto iusticia mediante; ceterum idem homo regius dicto vestro testimonio presente prescriptos Herbordum et Franciscum filios Johannis, contra predictum capitulum Casfriferrei, super eo, ut famuli et iobagiones eorum armatis manibus regio et vestro hominibus tempore premisse statucionis minas mortis svadendo affugari fecerint de facie possessionis annotate, et eciam super his, que in predictis binis literis inquisitoriis continentur racionem reddituros evocaret ad octavas diei Strennarum similiter nunc affuturas in presenciam regie maiestatis; et quia ad ipsas statucionem possessionariam et evocacionem modo superius declarato faciendas regius et vester homines transmitti debent necessario, ideo vestram amiciciam presentibus requirimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Benedictus filius Johannis de Arukkuz vel Nicolaus filius Lorandi de Nare altero absente homo regius in dictis quindenis festi beati Martini confessoris ad faciem prelibate possessionis Ilmeuch modo premisso acce-

Digitized by Google

dendo, dictas possessionariam statucionem et metarum ereccionem nec non evocacionem faciat et exequatur modo omnino superius declarato, et post hec ipsarum possessionarie reambulacionis, metarum ereccionis et statucionis seriem ac diem et locum dicte evocacionis cum nominibus evocatorum necnon tocius inibi peracti negocii processu, ut fuerit opportunum, ad dictas octavas diei Strennarum domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad, vigesimo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° tercio.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan házi ltárában Lad. 1. 3. 4; a most közölt oklevél tartalma még inkább tanusítja azt, hogy a föntebbi 6 sz. alatti oklevél, melyben Hercules vasvári prépost neve szintén előfordul, a XIII-ik század második tizedében kelt.

237. *A vasvári káptalan bizonyság-levele arról, hogy a Csák nemzetségbeli Mihályi Domokos, Ugrin fia Pál és Vértesi Miklós a Mihályi és Kazmér (Kisfalud) nevü birtokok között azt a részt, mely iránt Kazméri Jánossal és fiaival perben álltak, ez utóbbiaknak átengedték. 1363. nov. 12.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Stephanus filius Johannis de Kazmer literas patentes domini nostri regis nobis presentavit, cuius tenor talis erat: Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, memorie commendamus per presentes, quod Stephanus filius Johannis de Kazmer pro se personaliter et pro eodem patre, necnon Ladislao et Laurencio fratribus suis ab una, item Dominicus filius Johannis de Myhal, similiter pro se personaliter, et pro Petro ac Paulo fratribus suis, necnon pro Paulo filio Vgrini de eadem Myhal et filiis eiusdem parte ab altera eorum onera et gravamina, dictis Stephano et Dominico, si in infrascripta composicione nollent persistere, in se assummentibus, astante cum eisdem Nicolao fratre Petri dicti de Wertus ianitore nostro, sunt confessi ministerio vive vocis, quod ipsi super quadam particula terre litigiose, inter villas Kazmer et Myhal predictas site, in cuius facto iidem nobiles de Kazmer prescriptos nobiles de Myhal in causam attraxissent, arbitrio sex proborum virorum, quorum tres pretacti nobiles de dicta Kazmer et alios tres iamdicti

Digitized by Google

nobiles de Myhal adducere tenerentur, se submississent et submiserunt coram nobis tali modo, quod quidquid iidem sex probi et nobiles viri per partes premissas adducendi, in octavis festi Omnium Sanctorum nunc venturis in facie dicte terre litigiose in presencia Thome de Pech vel Petri filii Nicolai de Paztur aut Georgii filii Stephani sive Johannis de Deer aliis absentibus homines nostri et testimonii capituli ecclesie Jauriensis, quod per ipsum capitulum ad id presencium serie transmitti iubemus, in facto premisso arbitrabuntur, ambe partes tenerentur acceptare, tali obligamine interiecto, quod si qua parcium in ipsa arbitraria composicione dictorum proborum virorum nollet persistere et eandem acceptare recusaret, extunc ipsa pars contra partem alteram premissa acceptantem in viginti marcis denariorum, salva porcione iudicis, ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto, prout ad hec partes premisse spontanea voluntate obligarunt se coram nobis; seriem siquidem premissorum in literis dicti capituli, nostre fideliter, si necesse fuerit, rescribi volumus maiestati. Datum in Wyssegrad, sexto die festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° LX° tercio. Quibus quidem literis domini nostri regis visis et receptis unacum predicto Thoma de Pech, homine regio ad ipsam arbitrariam composicionem proborum virorum inter partes premissas fiendam, videndam et audiendam magistrum Thomam socium et concanonicum nostrum pro testimonio transmisimus, qui tandem ad nos reversi nobis retulerunt, quod in dictis octavis festi Omnium Sanctorum iam proxime preteritis magister Paulus filius Vgrini sua ac Stephani, Nicolai et Johannis filiorum, predictus eciam Dominicus filius Johannis similiter in sua et Petri ac Pauli fratrum suorum in personis nobiles de Myhal, item Johannes filius Laurencii ac Stephanus filius suus in suis ac Ladislai et Laurencii predictorum in personis, quorum onera super se assumsissent, in facie dicte terre litigiose inter villas Kazmer et Myhal prenotatas habite, comparendo, eandem terram litigiosam predicti Paulus filius Vgrini et Dominicus filius Johannis suis et aliorum prenotatorum in personis eisdem Johanni filio Laurencii et filiis suis prememoratis de

Digitized by Google

Kazmer ipsorumque posteritatibus perpetuo possidendam et habendam amore fraternitatis remisissent et resignassent ad possessionem ipsorum Kazmer predictam applicando, quam quibusdam signis in terra pro metis positis videlicet a parte orientali non longe circa fluvium Rapche et iuxta quoddam fossatum deinde penes metas angulares consignassent; insuper pretacti nobiles de Myhal et de Kazmer universas literas causales, in processibus dicte cause contra se se emanatas, non tamen super possessionibus confectas, cassas, mortuas et inanes prorsus et omnino commisissent; hoc eciam inter se adicientes, ut si qua parcium motu temporum successivo premissam unionem et ordinacionem retractaret, extunc in facto rei quesite contra partem adversariam convinceretur eo facto. Datum quinto die octavarum festi Omnium Sanctorum predictarum, anno supradicto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. Megvan u. o. 1364-ből a győri káptalan bizonyságlevele, hogy a föntebbi egyezség megerősítése végett a felek Pál fiai kivételével a káptalan előtt mind megjelentek.

238. *I. Lajos király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Barbaháza nevű birtokba Derki Megyes Jakabot iktassa be. Visegrád, 1363. decz. 13.*

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo Castriferrei salutem et graciam. Dicit nobis Jacobus dictus Meges de Derk, quod ipse in dominium possessionis Barbahaza vocate legitime vellet introire, si contradiccio cuiuspiam ei non obviaret in hac parte; quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Nicolai de Salamon, vel Buken de eadem, aut Petrus de Eduey, aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis, vicinis et commetaneis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat ipsum Jacobum in dominium eiusdem, statuatque ipsam eidem Jacobo, eo iure, quo ad ipsum dinoscitur pertinere, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores, si qui fuerint, evocet contra dictum Jacobum in

Digitized by Google

nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem ipsius introduccionis nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, in festo beate Lucie virginis anno domini Millesimo CCC° LX° tercio.

A vasvári káptalan **1364.** évben kelt jelentéséből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént; a káptalan jelentését **1367**-ben Visegrádon »in dominica Judica« I. Lajos király átírta, az erről szóló privilegiumának eredetije megvan a N. Muzeumban.

239. *I. Lajos király bizonyságlevele, hogy Volfarthi Eglolf Vöröskővárért azzal a pénzzel, melyet Magyar-Óvár kiváltásáért és Szarvkő vára eladásáért kapott, testvérét Volfarthi Conrádot kielégítette. Visegrád, 1364. máj. 11.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie fatemur literis nostris per presentes, quod vir strennuus Eglolfus de Wolfurth pretextu castri Wereskw nuncupati per nos eidem Eglolfou perpetue donati et collati, de pecunia, quam ex redemcione castri nostri Owar, quod comes Corardus frater suus a nobis pro pignore tenuit, et vendicione castri sui Zarwkw nuncupati habuisse dinoscitur, ad nostrum et prelatorum ac baronum regni nostri scitum et reminiscenciam evidentissimam dicto comiti Corardo condignam sufficientem et omnimodam impendit satisfaccionem, de qua idem comes Corardus valde contentus; sicque regno nostro exiliit et se alienavit in propria sua patria perpetuo moraturum. Datum in Wissegrad, in vigilia festi Penthecostes, anno domini M° CCC° LX° quarto.

Hátlapján a felségi nagy pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, N. R. A. 621. 22. dipl. oszt. **5313.**

240. *Az alispán és szolgabirák bizonyítják, hogy Cziráky Sándor fiát Miklóst megintették, hogy azt a hat márka dénárt, melylyel Győrai Benedeknek tartozik, fizesse meg. Szakony, 1364. jul 1.*

Nos magister Johannes de Peren vicecomes et iudices nobilium comitatus Soproniensis memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem magistri Stephani

Digitized by Google

filii Benedicti de Gyuro, huius comitatus, unum ex nobis videlicet comitem Paulum filium Lorandi de Damanya ad infrascripta negocia prosequenda de sede nostra iudiciaria misissemus, tandem idem comes Paulus ad nos reversus nobis retulit tali modo, quod ipse die dominica proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste nunc proxime preteritum accessisset ad Nicolaum filium Alexandri de Zyrak in eandem possessionem Zyrak, ubi in sui et quam plurium aliorum presencia et interessencia prefatus magister Stephanus filius Benedicti sex marcas denariorum, quibus sibi idem Nicolaus filius Alexandri debitor extaret, restitui postulari fecisset per eundem, qui quidem Nicolaus filius Alexandri taliter respondisset, quod hoc bene verum esset, quod ipse eidem magistro Stephano premissis sex marcis denariorum teneretur, sed eciam idem magister Stephanus sibi debitor extaret, et si ipse magister Stephanus pecuniam, qua sibi teneretur restitueret, eciam ipse premissas sex marcas denariorum reddere promtus esset et paratus. Datum in villa Zakan, feria secunda proxime subsecuta post terminum prenotatum, anno domini M° CCC° LX° quarto.

Papíron, hátlapján két pecséttel; eredetije a gr. Esterházy cs. ltárában Galanthán, Pozsony vármegyében.

241. *Kont Miklós nádor Győrai Benedek fia István panaszára a győri káptalant kiküldi, hogy tartson afölött vizsgálatot vajjon igaz-e? hogy Nyéki Lőrincz szergényi jobbágyaival a panaszosnak ötven ménesbeli lovát a Fertő mocsárába hajtotta, hol a lovak a vizbe fultak. Visegrád, 1365. jan. 6.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Jauriensis Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magistri Stephani filii Benedicti de Gyouro, quod Laurencius de Nyek in estate nunc proxime preterita, per iobagiones suos de Zergen quinquaginta equos equaciales suos de campo ad paludes aque Fertew vocate depelli faciendo, in eisdem paludibus ipsos equos interfici fecisset

Digitized by Google

omni sua sine culpa in grande suum preiudicium non modicum atque damnum; super quo vestram amiciciam presentibus petimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus dictus Ewz de Zyrak vel Paulus dictus Poltha de eadem, aut Lucasius de Cheer, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus decet, et licet diligenter de premissis investigando sciat et inquirat omnimodam veritatem; ceterum et post hec prout exinde vobis veritas constiterit, nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° LX° quinto.

A győri káptalan 1366. évi jelentéséből, mely szerint a teljesített vizsgálat után a panasz valónak bizonyult; eredetije a N. Muzeumban.

242. *A győri káptalan előtt Potli Pál fia Miklós, Büdöskut nevű birtokát Kanizsai István zágrábi püspöknek és testvérének Jánosnak, Orbáz és Zana vármegyék főispánjának, eladja. 1365. márt. 12.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Nicolaus filius Pauli nobilis de Pothly, comitatus Soproniensis, ad nostram personaliter accedens presenciam, dixit et ministerio vive vocis est confessus, quod quia ipse cunctorum clemencie conditoris gracia et dono filiis et filiabus esset penitus destitutus, et ne alii velut ingrati de suis possessionibus possint gaudere et gratulari, ipse quodam salubri ductus consilio et aliqualiter sibi de statu meliori volens providere, totalem porcionem suam possessionariam in possessione Biduskuth vocata, scilicet undecim laneos sive lihinios in se continentes habitam et existentem, ipsumque iusto titulo hereditario et emticio (pro tempore) contingentem sive contingentes in predicto comitatu Supruniensi habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, quibuscunque nominibus vocitatis; venerabili in Christo patri domino Stephano dei et apostolica gracia Zagrabiensi episcopo, regni Sclavonie

Digitized by Google

generali vicario ac magistro Johanni filio Laurencii fratri eiusdem uterino comiti de Orbaz et de Zana et per eos eorum successoribus et posteritatibus ducentis quinquaginta talentis denariis latorum viennensium plene iam ab eisdem habitis et receptis vendidisset et dedisset imo vendidit et dedit coram nobis perpetuo iure et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, nullum ius nullumque dominium amodo et deinceps pro se et suis successoribus, si quos habuerit, reservando possessione in eadem, sed penitus et per omnia in eosdem dominum Stephanum Zagrabiensem episcopum ac magistrum Johannem fratrem suum et eorum posteros atque successores perenniter transferendo; nihilominus idem Nicolaus filius Pauli in dicta possessione propriis laboribus et expensis assumsit conservare obligando se, quod si ipse vel sui successores aut posteri prenominatos dominum Stephanum episcopum et magistrum Johannem fratrem suum ac eorum posteros in dicta possessionaria porcione per ipsum Nicolaum vendita pacifice et ab omni inquietacione quorumlibet conservare non posset aut non possent, ex tunc ipse Nicolaus filius Pauli vel sui successores aliam possessionem vel possessionariam porcionem in aliis possessionibus suis hereditariis in eodem comitatu qualitate, quantitate, fructuositate, utilitate, et valore coequalem dictis domino episcopo et magistro Johanni fratri eiusdem eorumque posteritatibus et successoribus dare et assignare tenerentur cavillacione et dissimulacione qualibet procul mota; ad que premissa et singulorum premissa idem Nicolaus filius Pauli se et suos posteros spontanea obligavit voluntate. In cuius rei memoriam presentes concessimus et emanari fecimus literas nostras appensione sigilli nostri autentici consignatas. Datum in festo beati Gregorii pape, anno domini M° CCC° LX° quinto, dominis Johanne preposito, N. lectore, cantoratu in altercacione existente, et Dominico custode ecclesie nostre existentibus.

Vörös és zöld zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárában. N. R. A. 593. 8. dipl. oszt. 5382. Ugyanott megvan Bebek István országbiró bizonyságlevele 1363-ból, a mely szerint Pothly Miklós fia Merth Büdöskuton hat telekre nézve Pothly Pál fiával Miklóssal kiegyezett; N. R. A. 393. 10. dipl. oszt. 5272.

Digitized by Google

243. *I. Lajos király Eörgőczi Andrásnak és Jánosnak, kik magukat a bolgár hadjáratban Himfi Benedek bodonyi kapitány szolgálatában kitüntették, megkegyelmez s jószágaikat visszaadatni rendeli. Bodon (Viddin) vára előtt, 1365. jun. 4.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes presencium tenore significamus universis, quod nos Andream filium Stephani filii Jekkul ac Johannem filium alterius Stephani filii eiusdem Jekkul de Ebergeuch, comitatus Soproniensis, sicut de regia benignitate nostra ad suplicacionem fidelis nostri dilecti Benedicti filii Pauli filii Heem nunc capitanei civitatis nostre Bodoniensis ac eius districtus, sic eciam pro fidelibus serviciis magistri Stephani filii Benedicti de Syra ac eorumdem Andree et Johannis famulorum suorum tempore presentis nostri exercitus in obtencione dicte civitatis nostre Bodoniensis, subiugacione regni nostri Bulgarie inter cetera nobis et corone nostre sacre exhibitis per ipsos et impensis, a labe et nota proscripcionis, quam ipsi Andreas et Johannes in congregacionibus palatinalibus ac comitum parochialium et iudicum nobilium quorumcunque comitatuum specialiter autem dicti comitatus Soproniensis in eodem comitatu Suproniensi et alias celebratis generalibus incurisse dignoscebantur eximentes, et eripientes, liberavimus et expiavimus, ac remissis penitus et indultis ipsis omnibus eorum excessibus et debitis pro quibus, usque nunc fuerunt proscripti et registrati, capitibus ipsorum simulcum universis possessionibus et iuribus eorum possessionariis graciam et misericordiam fecimus specialem, restituentes ipsos fame et statui suis pristinis. Quelibet eciam registra et literas in facto dicte proscripionalis quoad capita eorum se tendencia cassantes mortuas reliquimus et commisimus ac viribus omnino caritura, presencium mediante, ita tamen, quod iidem Andreas et Johannes se deinceps a casu simili teneantur innoxios custodire. Datum ante prefatam civitatem nostram Bodoniensem, feria quarta proxima post festum Penthecostes, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Digitized by Google

A vasvári káptalannak 1365-ben »in festo beate Marie Magdalene« kiállított átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 606. 3. dipl. oszt. 5397.

244. *I. Lajos király az Ebörgöczi András és Jánosnak adott megkegyelmezését annyiban vissza vonja, hogy az csak fejükre értetett, Dág és Ebörgöcz nevű birtokaikat azonban, melyeket a király már előbb Kanizsai István zágrábi püspöknek és fivérének adományozott, vissza nem kapják. Visegrád, 1365. jul. 26.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quamquam ad votivam et devotam suplicacionis instanciam quorumdam nostrorum fidelium, pridem in obsidione et optencione civitatis nostre Bodun, personali nobis adherencia existentibus, iuribus et possessionibus Andree filii Stephani sclavi et Johannis filii alterius Stephani dicti Jakw proscriptorum, vigore aliarum literarum nostrarum sub nostro sigillo rotundo et secreto emanatarum propter absenciam (summi) nostri cancellarii, de priori donacione nostra de dictis possessionibus dudum venerabilii in Christo patri domino Stephano Zagrabiensi episcopo vicarioque regni nostri Sclavonie generali et magistro Johanni fratri eius uterino perpetuo ob suorum fidelitatum et obsequiorum preclara merita per nos rite facta non recordati, in preiudicium donacionis nostre primarie graciam fecerimus specialem. Tamen quia nostre sollicitudinis et cure officio incumbit errores devios in melius corrigere, et in via regia regalis nos sublimitas invitat affectuose incedere, fidelitatum et fidelium serviciorum laudedignis meritis eorumdem domini episcopi et magistri Johannis fratris sui locis et temporibus opportunis nobis et sacro nostro dyademati indefesse fidelitatis ardore exhibitis et impensis in celsitudinis nostre memoriam reductis, pretitulatas possessiones eorumdem proscriptorum Dak et Eburgeuch nuncupatas in comitatu Supruniensi existentes cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis quibuscunque, sub primarie nostre donacionis titulo, eisdem

Digitized by Google

domino episcopo et magistro Johanni eius fratri et suorum heredibus et heredum successoribus ac posteritatibus universis, non obstantibus dictis aliis literis nostris prelibatis Andree et Johanni prosciptis datis et concessis, quas quoad factum dictarum possessionum, excepta gracia capitibus eorum facta, revocantes, cassantes et irritantes, damus, donamus et conferimus ac ipsis in perpetuam ascribimus hereditatem, sine preiudicio iuris alieni. Presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in Visegrad, in festo sancte Anne matris Marie, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A 564. 46. dipl. oszt. 5406. A pecsét alatt valamint az oklevél felső szélén ez áll: »temporalis commissio domini regis in domo sua Visegradiensi, magistro Gallo facie ad faciem«.

245. *Chuzdi János a vármegye ispánja ir Sopron városához, hogy a király a soproni és locsmándi főesperességi kerületekben a tizedszedést a győri püspök embereinek megtiltotta. Szakony, 1365. nov. 3.*

Providis viris et honestis iudici, iuratis, ceterisque civibus de Supronio amicis eorum reverendis magister Johannes de Chuzd comes comitatus Suppronienſis paratam amiciciam debito cum honore. Vestre notifico probitati nostras (literas) per presentes, quatenus ex relacione literarum domini regis et palatini percepimus, ut universas decimas in vicello Suppronfel et Luchusperg verbo et precepto eiusdem domini regis prohibere debeamus ita, quod nullus hominum ipsas decimas tam vini quam frugum episcopo Jauriensi vel decimatori suo in dicto comitatu provenire debentes persolvere et extradare presummant; igitur amicicie vestre auctoritate eiusdem domini regis precipimus, quod ipsas decimas prenotatas nemini preter nostram personam vel nostro homine persolvere presummatis, quia Jacobo iudici de Poson ex precepto prefati domini nostri regis sumus persoluturi, alioquin in damno permaneretis. Datum in villa Zakon, secunda feria proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Digitized by Google

Papíron a hátlapon meglehetős ép pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. VIII. et II. fasc. 1. 17.

246. *I. Lajos király előtt Kanizsai István zágrábi püspök és testvére János, Volfarthi Eglolfot, kitől Szarvkő várát megvették, intik, hogy Vöröskő várát Mikch bán fiainak el ne adja. Buda, 1365. nov. 16.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod venerabilis in Christo pater dominus Stephanus episcopus Zagrabiensis regnique Sclavonie vicarius generalis et magister Johannes frater suus uterinus, ad nostre serenitatis accedentes presenciam per modum protestacionis nobis significare curarunt, quod Eglolphus de Wlfurd, tempore, quo castrum Zarwku a Corrardo de eadem Wlfurd et ab ipso Eglolpho, per ipsos dominum episcopum et fratrem suum emtum fuisset et comparatum, ipsi vigore nostri privilegii regalis eosdem dominum episcopum, et fratrem suum, ab omnibus hominibus et personis pretextu dicti castri temporis in processu impetere volentibus defendere assumsisset et expedire, nunc vero idem Eglolphus castrum suum Werusku vocatum magistris Stephano et Akus filiis quondam Mykch bani in perpetuam vendidisset hereditatem. Ipseque habita pecunia scilicet precio eiusdem castri de regno nostro exire, et de eodem se conaretur alienare; verum quia ipsius Eglolphi plures in regno nostro non haberentur hereditates, cum quibus, si necesse fieret, occasione castri Zarwku ipsos valeret contra impetitores defensare, ideo ipsi facta huiusmodi protestacione prefatum Eglolphum a vendicione et alienacione dicti castri sui Weruskw, ipsos vero magistros Stephanum et Akus et alios quoslibet ab emcione, recepcione, occupacione et se de eodem castro intromissione qualitercumque facta vel facienda, facie ad faciem inhibuerunt contradicendo et contradixerunt inhibendo coram nobis. In cuius protestacionis testimonium literas nostras presentes eisdem domino episcopo et magistro Johanni fratri suo duximus concedendas, communi iusticia

Digitized by Google

svadente. Datum Bude, sexto die festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° sexagesimo quinto.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival: eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 21. 22. dipl. oszt. 5426.

247. *Kálmán győri püspök a locsmándi főesperességi kerületben a tizedet Jakab birónak és Pol János polgárnak Pozsony városából, háromszáz tizenkét márka denárért eladja. Győr, 1365. decz. 22.*

Nos Colomannus dei et apostolica gracia episcopus Jauriensis memorie commendamus, quod nos universas decimas nostras tam vini quam frugum ac aliarum rerum quarumlibet in decimacione Luchmaniensi duobus annis integris proxime venturis provenientes seu provenire debentes, exceptis quartis fratrum nostrorum vendidimus et locavimus providis viris Jacobo iudici et Johanni Pol civi Posoniensibus pro trecentis et duodecim marcis denariis, marcam quamlibet cum decem pensis computando plene nobis datis et persolutis ab eisdem, super quibus ipsos reddimus expeditos, dantes eisdem eorumque heredibus predictas decimas dicandi et exigendi facultatem. Datum Jaurini, secundo die festi Thome martyris, anno domini M° CCC° LX° quinto.

Papíron, belől vörös viaszba nyomott nyolcz szögletü gyürü pecséttel, eredetije a N. Muzeumban.

248. *A győri káptalan bizonyságlevele a Vezekény nemzetségbelieknek, a Czirákiak őseinek osztályáról; az osztály tárgyát képezték Czirák, Berekalfalu, Felsőcsalád, Peresnye, (a mai Czinfalva) és Veszkény nevü Sopron vármegyei s Bosorag nevü Arad vármegyei birtokok. 1366. márt. 26.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem quod nobiles viri Stephanus filius Stephani filii Corrardi ex una, parte vero ab altera Nicolaus filius Alexandri pro se personaliter ac pro Johanne fratre suo uterino, cuius onus

Digitized by Google

in causa infra specificanda super se assumsit in toto, Petrus et Paulus filii Nicolai, Michael filius Johannis filii Cozme de generacione Vezeken coram nobis personaliter constituti, per eosdem communiter propositum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi usque ad hec tempora cum possessionibus eorum fuissent indivisi, sed volentes amore fraternalis propaginis perpetua pace congratulari, universas possessiones eorum ubilibet habitas et existentes, ordinacione eciam proborum virorum et nobilium interveniente, inter se modo infra declarando divisissent: primo recta medietas possessionis Zyrak per directam latitudinem cum viginti mediis curiis in ambabus lineis a parte ecclesie beati Michaelis archangeli de eadem possessione constructe existens, cum omnibus suis utilitatibus Stephano filio Stephani et suis posteris, alia vero directa medietas dicte possessionis Zyrak a plaga meridionali adiacens, cum locis sessionalibus memoratorum Nicolai et Johannis filiorum Alexandri, Petri et Pauli filiorum Nicolai et Michaelis filii Johannis eo modo, prout ipsi et progenitores eorum ipsa loca sessionalia possedissent, iamdictis et eorum posteritatibus cessissent utroubique perpetualiter possidere modo simili cum omnibus suis usibus et pertinenciis. Item in Berecalfalu superior linea sive pars a plaga aquilonari existens Stephano filio Stephani, alia medietas a parte inferiori Nicolao et Johanni filiis Alexandri, Petro ac Paulo filiis Nicolai et Michaeli filio Johannis filii Cozme ambabus partibus semper cum suis utilitatibus et pertinenciis devenissent et cessissent in divisione heredum per heredes possidere et habere. Item in Chalad superior pars cum totali ambitu utilitatum Stephano filio Stephani, inferior vero pars sive porcio modo simili cum integritate utilitatum Nicolao, Johanni filiis Alexandri, Petro, Paulo filiis Nicolai, Michaeli filio Johannis utrisque partibus cessissent in divisione. Possessionem vero Peresnye taliter divisissent, quod recta medietas eiusdem, a plaga occidentali et ecclesie ibidem constructe, cum curia sive loco sessionali Stephani filii Stephani, prout ipse vel genitores sui possedissent et omnibus utilitatibus trium platearum, intra et extra rivulum ibidem defluentem

Digitized by Google

adiacens, iam sepedicto Stephano filio Stephani et suis posteris, alia vero directa medietas dicte possessionis Peresnye, similiter cum universis usibus et attinenciis directe in altera parte memorate medietati adiacens, sepefatis Nicolao et Johanni filiis Alexandri, Petro, Paulo filiis Nicolai et Michaeli filio Johannis filii Cozme eorumque successoribus devenissent in divisione perpetue habende, ita tamen, quod post divisionem iamdicte possessionis quelibet parcium intra limites eiusdem possessionis vineas plantandi liberam habebit facultatem, contradiccione alterius partis minime obviare valente. Item in Vezeken medietas eiusdem ab oriente existens cum novem mediis curiis Stephano filio Stephani, alia vero medietas ipsius possessionis Vezeken, cum totidem mediis curiis Nicolao, Johanni, Petro, Paulo et Michaeli sepedictis cum integritatum utilitatibus cessissent in divisione perennali, et si plures congregare poterint in eandem, similiter inter se in duas porciones divident coequales. Item molendina nunc in possessionibus eorum in fluvio Rabcha habita et in futurum construenda in duas partes divisa inter se fore commiserunt et commisissent. Item omnia pomeria in dicta possessione Peresnye Stephano filio Stephani, alia vero pomeria in Berecalfalu habita Nicolao, Johanni filiis Alexandri, Petro, Paulo filiis Nicolai, Michaeli filio Johannis filii Cozme et eorum successoribus divisionaliter cessissent habenda. Insuper particulam terre inter possessiones Cher et Zemere habitam similiter in duas partes inter se divisissent. Item possessionem ipsorum Bosorag vocatam in comitatu Orodiensi existentem, cum omnibus suis usibus et utilitatibus, sicuti predictas possessiones eodem modo in duas partes inter se divisissent, ita videlicet, quod recta medietas Stephano filio Stephani, alia medietas Nicolao, Johanni, Petro, Paulo et Michaeli sepelibatis cessisset in divisione perpetualiter habere; ceterum omnes possessiones eorum apud manus alienas habitas in communi expensa requirere assumserunt, tali vinculo obligaminis adiecto et partes *(igy)* sponte assumto, quod si qua parcium per se vel per suos posteros divisionem prescriptarum possessionum infringere conaretur sive violaret, extunc contra partem

Digitized by Google

alteram tranquiliter permanentem in viginti quinque marcis denariorum sine iudicis porcione convinceretur eo facto. Presentes dum nobis reportate fuerint in formam privilegii redigi faciemus. Datum secundo die festi Annunciacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában.

249. *Az alispán és a szolgabirák bizonyságlevele arról a hatalmaskodásról, melyet Csávai János özvegye és fiai a vasvári káptalannak Ilmicz nevű birtokán ujabban elkövettek. 1366. ápr. 10.*

Nos magister Johannes de Chuzd vicecomes magnifici viri Nicolai Konth regni Hungarie palatini et iudicis comanorum et iudices nobilium Soproniensis comitatus damus pro memoria, quod cum nos ad legitimam peticionem et instanciam capituli ecclesie Castriferrei ad infrascriptam inquisicionem faciendam unum ex nobis videlicet comitem Paulum de Damanya ex sede nostra iudiciaria misissemus, qui tandem ad nos rediens nobis retulit isto modo, quod ipse feria secunda proxima post octavas festi Pasche domini proxime preteritas accedendo et circumeundo, sicut a nobiibus et ignobilibus clericis simul et laycis ac ab aliis cuiusvis status et condicionis comitatus predicti et specialiter a vicinis et commetaneis possessionis Ilmeuch vocate ipsius capituli, a quibus decuisset, licuisset diligenti et conscienciosa inquisicione palam et oculte facta talem de infrascriptis scivissent veritatem, quod Bethlen de Seleeg alio nomine Kis Ilmeuch famulus et officialis domine relicte Johannis filii Stephani et Herborde ac Francisci filiorum eiusdem de Chaua in possessionaria porcione eorumdem similiter Ilmeuch appellata, ex iussu et commissione predicte domine relicte Johannis feria tercia proxima post predictum festum Pasche domini nunc preteritum ad predictam possessionem predicti capituli Castriferrei cum suis complicibus et iobagionibus pretacte domine et filiorum suorum in dicta Ilmeuch commorantibus, armatis manibus potencialiter veniendo duos

Digitized by Google

iobagiones eiusdem capituli Vyenner et Johannem dictum Janko (nominibus) captivassent, captosque in prescriptam possessionem predictorum domine et filiorum suorum abduxissent, ubi tribus diebus continuis in vinculis graviter conservando, eosdem secundum libitum sue voluntatis pactando, quarto die de ipsis vinculis super fideiussore abire permisissent, lite tamen pendente inter ipsum capitulum et filios Johannis supradictos. Datum quarto die inquisicionis prenotate, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Papíron, hátlapján három kis pecsét nyomaival; eredetije a vasvárszombathelyi kápt. házi ltárában. I. 3. 8.

250. *A vasvári káptalan előtt Viczai János fia Osl-nak özvegye Katalin asszony, Geregyei Kalmér fia Mihály az Egervváryak ősének leánya, férje javaiból járó hitbérét és hozományát testvérének Miklósnak ajándékozza. 1366. máj. 26.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod nobilis domina Kathlin vocata condam relicta Osl filii Johannis de Vicha, nunc vero consors Stephani filii Stephani de Apaty filia scilicet Michaelis filii Kalmeri de Gerege nostri in presencia personaliter constituta confessa extitit oraculo vive vocis, ut ipsa rectam et equalem dimidiam partem dotis et rerum suarum parorphanalium sibi de universis possessionibus et porcionibus possessionariis predicti Osl filii Johannis, condam, ut premittitur, domini et mariti sui, ubilibet habitis et existentibus de regni consvetudine proveniencium et provenire debencium, Nicolao filio predicti Michaelis filii Kalmeri fratri suo dedisset et annuisset perpetuo et irrevocabiliter, imo dedit et annuit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria tercia proxima post festum Penthecostes, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 6. dipl. oszt. 5461.

Digitized by Google

251. *Kont Miklós nádor előtt a vármegye közgyülésén Ivachi Imre és Vághi János Vághi Mikét, Vágh nevű birtok elidegenitésétől, Móriczhidai Simon és társát pedig annak megszerzésétől tiltják. Csepregh, 1366. jun. 6.*

Nos Nicolaus Kont regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Supruniensis feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope Chepereg celebrata Emericus et Blasius filii Nicolai de Juach ac Johannes filius Pauli de Wagh de medio aliorum consurgendo, per modum protestacionis nobis significare curarunt, quod Myke filius Nicolai de eadem Wagh eandem possessionem Vagh vocatam ipsis magistro Simoni filio Mauricii et Ladislao sponso eiusdem Myke vendere et a se alienare niteretur, cum tamen ipsa possessio nemini alteri nisi ipsis pertineret ad emendum; unde facta huiusmodi protestacione prefatum Myke filium Nicolai de eadem Vagh ab impignoracione et quovis modo a se alienacione, predictum vero magistrum Simonem filium Mauricii ac alios quoslibet ab emcione, impignoracione et quovis modo se intromissione in eandem prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, vigore presencium mediante. Datum sexto die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Marczaltői cs. ltárában.

252. *Kont Miklós nádor előtt a vármegye közgyülésén az alispán és a szolgabirák bizonyitják, hogy Inakföldе nevű birtok Pothli Márton örökségét képezte, azonban az már hosszabb idő óta mint Kapuvár tartozmánya használtatott. Csepregh, 1366. jun 8.*

Nos Nicolaus Konth regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Suproniensis

Digitized by Google

feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope villam Chepregh celebrata Martinus filius Nicolai dicti Lombard de Pothl de medio aliorum consurgendo proposuit eo modo, quod possessio Inakfeulde vocata semper et ab antiquo suorum predecessorum fuisset hereditaria, que nunc ad castrum Kapu vocatum indebite et iniuste foret et esset applicata, et hoc vicecomiti, iudicibus nobilium et iuratis assessoribus dicti comitatus constaret evidenter, petens nos ut iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem vicecomitem, iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem vicecomes, iudices nobilium et iurati assessores ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre corone regie conservandam, tacto vivifice crucis ligno nobis prestitam, unanimi et concordi testificacione taliter affirmarunt, quod ipsi hoc scirent, quod predicta possessio predicti Martini fuisset et esset hereditaria, sed a longinquis temporibus ad castrum Kapu fuisset conservata et nunc conservaretur. In quorum assercionis testimonium presentes eidem Martino filio Nicolai duximus concedendas, communi iusticia mediante. Datum octavo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo CCC° LX° sexto.

Hátlapján nagyobb alaku pecsét nyomaival; eredetije Kismartonban a hg. Esterházy cs. ltárában. C. 85. 14.

253. *I. Lajos király Pál bakonybéli apát panaszára Moriczhidai Simont a pannonhalmi convent által maga elé idézteti, azért mert ő az apátot az árpási tized használatából kizárta s Árpáson a templomot elbontatta és a köveket elhordatta. Visegrád, 1366. aug. 28.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis conventus sancti Martini de sacro monte Pannonie salutem et graciam. Dicit nobis religiosus vir frater Paulus abbas de Beel, quod prout ipse intellexisset, magister Simon filius Mauricii quandam possessionem monasterii sui Arpas vocatam

Digitized by Google

in comitatu Jauriensi *(igy)* habitam, cum molendino et quibuslibet aliis utilitatibus eius a pluribus annis retroactis citra, feudaliter seu conductive conservando, non solum pro huiusmodi conservacione dicto monasterio assumtum censum annuum non solvisset, verum eciam decimas eiusdem possessionis, pro prefato monasterio semper aliis temporibus perceptas, idem magister Simon plusquam preterito, proxime preterito, et presenti annis, detineri faciendo ipsi monasterio persolvi prohibuisset; et insuper quandam ecclesiam in facie dicte possessionis habitam destrui et lapides eius asportari fecisset, in predicti monasterii grande damnum. Cum igitur de facto premisse infeudacionis possessionarie et aliis antedictis, sicut modo incumbit patronali officio, plenius informari et experiri velimus, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Kopaz filius Petri, vel Laurencius filius Johannis de Nema, aut Johannes vel Briccius filii Andree de Zenthyuan, sive Lorandus de Zyrk, seu Johannes filius Dominici de Kyseech, aliis absentibus homo noster, evocet prescriptum magistrum Simonem contra pretactum abbatem in nostram presenciam ad certum terminum competentem cum universis instrumentis suis, sique in factis premissis habet confecta, ut eisdem visis et pensatis facere valeamus inter partes, quod ordo dictaverit racionis; et post hec ipsius evocacionis seriem, ut fuerit opportunum, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo sancti Augustini episcopi et confessoris, anno domini M° CCC° LX° sexto.

A pannonhalmi convent 1366. évi jelentéséből, melyszerint a convent Miklós alsoki lelkészt küldötte ki, ki egyik királyi emberrel Móricz fiát Simont Gych nevű birtokán megidézte; a convent jelentésének eredetije megvan a pannonhalmi házi ltárban L. Oo.

254. *Az alispán és szolgabirák előtt Damonyai Miklós fia András Kisbőő nevű birtok nyolczad részét és egy malmot Damonyai Lóránt fia Páltól a zálogból kiváltja. Szakony, 1366. okt. 5.*

Nos magister Johannes de Chuzd comes Soproniensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commen-

Digitized by Google

damus, quod Andreas filius Nicolai de Damanya ab una, parte vero ab altera Paulus filius Lorandi de eadem Damanya coram nobis personaliter constitutis, propositum extitit per eundem Andream et assertum, quod ipse octavam partem possessionis Kys Beu vocate Laurencii filii Andree, quam quidem possessionem Paulus prefatus de manu iudiciaria comitis Pauli filii Simonis iudicis curie domini regis redimerat, et octavam dimidiam molendini Ipachmolna vocati quatuor rotarum, quam predictus Paulus filius Lorandi similiter a manu iudiciaria eiusdem comitis Pauli filii Simonis redimerat, ab eodem Paulo filio Lorandi redemisset, imo redemit coram nobis. Nos igitur ipsam octavam partem predicte possessionis, similiter molendini pretacti, quia iure regeneracionis *(igy)* et consanguineitatis magis ipsi competit quam aliis, reddidimus et commisimus predicto . . . Andree filio Nicolai et per eum suis successoribus habendam, tenendam et possidendam tenore presencium mediante. Datum in villa Zakon, feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° LX° sexto.

Hátlapján három kisebb pecsét nyomaival; eredetije a verebi Végh cs. ltárában.

255. *Opuliai László nádor és Móricz fia Simon bizonyítják, hogy Fraknói Német Miklós azt a huszonöt márkát, melyet Asszonyfalvi Ostfi Jánosnak Móriczhidán megfizetni tartozott, a kitüzött határnapon nem fizette meg. Damas, 1367. jan 15.*

Nos Ladislaus dux Opuliensis et magister Simon filius Mauricii memorie commendamus per presentes, quod cum iuxta continenciam literarum serenissimi et magnifici principis domini Lodovici incliti regis Hungarie annulari sigillo suo consignatarum, magister Nyklinus Nemeth, filius Laurencii de Frahtno, magistro Johanni filio Osl de Azonfolua in octavis dici Strennarum iam preteritis in ponte Mauricii coram nobis viginti quinque marcas, quamlibet marcam cum decem pensis computando, solvere debuisset, ipsis octavis advenientibus prenominatus magister Nyklinus

Digitized by Google

non venit neque misit, nec predictam pecunie quantitatem solvere curavit, ut debebat. Datum in Damas, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° septimo.

Papíron, hátlapján két félig ép pecséttel; eredetije az Ostffy cs. ltárában V. 6. Ugyanott megvan a nádornak »datum in Wereuche in oltavis Penthecostes« 1367-ben kelt levele hasonló tartalommal, bizonyos száz márka tartozás meg nem fizetéséről.

256. *A vasvári káptalan előtt Győrai István Ligvándi Péter nejét Zsuzsánnát, Győrai Demeter leányát, birtokainak elidegenítésétől tiltja. 1367. febr. 5.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei damus pro memoria, quod Lucas filius Benedicti de Cher in persona magistri Stephani filii Benedicti de Gyurou nec non vice et nomine eiusdem ad nostram personalem accedendo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit, ut ipse universos et quosvis et specialiter nobilem dominam filiam Demetrii filii Valentini, consortem vero Petri de Nyguan ab impetracione sibique usurpacione seu perpetuacione possessionariarum porcionum annotati Demetrii et Johannis filiorum Valentini universarum ubilibet habitarum facta seu facienda prohiberet, imo prohibuit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in festo beate Agathe virginis et martiris, anno domini M° CCC° LX° septimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott megvan Bebek István országbiró halasztó levele abban a perben, melyet a föntnevezett Győrai Demeter leánya Zsuzsánna, Ligvándi Sandrin fia Péter neje »contra Fynta filium Vaytan de Nygvan« folyamatba tett.

257. *A pozsonyi káptalan előtt Fraknói Német Miklós kötelezi magát, hogy Szentgyörgyi Pétert illető tartozását Széleskut nevű birtokának jövedelméből fogja megfizetni 1367. aug. 24.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Nykul teutonicus de Farahtnow coram nobis personaliter comparendo extitit confessus viva voce, quod ipse magistro Johanni filio condam magistri Petri fratris

Digitized by Google

Sebus de sancto Georgio ducentis libris denariorum libram quamlibet cum sex pensis computando teneretur; sed quia ipse easdem ad presens sibi persolvere non posset, ideo eidem magistro Johanni assumsissent et assumsit coram nobis tali modo, quod medio tempore, donec easdem ducentas libras denariorum persolvere non posset, singulis annis singulas viginti libras denariorum in duobus terminis infrascriptis, videlicet decem libras in festo sancti Michaelis archangeli, et alias decem libras denariorum in festo sancti Georgii martyris terminis videlicet post sese occurrentibus de possessione sua Zeleskut, in vulgari vero teutonicali Pratunprun vocata, eidem magistro Johanni et suis heredibus persolvere et deservire teneretur, penam dupli incurreret, si aliquem terminum predictorum quandocunque obmitteret insolutum; hoc eciam adiecto, quod si predicta possessio Zeleskut medio tempore ab eodem Nykul casu alienaretur, tunc idem Nykul predictas viginti libras denariorum in dictis terminis de aliis possessionibus suis eidem magistro Johanni vel suis heredibus deservire teneretur; ad quod se idem Nykul teutonicus sponte obligavit coram nobis. In cuius rei testimonium presentes concessimus literas nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post octavas festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° LX° septimo.

Vörös czérna zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 323. 30. dipl. oszt. 5584.

258. *A zalavári convent előtt Kanizsay János és fiai, Oszlopi Hamult Pothli és Büdöskut nevű birtokok elidegenítésétől és Lambar Mártont azok megszerzésétől tiltják. 1367. okt. 30.*

Nos conventus monasterii beati Adriani de Zala memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod strennuus miles magister Johannes filius Laurencii frater domini episcopi Zagrabiensis dominus de Kanisa de genere Osl, coram nobis personaliter comparendo in sua, Nicolai et Laurencii ac Johannis filiorum suorum personis extitit protestatus, quod, prout ipsi percepissent, Hamul de Zazlop

Digitized by Google

gener condam Pauli de Pothli in persona nobilis domine coniugis sue, Moz nuncupate, porciones possessionarias totales eiusdem Pauli soceri sui et Nicolai filii eiusdem Pauli iam defunctorum, in possessionibus Pothli et Byduskut in comitatu Sopruniensi existentibus habitas et existentes, ab illustri principe domino Lodovico dei gracia rege Hungarie domino nostro, annotate domine coniugi sue et heredibus suis nomine heredum orbatorum eis dare postulasset, et dominam consortem suam a regia maiestate in heredem masculum in dictis possessionibus per dictum dominum nostrum regem prefici procurasset; cum tamen antea per plura tempora dictas porciones possessionarias in dictis possessionibus habitas a prefato Nicolao filio Pauli de Pothli veris instrumentis literalibus pro magna summa pecunie ipsi emcionis titulo pro se comparassent et in dominio earumdem per plura tempora extitissent; unde facta protestacione, dictam dominam filiam prenotati Pauli, Hemlinum maritum et heredes eorum et Martinum Lambar dictum et alios quoslibet ab emcione et se ipsos in easdem intromissione, gubernacione atque desolacione, statucione et introduccione facta vel fienda prohiberet contradicendo et contradixit prohibendo, nostri in presencia. Super qua protestacione et prohibicione literas nostras sibi dari postulavit, quas concessimus communi iusticia requirente. Datum in vigilia Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° LX° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 6. 55. dipl. oszt. 5619. A győri káptalan bizonyságlevele is megvan u. o. az előtte történt hasonló intésről, szintén 1367. évből; N. R. A. 593. 21.

259. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy Nagymartoni Lőrincz fia Miklós által Ostfi János két sarródi jobbágyának fogságba helyezésével elkövetett hatalmaskodás felett a vármegyének Csepreghen tartott törvényszéki ülésén a vizsgálatot teljesítette, a mikor háromszáz tanu a hatalmaskodás elkövetéséről, ötszázan pedig az ellenkezőről tanuskodtak. 1368. apr. 3.*

(Excellentissi)mo principi domino Lodovico dei gracia regi Hungarie domino eorum naturali capitulum ecclesie

Digitized by Google

Castriferrei ..... in domino debitas ac devotas. Vestra noverit regalis excellencia, quod cum (nos recept)is literis magnifici viri comitis Stephani Bubek iudicis curie vestre maiestatis formam iudiciarie ..... eiusdem exprimentibus et declarantibus unacum ... d ... filio Dominici de Kuchk (pro parte) magistri Johannis filii Johannis filii Osl de Azunfalva, item Johanne filio Aynardy de K..... pro parte) Nykkul filii Laurencii de Nogmortun in causam attracti, hominibus vestris regiis, homines nostros discretos viros magistros Michaelem et Johannem socios et concanonicos nostros, ad infrascriptam ..... inquisicionem faciendam pro testimoniis duxissemus destinandos; tandem iidem ad nos reversi nobis pari voce et concordi voluntate retulerunt eo modo, quod ipsi iuxta continenciam premissarum literarum iudicis (curie maiestatis) vestre feria secunda proxima post octavas diei medii Quadragesime proxime preteritis *(igy)* in villam Cheperegh vocatam, ubi scilicet vicecomes et iudices nobilium comitatus Supruniensis iudicare consveverunt, (ipsis) partibus presentibus accedendo, ibique in congregacione dictorum vicecomitis et iudicum nobilium per eosdem de vestro regio literatorio mandato solum pro infrascriptis resciendis celebrata, primo a magistris Ladislao filio Michaelis de Chorna et Jacobo filio Petri de Vycha, necnon Petro filio Gregorii de Endre, Martino filio Egidii de Sehter et Johanne filio Demetrii de eadem, vicinis et commetaneis possessionis predicti magistri Johannis Sorud vocate; item Gyuke filio Simonis de Edueu, Paulo filio Laurencii de eadem, Petro filio Sebasciani de Saagh, Nicolao et Stephano filiis Tyrystiani, Johanne filio Thome, Thoma filio Demetrii, Michaele filio Demetrii et Johanne filio Damiani de eadem Saagh, Johanne filio Hegum de Dyr, Stephano filio Johannis de Kysfolud, Andrea filio Myke de Mester et Johanne filio Stephani de eadem, Michaele filio Dominici de Forad, Johanne filio Pauli de Gatha, Petro filio Nicolai de Zygeth, Clemente filio Benedicti et Andrea filio Buda de eadem, Nicolao filio Petri de dicta Zygeth, Egidio filio Jacobi de Loch, Johanne filio Demetrii de eadem, Emerico filio Nicolai de Koch, Stephano filio Nicolao de Vndy, Stephano filio

Digitized by Google

Johannis de Sancto Martino, Thoma filio Johannis de Venyzk, Nicolao filio Johannis de Ihaz, Demetrio filio Stephani de Gerche, Nicolao filio Kalanda de Salamon, Gregorio filio Chepani de Cheer, Michaele et Johanne filiis Luce de Ladun, Nicolao filio Andree de eadem, Paulo filio Senye de Barumlak, Petro filio Pauli de Chypkeregh, Georgio filio Bede de Byr, Demetrio filio Stephani de Kysfolud, Petro filio Pauli de Kopach, Johanne filio Myke de Septhe, Michaele filio Georgii de Kamun, Michaele filio Stephani de Keer, magistris Emerico filio Duruzlou de Rum, Emerico filio Emerici de Kaald et Stephano filio eiusdem, ac Johanne filio Ladislai de eadem Kaald, Stephano filio Chepani de Sythke et Georgio filius *(igy)* eiusdem de eadem; item Nicolao filio Almus de Pychil, Paulo filio Vgrini de Myhal, Johanne filio Leukus de dicta Sythke, magistro Gregorio filio Gregorii de dicta Rum, Dominico et Paulo de Nogmyhal, Petro filio Nicolai de Zyluagh, magistro Andrea de Pered castellano de Rakus, Emerico et Andrea filiis Andree de Sancto Andrea, magistris Johanne filio Johannis de Tyak et Stephano filiis Andree, Nicolao filio Michaelis de eadem Tyak; item Laurencio filio Michaelis de Temerd, Jacobo filio Emerici de eadem, Thoma filio Michaelis de Kuchk, Johanne filio Dionisii de Zynk, Petro filio Martini de Poth, Paulo filio Michaelis de Cher, Nicolao filio Thome de eadem, Jacobo filio Johannis de Sehter, Chepano filio Nicolai de Ladun, Paulo et Nicolao filiis Mathei de eadem, Michaele filio Dionisii de Geresd et Alexandro filio Marci de eadem (Wincencio) filio Simonis de dicta Geresd, Ch(am)az filio dicti Alexandri ac Johanne filio Michaelis similiter de eadem Geresd, Konya filio Sandur de Kuchk, Johanne filio Marci de Sancto Martino .... filio Deseu de Vothy, Thoma filio Ladislai de Chup, Johanne filio Leukus de Azonfolua, Ladislao filio Irnus de Vossyan, Apor filio Clementis de Pogh, Johanne filio Pauli de Cheglye .... filio Johannis de Chou, Johanne filio Pazman de Berky, Stephano filio Emerici de Ablanch, Stephano filio Petri de Zunbur, Beke filio Martini de Jutha, Nicolao filio Nicolai de Ko....., Benedicto filio Thome de Damanya, Thoma filio Jacobi et

Digitized by Google

Paulo filio eiusdem et Andrea filio Ladislai de eadem, Nicolao filio Myke de Pulya, Mathia filio Johannis de Zupur, Johanne filio . . . . . ud de Chafurd, Laurencio filio Emerici de Vonus, Nicolao filio Petri de Z(i)chye, Dionisio filio Gews de Edwy, Petro filio Petri de Meges, Nicolao filio Stephani de Salamon, Challo filio p . . . . de Venyzk, Stephano filio Pauli de eadem, Stephano filio Gogan de Bozth, Farkasio filio Michaelis de Berky, Johanne filio Lorandi et Jacobo filio Vydus de eadem Berky, Michaele filio Petri de Demenk, Nicolao filio Johannis de Chertun, Georgio filio Johannis de Mester, Petro filio Andree de Rogusnuh, Johanne filio Juan de Og, Andrea filio Lorandi de Chou, Thoma filio Juan de eadem, Michaele filio Johannis de Vnd et Ladislao de eadem, Paulo filio Petri de Velchey, Johanne de Erdeyl, Jacobo filio Vydus de Kury, Michaele filio Johannis de Byk et Nicolao filio Laurencii de eadem, Benedicto filio Gyula et Michaele filio Monku de dicta Byk, Georgio filio Bodouk de Vys, Stephano filio Emerici de Pulya, Nicolao filio Ladislai et Nicolao filio Johannis de eadem Pulya, Nicolao filio Beke de Karocha, Thoma filio Dominici de Zygeth, Stephano filio Petri de Deutan, Andrea filio Petri de predicta Berky, Michaele filio Petheu de dicta Bozty, Demetrio filio Salomonis de predicta Zubur *(igy Zumbur helyett)*, Jacobo filio Cosme de Musa, Gregorio filio Luce de Endred et magistro Stephano filio Johannis de Nyek nec non iudice et duodecim iuratis ceterisque universis hospitibus de predicta Chepreegh ac aliis quam pluribus nobilibus et ignobilibus numero fere trecentis comprovincialibus hominibus, quibus . . . . et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de infrascriptis scivissent veritatem, quod prescriptus magister Nykul feria secunda proxima ante festum Exaltacionis sancte crucis proxime preteritum duos iobagiones prefati magistri Johannis de possessione eiusdem Sorud vocata prenotata potencionaliter captivasset, captosque in suis vinculis tamdiu conservasset, quousque sue placuisset voluntati; demumque, qui in parte prefati magistri Nykul fassi extitissent, scilicet a Johanne filio Simonis de Heuglyng, Nicolao filio Myke de Nymulked, Nicolao filio Mathei de

Digitized by Google

Tyvan et Jacobo filio Oliverii de Besseneu et Michaele filio Petheu de Ikua vicinis et commetaneis ipsius magistri Nykul; item magistro Nyklino dicto Magar de Fraknou, Stephano filio Box de Valth, Michaele filio Nicolai de Damani de Damanya *(igy)*, Nicolao dicto Zarka de eadem, Thoma filio Johannis de Ladun, Martino filio Johannis de Zopur, Stephano filio Thome, Vydus filio Laurencii et Sebastiano filio Petri de eadem Zupur, Dionisio filio Nicolai de Bozty, Stephano filio Andree de Zynk, Stephano filio Petri de Zenthgyurgh, Nicolao filio Zenke de Temerd, Paulo filio Johannis de Bolhald, Georgio filio Aniani de Vys, Philippo filio Stybar de Beseneu, Johanne filio J . . . unfryd, Kadold filio Kadold et Vrbano filio Artolphy de eadem Beseneu, Petro filio Oth de Nyulas, Bartholomeo filio Pauli de Zazluph, Nicolao filio Petri de Daagh, Stephano filio Pauli de Des, Ladislao filio Petri de Paztur, Johanne filio Johannis de Hanf, Stephano filio Nicolai de Gorbonuk, Stephano filio Vorryz, Stephano filio Michaelis, Andrea filio Johannis et Andrea filio Vel de eadem Gorbonuk, Petro filio Laurencii de Daagh, Alberto filio Benedicti de Pangarth, Johanne filio Petri de Sancto Georgio, Johanne filio Jacobi de Kudy, Johanne filio Corrardi de Sarnepy, Leonardo filio Oth de eadem, Simone filio Pauli de Zelesthe, Martino filio Peuseul de Agyagus, Johanne filio Orryh de Mayad et Laurencio filio Oryh de eadem, Johanne filio Petri similiter de eadem, Nicolao filio Andree de Krod, Nicolao filio Lipoldi de Sancto Georgio, Henchlyno filio Herrici de Chakan, Pangracio filio Johannis de Dorogh, Hovadun filio Eberhardi de Suslan, Stephano fratre eiusdem de eadem, Johanne filio Tonkard et Nicolao fratre eiusdem Johannis ac Sefredo filio Corrardi de dicta Suslan, Henchlyno filio Artolphy de predicta Beseneu, Crystano filio Orryh de predicta Mayad, Bartholomeo filio Volfyng de Bysuskuth, Petro filio Stephani de Harka, Frydul filio Henchul de Kethel et Beulful de eadem, Rendul filio Corrardi de Kuesd, Petro filio Fricco de Nadasd, Johanne filio Stephani de Fudurbynygh, Johanne filio Michaelis de Sancto Petro, Merth filio Simonis de Paztur, Hohar filio Hermani de

Digitized by Google

Horpurdar, Johanne filio Lypold et Jakus filio Herrici de eadem, Georgio de Kuesd, Johanne filio Johannis de Meseuch, Menhardo filio Herrici de dicta Horpordad, Nicolao filio Johannis de Mayad, Jacobo filio Herrici de Cylundorph, Stephano filio Johannis de Horb et Nicolao filio Herbordi de Sancto Petro ac ab aliis popularibus seu ignobilibus numero quasi quingentis hominibus in premissam congregacionem vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Supruniensis congregatis et inibi existentibus modo simili de premissis diligenter inquirendo sic scivissent, quod prelibatus magister Nykul in totali premissa aquisicione ipsius magistri Johannis filii Johannis filii Osl innocens esset penitus et inmunis. Datum octavo die diei inquisicionis prenotate, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

260. *A vasvári káptalan előtt Hermáni Balay fia Gyure zálogos birtokát Lozs és Kalach nevű birtokokban Viczai Péter fiainak kibocsátja. 1368. ápr. 12.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magistro Gyure filio Balay de Herman ab una, parte vero ab altera Jacobo et Michaele filiis Petri de Wycha, nostri in presencia personaliter constitutis, per predictum magistrum Gyure confessum extitit organo *(így)* vive vocis eo modo, ut ipse possessionarias porciones Johannis filii Belyd de predicta Vycha in possessionibus Lwus et Kalach vocatis habitas et existentes sibi per dictum Johannem mediantibus aliis literis nostris privilegialibus obligatas, iuxta seriem et continenciam earumdem literarum nostrarum Jacobo et Michaeli filiis Petri prenotatis pro summa pecunie in eisdem prioribus literis nostris expressa remisisset et resignasset, imo per predictos Jacobum et Michaelem redemtas remisit et resignavit coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria quarta proxima post festum Pasche domini, anno eiusdem M° CCC° LX° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 8. dipl. oszt. 22483. Hogy föntebb az »organo« szóhoz miért tettük az »így« jelzőt, ennek megmagyarázásá végett utaljuk a szives olvasót a Századok

Digitized by Google

1879. évi folyama 322. lapján közzé tett birálat megolvasására, hol egyik az oklevelek nyelvében már akkor magát tökélletesen avatottnak tartó fiatal criticusunk, azért hogy a Zichy család okmánytára IV. kötetében egyik oklevélben az »organo« szó szintén előfordul, e felett megbotránkozásának ad kifejezést s ezt irja: »Ki csak kevéssé is járatos az oklevelek nyelvében, az organo helyett oraculo-t vár e helyen«. Gondolom, hogy eddig már más meggyőződésben van, mert az organo szóval kutatásai közben azóta többször találkozhatott.

261. *László nádor halasztó levele Győrai Benedek fia István és Peresinei (Czinfalvi) István fia István közt folyt perben. Visegrád, 1368. máj. 8.*

Nos Ladislaus dux Opulie regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod causam, quam Stephanus filius Benedicti de Gyurou, pro quo Michael filius Kemen cum procuratoriis literis capituli Castriferrei astitit contra Stephanum filium Stephani de Peresine, pro quo assumtor termini comparendo terminum assumsit, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Jauriensis citatoriarum in octavis festi beati Georgii martiris movere habebat coram nobis, racione prioritatis termini ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Wyssegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Papíron, zárlatán kerek pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott megvan Vilmos pécsi püspök és kir. titkos kancellárnak bizonyságlevele 1368-ból, hogy »Johannes filius Johannis generacionis Tyak de Tyak« győrai birtokrészét, melyet Győrai János fia Jánostól kapott »Blasio, Petro et Emerico filiis Benedicti ac Ladislao filio Stephani filii Benedicti de Gyuro« átadta. Valamint a győri káptalan bizonyságlevele is megvan ugyanott szintén 1368-ból, hogy Saradi Beke fia Miklós Győrai Benedek fia István nevében a káptalan előtt kijelentette, hogy zálogos birtokát Győrőban Győrai Jakab fiainak Andrásnak és Jánosnak kibocsátani kész.

262. *A vármegye ispánja és szolgabirái által Harkai István fia Péter Harkai Miklós özvegyét Harkai birtok részének elidegenitésétől tiltja. Csepregh, 1368. máj. 15.*

Nos magister Johannes filius Nicolai dicti Sar comes Supruniensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem

Digitized by Google

Petri filii Stephani de Harka unum ex nobis videlicet comitem Johannem filium Sandor de Ladon ad infrascriptam prohibicionem faciendam de sede nostra iudiciaria misissemus, tandem idem comes Johannes ad nos reversus nobis retulit tali modo, quod ipse feria quinta proxima ante festum Ascensionis domini accessisset ad facies possessionis Harka vocate, ubi et in cuius facie possessionis predictus Petrus personaliter astando, in sui et quam plurimorum aliorum proborum nobilium virorum presencia vicinorum et commetaneorum legitima convocacione facta illic congregatorum interessencia, nobilem dominam Claram relictam Nicolai fratris sui alienum seu hominem aligenam ad premissam suam possessionem Harka vocatam induccione et in eadem conservacione fructus et utilitates eiusdem possessionis percepcione prohibuisset et contradixisset inhibendo, asserendo dictus Petrus, quod de universis iuribus eiusdem domine Clare de possessionariis porcionibus Nicolai fratris sui nostro sub iudicio existentibus satisfacere promtus esset et paratus. Datum in Cheperg, feria secunda proxima post terminum prohibicionis prenotate, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Papíron, hátlapján három ép pecséttel; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában, Lad. C. fasc. 1. Nro. 23. Ugyanott megvan a győri káptalannak 1368-ban nov. 2-án kelt oklevele, mely szerint Harkai Péter szomszédjait Harka, Kury és Egered nevű birtokainak elfoglalásától tiltotta.

263. *A vármegye ispánja és szolgabirái bizonyságlevele, hogy Harkai István fia Péter, sógornőjével Klára asszonynyal a választott birák előtt kibékült. Sopron, 1368. jul. 13.*

Nos Johannes Zauka comes Suproniensis nec non iudices nobilium eiusdem comitatus significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nostri in presencia personaliter constituti Tyan de Bik, Paulus filius Lorandi de Thaina, Johannes filius Schandor de Ladon, Andreas dictus Zine, *(máshol Cene de Dyaloka)*, Thomas de Siderdorf, Valentinus de Weyka, Dominicus de Sag, nec non Jacobus Dehac *(így)* cum quibusdam aliis nobilibus fidedignis, et vive vocis oraculo sunt confessi, quod Petrus filius

Digitized by Google

Stephani nobilis de Harka ex una, item Clara quondam conthoralis Nicolai fratris eiusdem pie memorie ex altera parte, pro omnibus discordiis, litigiis, rixis et iuribus rerum hereditariarum et mobilium ex parte prefati Nicolai derelictarum, eorum arbitrio se benivolo animo submisissent, astringendo se quitquid per eos actum vel arbitratum fuerit se ratos et gratos per omnia plenius habituros; inter quas partes talem ordinassent concordie unionem, quod ipse prefatus Petrus de Harka predicte domine Clare decem et octo marcas denariorum, marcam cum decem pensis computando, persolvat plene et integre terminis infrascriptis: novem marcas in die sancti Stephani regis vel in diebus quinque proxime subsequentibus et novem marcas in die sancti Michaelis archangeli proxime futuro vel in quinque diebus proxime sequentibus persolvat, et exinde omnia bona, que prefatum Nicolaum fratrem suum contingebant, quovis iure sive firmiter hereditario vel mobilia emticia pignoraticia locis quibuscunque situata *(igy)* ipsi Petro essent libera et soluta, et ipsa domina Clara eadem bona omnia et singula, die dati presencium, debeat resignare, nullum ius in eisdem de cetero usurpando; et si ipsa domina Clara prefato arbitrio et ordinacioni contradixerit, ex tunc omni suo iure prefatis bonis debeat privari, Petro autem contradicente, quod absit, ipse remanebit prefate domine Clare in quinquaginta liberas *(igy)* harum testimonio literarum sigillorum nostrorum robore munitarum. Datum Supronii, in die sancte Margarethe virginis, anno domini M° CCC° LX° octavo.

Papíron, hátlapján három ép pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. C. fasc. Nro. 25. Ugyanott 26. sz. a. egy másik hasonló tartalmu oklevél is őriztetik; valamint megvan a győri káptalan bizonyságlevele, hogy Harkai Miklós özvegye Teresztyénfalvi Feyes Balázs leánya Ilona asszony utóbb Deesi Dénes fia János neje kijelentette, hogy őt »Petrus filius Stephani filii Stephani nobilis de Harka« első férje után járó hitbérére és hozományára nézve kielégítette.

Digitized by Google

264. *I. Lajos király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Kureui Pál, Salamon és Jakab fiainak ama panaszára, hogy Bogyoszlai Pál fiai a panaszososok Kureu (Küllő) nevű birtokából egy részt elfoglaltak, vizsgálatot teljesítsen. 1368. nov. 5.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicunt nobis Petrus filius Stephani, Nicolaus filius Petri, Paulus filius Salamonis, Daniel et Johannes filii Jacobi de Kureu, quod Nicolaus Petrus et Johannes filii Pauli de Bogyzlou in anno, cuius iam quinta instaret revolucio, potencialiter quasdam metas predicte possessionis eorum Kureu vocate destruxissent et domos per iobagiones ipsorum in locis dictarum metarum destructarum preparari fecissent in eorum preiudicium valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius filius Lucasii de Bogyzlou vel Nicolaus filius Nicolai de Kyspetry aut Nicolaus sive Johannes de Harka aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus decet et licet, palam et occulte sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem, scitaque premissorum veritate, evocet prefatos Nicolaum, Petrum et Johannem, contra prefatos Petrum, Nicolaum, Paulum, Danielem et Johannem in nostram presenciam ad terminum competentem racionem de premissis reddituros; et post hec seriem ipsius inquisicionis ac diem et locum dicte evocacionis cum nominibus evocatorum terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, quinto die festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° LX° octavo.

A vasvári káptalannak eredetben a N. Muzeumban őrzött 1369. évi jelentéséből, mely szerint a káptalan egyik kir. ember mellé Lukács kanonokot vizsgálatra kiküldvén, ők a panaszt valónak találták.

Digitized by Google

265. *Erzsébeth királyné László opuliai herczegnek és nádornak, mint Sopronvármegye főispánjának úgy alispánjának meghagyja, hogy Pordán, Pothl és Büdöskut nevű birtokot Oszlopi Hemulintól vegyék el, s Kanizsai István zágrábi püspöknek adják vissza. Buda, 1369. ápr. 22.*

Elizabeth dei gracia regina Hungarie seremissimo principi domino Ladizlao duci Opulie et regni nostri palatino vel ipso absente vicecomiti eiusdem comitatus Soproniensis, salutem et graciam. Noveritis, quod dominus rex filius noster karissimus et nos Hemulino de Zazlup familiari regio commisimus, ut ipse possessiones Pordan, Pothl et Byduskuth vocatas, quas olim a venerabili in Christo patre domino Stephano episcopo Zagrabiensi abstuleramus, et eidem Hemlino concesseramus ad conservandum, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis resignet domino episcopo prenotato; quare fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus, si prefatus Hemlinus prenotatas possessiones iuxta regiam et nostram commissionem eidem domino episcopo remittere et resignare noluerit, tunc ipsas regia et nostra auctoritate occupantes, ipsi domino episcopo cum suis iuribus et pertinenciis quibuslibet restatuatis, aliud non facturi. Datum Bude, die dominico proximo ante festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° sexagesimo nono.

Papíron, kivül veres viaszba nyomott gyürü-pecséttel, a pecséten a nagy K. betü tisztán kivehető; az özvegy királyné tehát férje I. Károly király gyürü-pecsétét is használta; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 6. 23. dipl. oszt. 5730.

266. *I. Lajos király mindazon szökevényeknek és számkivetetteknek, kik Szarvkő várában Kanizsai János szolgálatába állanak, megkegyelmez. Pozsony, 1369. sept. 15.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, vos universos et singulos profugos ac proscriptos regni nostri predicti verbo regio affidamus et assecuramus literas nostras per presentes, ut quicunque ex vobis ad servicia magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa dilecti et fidelis nostri militis

Digitized by Google

se disponere, transferre et eidem in castro suo Zarwkw fideliter servire voluerint et famulari, quique ex vobis cum literis ipsius magistri Johannis ad nostram confluxerunt celsitudinem, ipsis super nota proscripcionis de pietate et benignitate regia graciam faciamus specialem, pristine bone fame ipsos restituendo, harum sub nostre maiestatis testimonio literarum. Datum Posonii, sabbato videlicet in octavis Nativitatis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° sexagesino nono.

Papíron, hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival, a pecsét helyén e szavak olvashatók: »relacio Emerici filii Michaelis de Berekzou«; eredetije za orsz. ltárban N. R. A. 34. 5. dipl. oszt. 5753.

267. *I. Lajos király Odunfalva nevű Sopron vármegyei birtokot Kanizsai István zágrábi püspöknek és testvérének Jánosnak adományozza. Zágráb, 1369. decz. 6.*

Nos Lodovicus, dei gracia rex Hungarie, significamus tenore presencium, quibus expedit universis memorie commendantes, quod nos pensatis fidelitatibus, et fidelium serviciorum constanciam venerabilis in Christo patris domini Stephani episcopi Zagrabiensis dilecti nobis et fidelis, quibus idem in diversis nostris et regni nostri negociis sicut prosperis sic et adversis strennua agilitate et sollicitudine indefessa studuit et studet complacere, quandam possessionem Odunfolva vocatam in comitatu Soproniensi existentem, in cuius facie ecclesia lapidea sub honore sancti Johannis constructa fore perhibetur, nostre donacioni, ut fertur, pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub iisdem veris metis et antiquis atque limitacionibus, quibus per suos possessores eadem possessio Odunfolva hactenus habita fuit et possessa, omni eo iure et titulo, quo ipsa ad nostram dinoscitur pertinere collacionem, ipsis dicto domino Stephano episcopo et magistro Johanni filio Laurencii de Canisa, fratri ipsius domini episcopi uterino, eiusdemque magistri Johannis heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter dedimus, donavimus et contulimus possidendam, tenendam et habendam, salvo iure

Digitized by Google

alieno presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum Zagrabie, in festo beati Nicolai confessoris, anno domini M° CCC° LX° nono.

I. Lajos királynak 1374-ben kelt megerősitő átiratából, melynek eredetijét az orsz. ltárban őrzik; N. R. A. 7. 15. 18. dipl. oszt. 5764.

268. *I. Lajos király Himfi Pál fia Benedek főispánnak és alispánjának meghagyja, hogy János borsmonostori apát jobbágyait, kiket a kőszegi várnagyok törvénytelen uton és módon vámfizetésre kényszerítének, ótalmukba vegyék. Buda, 1370. febr. 11.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie fideli suo magistro Benedicto filio Pauli filii Heem comiti Supruniensi et Castriferrei comitatuum vel vice-comiti suo dicti comitatus Supruniensis, salutem et graciam. Conqueritur nostre et reginali maiestatibus vir religiosus abbas de Borsmonostora, quod plerique homines nobiles et ignobiles in circuitu et confinio possessionum dicti sui monasterii existentes, signanter castellani de Kewzeg, qui iobagiones predicti monasterii in viis iustis, antiquis et solitis cum eorum bonis et rebus pergentes, de huiusmodi tramite et viis directis et consvetis eorum cum potencia declinare facientes, per stratam ac viam iniustam et reprobatam ad loca tributorum dicti castri tendentem, gressus eorum facere et transire coegissent et compellerent incessanter, dicto abbati et suo monasterio damna grandia et validas disturbaciones irrogarent et inferri facerent absque temporis intervallo; unde cum nos velimus, ut pretacti abbas et suum monasterium cum suis possessionibus universis nostri specialis tutaminis et defensionis presidio et amminiculo iugiter pociantur et fungantur, eosdemque vice nostre maiestatis persone vestre commiserimus tuicioni, fidelitati vestre cunctorumque vestrorum dicti scilicet comitatus Supruniensis comitum et vicecomitum firmissime precipientes mandamus, quatenus predictos Johannem abbatem ac suum monasterium simul cum omnibus eius iobagionibus et possessionibus a cunctis et quibuslibet illegitimis impetitoribus presertim a prenotatis castellanis

Digitized by Google

de Kewzeg, qui eisdem iniuriari et adversari sedule dicuntur, nostra in persona et auctoritate protegere, conservare, manutenere debeatis ac tueri, et aliud pro nostra gracia non facturi. Datum Bude, tercio die octavarum festi Purificacionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC° LXX°.

Papíron, veres viaszba nyomott ép gyürü pecséttel, fölötte e szavak »commissio domine regine«; eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor 27. 29 dipl. oszt. 5822.

269. *I. Lajos király a Szécsi Miklós országbíró által Oszlopi Hamul részére Büdöskut, Pothl és Pordán nevü birtokok tulajdonjoga felett régebben hozott itéletet, Kanizsai István zágrábi püspöknek s a már ekkor elhalt János testvére fiainak kérésére, megsemmisíti.*

Buda, 1370. mart. 3.

relacio Ladislai ducis.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus vuinersis *(igy)*, quod accedens ad nostram presenciam reverendus in Christo pater dominus Stephanus eadem et apostolica gracia episcopus ecclesie Zagrabiensis in sua et nepotum suorum, filiorum videlicet condam magistri Johannis filii Laurencii de Chorna, fratris sui uterini personis humili sua significacione nostre detexit maiestati, quod pridem magnificus vir Nicolaus de Zech iudex curie nostre ad instanciam Hamul de Zazlup racione possessionum seu possessionariarum porcionum in possessionibus Byduskuth, Pothl et Pardan in comitatu Supruniensi existencium, in ipsius et predictorum nepotum suorum iuris preiudicium, sentenciam tulisset diffinitivam, predictas possessiones et possessionarias porciones eidem Hamul adiudicando; cum tamen universa literalia ipsorum instrumenta, quarum vigore dictas possessiones et possessionarias porciones defendere potuissent et tueri, in nostro conservatorio et sub nostro sigillo, tempore late sentencie supradicte, reposita exstitissent, sicque dictorum instrumentorum beneficio pro tunc destituto, eadem instrumenta ad defensionem cause ipsorum predicte minime valuissent exhibere, suplicans idem dominus epi-

Digitized by Google

scopus, nominibus quibus supra, nostre maiestati, ut ipsis de regia benignitate super hoc providere dignaremur de remedio opportuno; nos igitur, qui ex suscepti regiminis officio, de commodis subditorum nostrorum fidelium sollicite invigilare debemus, et queque onerosa removere ab ipsis, indemnitati eiusdem domini episcopi et nepotum suorum predictorum exinnata nobis virtute providere volentes, predictam sentenciam modo prehabito in eundem dominum episcopum et suos nepotes modo prehabito latam, ac literas in facto eiusdem sentencie sub quacumque forma verborum emanatas revocamus, cassamus et annulamus, decernentes predictam sentenciam et literas super ipsa emanatas nullius existere efficacie vel vigoris, reducentes causam eandem statum in eundem, in quo ante prolacionem sentencie predicte dignoscitur extitisse; per hoc tamen iuri predicti Hamul nolumus derogari, quominus ordine iudiciario ius, si quod in predictis possessionibus se sperat habere, iuxta regni nostri consvetudinem prosequi valeat atque possit. Datum Bude, in dominica Invocavit, anno domini M° CCC° septuagesimo. — perlecta et correcta.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival, a pecsét alatt a föntebbi: relacio stb. szavakkal; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 17. dipl. oszt. 5826.

270. *A vasvári káptalan I. Lajos királynak jelenti, hogy János borsmonostori apátnak Peresznye nevű valamint a visi nemeseknek birtokát elválasztó határokra nézve a felek kiegyezni nem tudtak. 1370. mart. 30.*

Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia inclito regi Hungarie domino ipsorum metuendo capitulum ecclesie Castriferrei oraciones in filio virginis gloriose. Noveritis, quod cum nos receptis literis magnifici viri comitis Nicolai de Zeech iudicis curie vestre formam iudici *(igy)* et sentenciarie commissionis eiusdem explicantibus et denodantibus unacum Johanne filio Boda de Gench pro parte honorabilis capituli ecclesie Jauriensis et Chamaz filio Pauli de Sedun pro parte religiosi viri domini fratris Johannis abbatis de Borsmonustura hominibus vestris regiis inter alios

Digitized by Google

in dictis literis iudicis curie vestre expressis, homines nostros discretos viros magistros Michaelem et Gregorium socios et concanonicos nostros ad ea, que in pretactis literis seriose continentur, peragenda pro testimonio transmisissemus, demum iidem ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod iidem homines vestri presentibus nostris testimoniis prescriptis in octavis diei medii Quadragesime proxime preteritis, feria scilicet quarta, ut ex serie premissarum literarum informati exstitissent, ad facies possessionum Vys ipsius capituli et Peresnye dicti domini abbatis vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis, ipsis ac dicto domino abbate et legitimis procuratoribus dicti capituli videlicet dominis Stephano preposito de Papuch ac Dominico decano canonicis dicte ecclesie Jauriensis presentibus accessisset *(igy)*, sed dum ipsas dictus dominus abbas a quatuor metis in verticem montis habitis incipiendo, ubi dicte possessiones Wys et Pereznye convenirent, iuxta cursus metales, in prescriptis literis adiudicatoriis conscriptos separare voluissent, annotati procuratores ipsius capituli Jauriensis asseruissent, quod terra seu terminus possessionis Mykse ipsas metas non contingeret, deinde idem dominus abbas in medio orientali et meridionali plagarum tendendo per plures metas ad tres metas iuxta quandam viam positas pervenisset, ubi prescripti procuratores et nobiles de Vys unam earumdem metarum Perezne domini abbatis alteram Viys capituli memoratorum et terciam similiter Viys nobilium possessionibus separare indicassent, ibique mete possessionis Pereznye a parte pretacte possessionis Viys dicti capituli terminarentur, in quarum metarum demonstracione et ostensione dicti procuratores contenti non exstitissent; demumque iidem procuratores iuxta demonstracionem ipsorum annotatam possessionem Wys dicti capituli a parte possessionis Pereznye memorati domini abbatis hoc modo et ordine metarum subscripto, distinxissent, quod modo simili a prescriptis quatuor metis incipiendo directe versus occidentem aliquantum processissent, ubi in quadam terra arabili duas metas demonstrassent, deinde rotundo modo versus meridiem transeundo iuxta quandam arborem piri silvestris

Digitized by Google

similiter duas metas demonstrassent, abhinc directe ad meridiem currendo, in quadam valle penes quandam magnam viam unam metam demonstrassent, alias duas iuxta eandem destructas fore indicando, quas metas omnes dictus dominus abbas predicte sue possessioni Pereznye ac possessionibus Chamaz et Stephani Enyud vocatis distingere et separare indicasset; abinde currendo quendamque meatum saliendo in facie ipsius ville Pereznye ab aquilone iuxta viam in diverticulo terrarum arabilium metas fuisse asseruissent procuratores prenotati; abhinc directe ad orientem currendo ad priores tres metas, in rubetis in diverticulo premissarum terrarum arabilium positas, possessionibus Pereznye, Vys capituli et Vys nobilium separantes pervenissent. Sicque partibus altercantibus sibique invicem contradicentibus premissa metarum ereccio suo modo fieri nequivisset, particulamque terre inter partes prescriptas litigiose remanentem ad septem aratra sufficientem fore conspexissent. Datum quarto die termini prenotati anno domini M° CCC° septuagesimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostor 27. 30. dipl. oszt. 5830.

271. *A győri káptalan előtt György csornai prépost, az egyházához tartozó birtokoknak elfoglalásától az összes Osl nemzetségbelieket, mint kegyurakat, tiltja.*

1370. máj. 3.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod vir religiosus frater Georgius prepositus ecclesie sancti Michaelis archangeli de Chorna ordinis premonstratensis in sua et fratrum suorum personis coram nobis comparendo exstitit protestatus, quod ipse omnes patronos ecclesie sue de generacione Osl videlicet dominum Stephanum episcopum Zagrabiensem, filiosque fratris sui magistri Johannis, Nicolaum filium condam Dominici bani de Macho, Ladislaum, Michaelem et Conya prepositum Zagrabiensem, specialiter magistrum Johannem filium Johannis filii Osl, Jacobum et Michaelem filios Petri de Vichcha, Johannem

Digitized by Google

dictum Kwn filium Emerici, item Herbordum et Osl filios Johannis filii Stephani filii Herbordy de Chaua et nobiles de Zemunye eiusdem generacionis ab usu, utilitatum percepcione, detencione, occupacione omnium possessionum suarum et ecclesie sue et se ipsos in easdem quovismodo intromissione prohiberet contradicendo et contradixit prohibendo coram nobis, vigore presencium mediante. Datum in festo Invencionis sancte crucis, anno domini M° CCC° septuagesimo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban praeposit. Csornen. 35. 35. dipl. oszt. 6191.

272. *Az alispán és a szolgabirák, bizonyitják, hogy a midőn egyik szolgabirót Keresztur nevű birtokba kiküldötték a végett, hogy azt Kanizsay István és unokaöcscsei részére foglalja el, a helység birája és a jobbágyok ellentálltak, azt állitván, hogy a terméstt és jövedelmet Nagymartoni Németh Miklós parancsára Fraknó várába tartoznak szállitani. Csepregh, 1370. máj. 20.*

Nos magister Petrus filius Johannis comes Suppruniensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem venerabilis in Christo patris et domini domini Stephani episcopi Zagrabiensis, Nicolai, Johannis, Laurencii et Stephani filiorum Johannis fratrum suorum patruelium unum ex nobis videlicet comitem Johannem filium Sandor de Ladon ad infrascripta negocia exsequenda de sede nostra iudiciaria misissemus, tandem idem comes Johannes ad nos reversus nobis retulit tali modo, quod cum die dominica proxima ante festum Ascensionis domini unacum famulis et officialibus predicti domini episcopi et fratrum suorum predictorum villam Kerestur accessissent, predicto domino episcopo et fratribus suis occupandam, ubi et in cuius facie possessionis villicus et populi magistri Niclini filii Laurencii occupare, fructus et proventus eiusdem percipere non permisissent, asserentes, quod predictus magister Niclinus dictus Nemeth filius Laurencii universos fructus et proventus eorum ad castrum

Digitized by Google

Frohno amministrare precepisset. Datum in Cheperg, feria secunda proxima post prenotatum terminum exequucionis, anno domini M° CCC° septuagesimo.

Papíron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 447. 11. dipl. oszt. 5845.

273. *Az alispán és szolgabirák János borsmonostori apát azon panaszára, hogy a kőszegi várnagy az apátság jobbágyaitól Szakonyban vámot zsarol, a teljesitett vizsgálat után bizonyitják, hogy az apát jobbágyai Csepregh városába Peresznyén keresztül, mindég vámfizetés nelkül utazhattak. Csepregh, 1371. jan. 28.*

Nos magister Andreas, in persona magnifici viri Pauli de Lizka, comes Supruniensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod dominus Johannes abbas de Borsmonostora in nostra sede iudiciaria pro faciendo iudicio moderativo consedentes nobis proposuit tali modo, quod vicecastellanus de Keuzec iobagiones suos ad dictum claustrum pertinentes, ad civitatem Cheperg *(igy)* transire volentes graviter molestarent, denudando, omnia eorum bona aufferendo, ad solucionem tributi seu telonii ville Zakon graviter compellendo; cum tamen iobagiones dicti monasterii in confinitate dicti monasterii existentes a diebus antiquis et tempore quorumlibet suorum predecessorum ad civitatem Cheperg transire volentes, nunquam solucione tributi ville Zakon debitores fuisset *(igy)* nec ad villam Zakon fuissent compulsi et inde transire conati, sed semper per villam Peressnie libere sine aliqua molestacione transissent. petens nos humiliter cum instancia precum, ut universi nobiles et innobiles huius comitatus per nos inquisiti pro dicenda veritate faterentur, qualem scirent de premissis veritatem: cumque nos universos nobiles et innobiles huius provincie requisiti exstitissemus, qui fide eorum mediante deo debita et fidelitate domino nostro regi sueque sacre regie corone conservanda testarunt et affirmarunt, ut iobagiones predicti domini abbatis in confinitate ipsius monasterii existentes, ad Cheperg transire volentes, nunquam ad villam Zakon fuissent compulsi nec solucione

Digitized by Google

tributi fuissent debitores, sed semper per villam Peresnie libere transissent, qualibet molestacione postposita. Datum in Cheperg, feria secunda proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M° CCC° LXX° primo.

Papíron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban »Borsmonostor« 27. 31. dipl. oszt. 5906.

274. *I. Lajos király Nagymartoni Németh Miklóst és Magyar Miklóst, kik az ország nemesein nemcsak több rendbeli kegyetlenkedéseket követtek el, hanem a németeket Ausztriából behiván, azokkal a nemeseket vagyonaikból kifosztották, azzal bünteti, hogy mindennemü vagyoni átruházásaikat érvényteleneknek nyilványitja, kivéven azokat az eladásokat, melyeket a Kanizsaiakkal kötöttek. Buda, 1371. mart. 9.*

relacio Emirici voivode.

Nos Lodovicus dei gracia Hungarie et Polonie rex, significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia quamplurimorum regnicolarum nostrorum lamentabilibus ululatibus et assiduis querelis, aures nostre maiestatis propulsancium veraciter percepimus. quod Nykul teutonicus et alter Nykul ungarus nobiles de Nogmarton ausu temerario et presumcione damnabili, nonnullos regni nostri nobiles et alterius status et condicionis homines possessionibus eorumdem devastatis, desolatis et in nihilum redactis, ac bonis ipsorum tam stabilibus, quam mobilibus prorsus et per omnia ablatis, miserabilis necis passione, ipsorum culpis nullis penitus exigentibus, interemissent, ac eisdem iugibus creberrimis et frequentibus nostris mandatis, ipsis super hoc directis, temere spretis et parvipensis, nullam satisfaccionis emendam racione premissorum impendere curaverunt, prout hoc nostre luculenter patet maiestati, et quod maius et peius est, iidem Nykul et alter Nykul, mala malis accumulando diabolo humani generis inimico persvadente, multitudinem copiosam teutunicorum australium ad confinia regni nostri, quibus prout nobis desuper ex alto altitronus dominus amministrat feliciter presidemus, in nostre

Digitized by Google

maiestatis contumeliam et contemtum introducere non expaventes seu formidantes, tanquam iniquitatis alumni, possessiones quorumdam nobilium regni nostri opulentas, rebus eorumdem nobilium totaliter ablatis et asportatis, omnino devastassent et depredati exstitissent, ac alia multa mala nephandissima et diversorum actuum illicitorum, que nec lingua narrare sufficit nec exprimi potest humano intellectu, ideo nos nolentes omnia premissa facta illicita et in nostre maiestatis contemtum perpetrata obliquis occulis et obduratis auribus, sicut nec debemus, ne eorum maliciis consentire videamur, simpliciter pertransire, prelatorum et baronum ac procerum regni nostri communicato consilio decrevimus sancciendo, ut iidem Nykul et alter Nykul nullam possessionem seu possessionariam porcionem de possessionibus ipsorum, aliquo quesito colore, ingenioque vel arte, alicui persone cuiuscunque status, dignitatis, preeminencie gradus vel sexus existat, et specialiter filiabus eorumdem, per formam vendicionis, impignaracionis vel per modum contractus matrimonii aut parentele, vel affinitatis tamdiu, quousque de offensis, nocumentis et damnis modo quo supra perpetratis, nostre maiestati, ut expedit, et prescriptis interfectis per eosdem vel rebus eorum spoliatis condigna satisfaccio, et omnimode satisfaccionis emenda, impensa fuerit per eosdem dare, legare, conferre, donare aut quovismodo vel quacunque cautela adinventa valeant atque possint; imo eciam volumus, ut omnes vendiciones, impignoraciones et alienaciones possessionarie per ipsos quibuscunque personis hominum et sub quovis colore facte, exceptis donacionibus, vendicionibus et impignoracionibus possessionariis per eosdem venerabili patri domino Stephano episcopo Zagrabiensi eiusque fratribus et nepotibus, attentis ex nostro regio consensu et permissione, factis, casse, frivole et inanes ac viribus omnino destitute exnunc habeantur, presencium testimonio mediante. Datum Bude, in dominica Occuli, anno domini M° CCC° septuagesimo primo.

Hátlapján a nagy pecsét nyomaival, mely alatt a föntebbi szavak olvashatók; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 606. 1. dipl. oszt. 5913.

Digitized by Google

275. *I. Lajos király Kanizsai János özvegyének megengedi, hogy a Szarvkő várához tartozó Zabomarton (Kismarton) nevű mezővárosban várat építhessen. Trencsén, 1371. jun. 10.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie et Polonie, memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod quia regni nostri fideles comitatus Soproniensis, per insultus quorumdam malefactorum in confinibus regni nostri Hungarie et ducatus Austrie existencium, nonunquam plurimas incommoditates, iniurias, damna rerum et personarum pericula sepissime passi exstiterunt et eorum quies per ipsorum insultancium audaciam extitit disturbata. Nos igitur prout officii nostri debitum expostulat et requirit, de subditorum nostrorum statu pacifico et tranquillo sollicitudinem adhibentes diligentem, volentesque, ut huiusmodi malefactoribus et fidelium nostrorum pacem et quietem perturbantibus via nocendi precludatur et insultancium ex adverso audacia refrenetur, sicque regni nostri fideles sub umbra alarum nostrarum in statu pacifico gratulentur, provida deliberacione prehabita utilitati rei publice salubriter providendo decrevimus, ut villa seu oppidum Zabamortun vocatum in comitatu Supruniensi existens ad castrum Zarwkw pertinens pro tuciori conservacione regni nostri murorum debeat ambitu communiri, dantes et concedentes nobili domine relicte condam magistri Johannis filii Laurencii necnon Nicolao, Johanni, Laurencio et Stephano filiis suis plenam et liberam potestatem mera regia auctoritate per presentes, imo ipsos ad hoc inducentes et (h)ortantes, quatenus ipsam villam seu oppidum ipsorum, Zabamortun vocatum, pro securitate fidelium nostrorum murorum ambitu valeant, possint et debeant utiliter communire de nostre maiestatis beneplacito et annuencia speciali. Ceterum ne processu temporum prefati filii condam magistri Johannis et eorum heredes ac posteritates per nostros heredes vel successores racione municionis oppidi supradicti impedire, molestare vel in aliquo valeant perturbari, profitemur et vigore presencium protestamur et as-

Digitized by Google

serimus seriose, quod non ad ipsorum supplicacionem vel instanciam, sed motu proprio et ex certa sciencia, ut premissum est, pro securitate fidelium regni nostri predictum oppidum censuimus et iussimus murorum ambitu communiri. Datum Trinchini, feria tercia proxima post festum corporis Christi anno eiusdem M° CCC° septuagesimo primo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival, eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 11. 30. dipl. oszt. 5945.

276. *I. Lajos király Szalonak váráért és több Esztergom, Komárom és Pozsonyvármegyei faluért, Kanizsa várához több Somogy vármegyei falut, továbbá Sopron vármegyében Füles nevű birtokot s az alhoz tartozó Zabouch nevü pusztát a Kanizsayaknak cserébe adja. 1371. sept. 16.*

(L)odovicus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex princeps Sallernitanus et honoris montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam prssentibus quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Quia de facili a memoria labitur hominum, quod non serenat lucida series literarum, ideo expedit, ut contractus rite initus fulcimento literali roboretur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod quia venerabilis in Christo pater dominus Stephanus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis fidelis noster et dilectus, necnon Nicolaus, Johannes, Laurencius et Stephanus, filii condam magistri Johannis filii Laurencii de Chorna, fratris eiusdem domini episcopi uterini, volentes se nostris beneplacitis et votivis desideriis sincere affeccionis studio conformare, quoddam castrum ipsorum Zalonuk appellatum, in comitatu Castriferrei situm, per nostram maiestatem olim ipsis perpetuo datum et collatum . . . possessiones ipsorum Wyfalu, Bayoth, Peel es Chenker in Strigoniensi, Kezeu in Kamaryensi, item Saarfew, Thatee, Kezy, Chanik . . . . . vocatas in Posoniensi comitatibus habitas, ad curiam nostre maiestatis in propinqua distancia adiacentes, eidemque utiles et fructuosas cum omnibus ipsarum utilitatibus vide-

Digitized by Google

licet redditibus, proventibus, fructuositatibus et pertinenciis universis et benivolo nostro culmini regio iure perennali tenendas et possidendas obtulerunt et donaverunt, ideo nos iuxta nostre regie liberalitatis munificam clemenciam, eiusdem domini episcopi et dictorum nepotum suorum bonam et sinceram affeccionem ac puritatem fidei et inviolabilis constancie zelum pensantes, quibus ad culmen nostre celsitudinis indesinenter noscuntur adhesisse, quasdam possessiones nostras regales Zenthpaal, Benyu, Saag, Warazlou, Falkos, Dench, Remetezenthpetur, Pooch et Paald nominatas in Simigiensi comitatu adiacentes, ac possessionem Filees nominatam in Supruniensi comitatu sitam, simul cum quadam terra Zabouch appellata nunc vacua et habitatoribus destituta, per populos de dicta Filees semper et ab antiquo usa atque culta, cum omnibus et singulis ipsorum utilitatibus, scilicet foro in predicto Zenthpal celebrari consveto, ac tributis in Beryn vel Paald aut in earum altera exigi consvetis, nec non iudiciis et iurisdiccionibus quibuslibet ac molendinis et locis molendinorum, silvis, nemoribus, piscinis, aquis, aquarum decursibus, pratis, terris cultis et incultis, proventibus, redditibus, fructuositatibus ac pertinenciis universis, qui et que ab antiquo ad easdem possessiones pertinuisse noscuntur, sub eisdem metis, limitibus, terminorum distinccionibus, quibus per nostram maiestatem eedem habite extiterunt et possesse, in concambium et permutacionem possessionum prescriptarum in premisso nobis per eosdem allatarum ac racione resignacionis et restitucionis castri predicti Zalanok vocati nobis facte, cum omni plenitudine et integritate iuri(um) earumdem dedimus, donavimus et contulimus prenotato domino Stephano episcopo et nepotibus suis predictis, eorumdem nepotum suorum heredibus et successoribus universis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas, nullum ius vel proprietatis dominium nobis vel nostris successoribus amodo in posterum in eisdem reservando, sed totum ius et proprietatis dominium possessionum prescriptarum in ipsum dominum episcopum et eius nepotes prefatos ac eorumdem heredes transferendo pleno iure, assummendo insuper nostro et successorum nostrorum regum nominibus ipsum dominum episcopum et

Digitized by Google

eius nepotes suos pretactos ac eorumque heredes et successores universos in dominio pretactarum possessionum per nostram maiestatem, ut supra, concambialiter eisdem collatarum ac pertinenciarum et utilitatum ipsarum quarumlibet ab omnibus hominibus occassione earumdem ipsos molestare et impetere volentibus pacifice et indemniter protegendo conservare in iudicioque et extra iudicium a quibuslibet expedire nostris laboribus et expensis; e converso autem iidem dominus episcopus et nepotes sui predicti universa eorum instrumenta et literalia quavis munimenta, quorum vigore prenotatas possessiones et castrum predictum acquisivisse et actenus conservasse noscuntur, in manus nostras regias in specie assignarunt nos contentos reddendo de eisdem. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Ladislai episcopi Wesprimiensis reginalis cancellarii et aule nostre vicecancellarii fidelis et dilecti, anno domini M° CCC° LXX° primo, sedecimo kalendas mensis Octobris, regni autem nostri anno tricesimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis Thoma Strigoniensi, Stephano Colocensi sacre pagine magistro, Wgulyno Spalatensi, Dominico Jadrensi et Wgo Ragusiensi archiepiscopis, Demetrio Waradiensi, Michaele Agriensi, Demetrio Transsilvano, Colomanno Jauriensi, eodemque Stephano Zagrabiensi, Wilhermo Quinqueecclesiensi, Dominico Chanadiensi, Johanne Waciensi, Ladislao Nitriensi, Petro Boznensi, Stephano Sirimiensi, Nicolao Tininiensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano Farensi, Jacobo Macariensi, Matheo Sibinicensi, Michaele Scardonensi et Portiva Senniensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; Corbaviensi sede vacante; magnificis viris Ladislao duce regni nostri palatino, Emerico voivoda Transsilvano, comite Nicolao de Zeech iudice curie nostre, Johanne magistro tavarnicorum nostrorum, Stephano Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudar pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne ianitorum et Stephano agazonum nostrorum magistris, ac eodem domino Ladislao

Digitized by Google

duce comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Commissio domini regis propria; perlecta et correcta.

Fehér és lila selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 642. 26. dipl. oszt. 5961.

277. *I. Lajos király Rákvár (Rákos) várnagyainak meghagyja, hogy a nevezett várhoz tartozó Dorm és Stephansweingarten nevű szőllőkben a soproni polgároktól csak hegyvámot szedjen. Ecsellőn a király vadászó helyén, 1371. sept. 18.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. vobis fidelibus suis castellano de Rakwar nunc constituto et in futurum constituendo, quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quod fideles nostros universos cives et hospites civitatis Soproniensis in vinis ipsis territorio dicti castri procreandis deinceps nullomodo impedire presummatis et specialiter in vineis Dorm et Stephansweyngarten vocatis et eciam aliis ibidem adiacentibus non audeatis aggravare seu perturbare, sed receptis veris et iustis ac consvetis tributis moncium permittatis ipsos cives et hospites ac eorum quemlibet huiusmodi vinis et vineis uti pacifice et sine impedimento, aliud non facturi; presentes autem reddi iubemus presentanti. Datum in Echello, loco nostre venacionis, feria quinta proxima post festum exaltacionis sancte Crucis, anno domini M° CCC° LXX° primo.

Papíron, belül gyürü-pecsét nyomaival, a pecsét helyén «commissio domini regis» szavak olvashatók; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában Lad. L. III. 66.

278. *Vilhelmus kir. titkos cancellár előtt a Ják nemzetségbeli Jákmonostori János, András és Jakab fiai, az Osl nemzetségből való Csornai Simon fiát Jánost Felsőhöflein birtok elfoglalásától tiltják. Visegrád, 1372. febr. 1.*

Nos Vilhelmus dei et apostolice sedis gracia episcopus Quinqueecclesiensis comes capelle et secretarius cancellarius

Digitized by Google

domini Lodovici dei gracia regis Hungarie et Polonie memorie commendamus, quod magistri Johannes filius Johannis, Nicolaus filius Andree, Tyak et Stephanus filii Jacobi de Tyakmonostora de genere Tyak personaliter ad nostram accedentes presenciam dixerunt nobis protestando, quod Johannes filius Simonis de Chorna de genere Osl quandam possessionem ipsorum Felseuheuflen vocatam occupatam detineret in eorum preiudicium non modicum et gravamen, unde facta ipsa protestacione, prefatum Johannem filium Simonis et alios quoslibet homines a detencione predicte possessionis Felseuheuflen vocate et utilitatum eiusdem percepcione legitime prohibuerunt nostri in presencia. Datum in Vissegrad, in dominica Exsurge, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Eredetije bőrhártyán a N. Muzeum ltárában.

279. *I. Lajos király kijelenti, hogy Szarvkő várát Kanizsai István zágrábi püspöktől akár vétel akár csere útján vissza nem veszi. Újvár, 1372. okt. 4.*

commissio sua propria domini regis in Wyuar in suo hospicio regali facta.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium notum facimus, quibus incumbit et interest, universis, quod nos per venerabilem in Christo patrem dominum Stephanum episcopum Zagrabiensem, dilectum nobis et fidelem, humiliter et devote deprecati ac instanter exortati, eiusdemque supplicacionibus sinceris mitigati, Nicolao, Johanni, Laurencio et Stephano filiis condam magistri Johannis filii Laurencii, nepotibus scilicet suis simul et singillatim verbo nostro regio presentibus spopondimus, assumsimus et pollicemur, ut castrum eorum per ipsum condam magistrum Johannem nobis volentibus, consencientibus et gratanter acceptantibus emtum, Zarkw nuncupatum, in confinibus regni nostri Hungarie predicti situatum, cum suis dumtaxat proprietariis iuridicis et veris tenutis ac pertinenciis ipsis filiis condam magistri

Digitized by Google

Johannis invitis et renitentibus, emcionis aut permutacionis concambialis titulo, aggregare, recipere et habere nusquam et nunquam volumus pro nostra maiestate, nisi pro tunc solummodo, dum et quando fortassis idem Nicolaus, Johannes, Laurencius et Stephanus unanimiter, voto parili . . . entate conformi, non coacti, sed benivole maluerint idem castrum ipsorum Zarkw appellatum, vendere, permutare aut alio quovismodo . . . dare nostre maiestati, iuxta libitum, nutum et placituram ultronee ac spontanee ipsorum voluntatis. Datum in villa Wyuar, in festo beati Francisci confessoris, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 95. 9. dipl. oszt. 6059. vagy 6054.

280. *I. Lajos király Kálmán győri püspöknek meghagyja, hogy János borsmonostori apátot a tizedszedés gyakorlatában ne háborgassa. Sopron, 1372. okt. 16.*

Lodovicus dei gracia rex Ungarie Polonie Dalmacie etc. fideli suo venerabili in Christo patri domino Colomano episcopo Jauriensi salutem et graciam. Conqueritur nobis religiosus vir frater Johannes ordinis cisterciensis abbas de Bors, quod vos ipsum in iuribus decimalibus contra formam literalium instrumentorum monasterii sui nimium perturbassetis, occupaciones non modicas de eisdem inferri faciendo; unde cum nos iuri dicti monasterii nolumus derogare, fidelitati igitur vestre damus in mandatis, quatenus ipsum abbatem et suum monasterium contra formam dictorum suorum privilegiorum in eius iuribus decimalibus nequaquam audeatis perturbare, sed dimittatis ipsum abbatem huiusmodi suis iuribus sui uti, frui pacifice et quiete, aliud non facturi. Datum Supronii in festo beati Galli confessoris, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Papiron, belül a vörös viaszba nyomott pecsét alatt: «relacio comitis Jacobi de Zepus», kivül: «de vicesima" eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor 27. 32. dipl. oszt. 6069.

Digitized by Google

281. *I. Lajos király a magnélkül elhalt Petőfalvi Miklósnak Pathly, Pordán és Büdöskut nevű birtokait, Kanizsai István zágrábi püspöknek és unokaöcscseinek adományozza. Sopron 1372. okt. 16.*

Commissio propria et eciam relacio Emerici palatini.

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod venerabilis in Christo pater dominus Stephanus episcopus ecclesie Zagrabiensis dilectus nobis et fidelis nostrum regium adiens conspectum, nostre significavit et detexit maiestati, quod quedam tres possessiones Pathyl *(igy)*, Byduskut et Pordan vocate in comitatu Supruniensi apud suas nec non Nicolai, Johannis, Stephani et Laurencii filiorum condam magistri Johannis filii Laurencii fratris sui uterini manus habite et existentes ipsorum forent emticie, et a Nicolao filio Pauli de eadem Pathyl emcionis titulo ad ipsos devolute; suplicans nostro culmini regio humiliter et devote, ut quia idem Nicolaus filius Pauli nutu divino, cui humane imbecilitatis racio nequit obviare, proximis diebus elapsis sine heredum solacio ab hac luce decessisset, ideo nos omne ius nostrum regium, quod in predictis possessionibus nos contingeret, prelibatis filiis ipsius magistri Johannis perpetuo de benignitate regia dare et conferre dignaremur. Nos itaque iuxta innatam cordis nostri liberalitatem premissis suplicacionibus ipsius domini episcopi, tamquam iustis et iuri consonis admissionique dignis, regio inclinati cum favore, rememoratis eciam et in memoriam nostre celsitudinis fidelitatibus et meritoriis serviciis predicti condam magistri Johannis reductis, omne et totale ius nostrum regium, quod in iamdictis possessionibus Pachyl Byduskwt et Pordan nuncupatis in dicto Supruniensi comitatu existentibus, iuxta approbatam regni consvetudinariam legem, ex premisso sine herede decessionis titulo, nostram tangerent vel quomodolibet contingere possent maiestatem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis dedimus, donavimus et contulimus pretactis Nicolao, Johanni, Stephano et Laurencio filiis predicti magistri Johannis eorumque

Digitized by Google

heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, imo damus et conferimus ac ipsis in perpetuam ascribimus hereditatem, sine tamen preiudicio iuris alieni; presentes autem in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in Suprunio, in festo beati Galli confessoris, anno domini M° CCC° LXX° secundo.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 11. dipl. oszt. 6068.

282. *Wilhelmus pécsi püspök és kir. titkos cancellár előtt Nyéki Lőrincz fiai, Szergény nevű birtokukat, Endrédi Gergely fiainak újra zálogba adják. Visegrád, 1373. febr. 5.*

Nos Wilhelmus dei et apostolice sedis gracia episcopus Quinqueecclesiensis comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici dei gracia regis Hungarie et Polonie memorie commendamus, quod Petrus et Ladislaus filii Gregorii de Endred personaliter ab una, parte vero ex altera Petrus et Ladislaus filii Laurencii de Nyek similiter personaliter coram nobis constituti, per eosdem confessum exstitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi in causa inter ipsos in presencia iudicis curie regie, in facto possessionis Zergen vocate in comitatu Soproniensi existentis iuxta aquam Fertew vocatam adiacentis mota et habita, per ordinacionem et composicionem proborum et nobilium virorum taliter concordassent et concordarunt nostri in presencia, quod quia predicta possessio Zergen vocata predecessoribus ipsius Laurencii de Nyek iure hereditario pertinens fuisset, et per eosdem predecessores ipsius Laurencii titulo pignoris ad predecessores annotati Gregorii de Endred mediantibus literalibus instrumentis efficacissimis exstitisset devoluta et redundata, ipseque Laurencius tandem ipsos filios Gregorii indebite et sine lege exclusisset de eadem, et ipsam possessionem Zergen usquemodo idem Laurencius et per consequens annotati Petrus et Ladislaus filii sui possedissent, tenuissent et usi fuissent, quam quidem possessionem Zergen appel-

Digitized by Google

latam totam ac plene et perfecte cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, nunc sano inducti consilio prefati Petrus et Ladislaus filii Laurencii memoratis Petro et Ladislao filiis Gregorii sub titulo impignoraticio tenendam, possidendam et habendam remisissent et resignassent, imo remiserunt et resignarunt nostri in presencia ita videlicet, quod quandocunque temporis in processu a data presencium ipsi Petrus et Ladislaus filii Laurencii vel eorum filii, posteritates et proximi universi pro septuaginta et tercia dimidia marcis denariorum pro tempore currencium, quamlibet marcam decem pensis denariorum computando, omni estimacione exclusa ab eisdem Petro et Ladislao filiis Gregorii aut eorum filiis et posteritatibus suis quibuslibet redimere possent, tunc liberam redimendi habeant facultatem; ipsique Petrus et Ladislaus filii Gregorii eandem possessionem Zergen vocatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis eisdem filiis Laurencii pacifice et quiete remittere et resignare tenerentur, annotati vero filii Laurencii tam ex parte eorum quam proximorum suorum sepedictos filios Gregorii usque tempus redemcionis eiusdem eandem possessionem Zergen circa ipsos filios Gregorii pacifice et quiete titulo pignoris conservare teneantur; quos quidem filios Gregorii prenotati filii Laurencii in dominium dicte possessionis Zergen vocata in dominica Reminiscere nunc ventura presente testimonio capituli Jauriensis ecclesie introducere assumsissent et assumserunt nostri in presencia. Et insuper ipse partes omnes causas eorum quovis modo usque ad hec tempora inter ipsos motas et habitas penitus et per omnia sedari, sopiri et condescendi fecissent, ac universa iudicia et iudiciorum gravamina, in quibus eedem partes hactenus contra sese convicti et aggravati extitissent, in toto unus alteri remisisset et relaxasset, imo remiserunt et relaxarunt nostri in presencia tali vinculo interserto, quod si qua parcium in aliquo de premissis omnibus resiliret et ipsam concordiam modo premisso inter ipsas factam retractaret, tunc talis pars contra partem alteram ipsam concordiam plene conservantem in facto potencie convinceretur ipso facto, ad que omnia premissa et quevis singula pre-

Digitized by Google

missorum dicte partes se et eorum successores sponte personaliter coram nobis obligarunt. Datum in Vissegrad, quarto die festi Purificacionis beate virginis, anno domini Millesimo CCC° LXX° tercio.

A győri káptalannak 1437-ben Chytwandi Péter fia Egyed kérésére kiállított átiratából, melynek eredetije az Ostffy cs. ltárában őriztetik.

283. *Lőkös fia Miklós alispán és a szolgabirák előtt Chuz Pál fia Chamaz, az általa zálogban birt Zsidány nevű birtokot, János borsmonostori apátnak visszaadja. Csepregh, 1373. febr. 7.*

Nos magister Nicolaus filius Leukus in persona magnifici viri Emerici regni Hungarie palatini comes Supruniensis et iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod religiosus vir dominus Johannes abbas monasterii virginis gloriose de Borsmonostora coram nobis comparendo in sua et fratrum sororum *(igy)* personis nobis significare curavit, quod quedam possessio predicti monasterii Sidan vocata olim Paulo et Petro dictis Chuz vigore instrumentorum literarum *(igy)* capituli Castriferrei fuisset impignorata, nunc vero Chamasius filius predicti Pauli predicta instrumenta ipsis abbati et conventu suo ad redemcionem ipsius ville in novem talentis obligasset, ipsam possessionem redimere permittendo. Datum in Cheperg, feria secunda proxima post festum beate Dorothee virginis, anno domini M° CCC° LXX° tercio.

Papíron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor 27. 34. dipl. oszt. 6093.

284. *Vilhelm pécsi püspök és kir. titkos cancellar előtt, István pápoczi prépost két Páli nevű birtokot, Mezőlaki László fiának beszterczei grófnak és Óbuda várnagyának elzálogositja. Buda, 1373. febr. 15.*

Nos Wilhelmus dei et apostolice sedis gracia episcopus Quinqueecclesiensis ac comes capelle et secretarius cancellarius domini Lodovici dei gracia regis Ungarie et Polonie memorie commendamus, quod magister Nicolaus filius Ladislai

Digitized by Google

de Mezeulak comes de Biztrieze et castellanus Veteris Budensis personaliter ab una, parte vero ab alia dominus Stephanus prepositus ecclesie sancti salvatoris de Papuch similiter personaliter coram nobis constituti, per eosdem propositum exstitit et relatum nobis in hunc modum, quod quia dominus noster rex quasdam quatuor possessiones, videlicet Kuchk, Seden, Gelse et Kysmezado nuncupatas in comitatu Castriferrei existentes, a nobili domina Margareta vocata relicta videlicet magistri Pauli dicti Magyar, pro certa pecunia, ut puta sexingentis florenis auri ac centum et quadraginta marcis plene eidem domine persolutis, comparasset, quas possessiones predictas tandem ipse dominus noster rex ipsi magistro Nicolao pro fidelibus suis serviciis meritoriis perpetuo dedisset et contulisset, pro quibus possessionibus scilicet et pecunia premissa, medio tempore, donec ipsi domino regi et per consequens dicto magistro Nicolao ab infestatoribus et impetitoribus earumdem possessionum et pecunie, pretacta nobilis domina easdem iuridice liberare et rectificare valeret, pro eo quia ipsam pecuniam regalem ad edificacionem et construccionem duarum ecclesiarum suarum vivente in dicta Papuch per ipsam constructarum recepisse dinoscebatur, ideo alias duas possessiones Paly vocatas, quas ecclesie sancti Salvatoris prepositali de dicta Papuch similiter per ipsam constructe, dotando perpetuo dedisset, ipsi domino regi et eidem magistro Nicolao racione premisse pecunie, iuxta continenciam literarum capituli ecclesie Jauriensis obligando impignorasset; nunc vero mortua ipsa domina idem dominus Stephanus prepositus ecclesie predicte de Papuch, prout causam premissam exsequi tenebatur; rite et legitime procedendo tres possessiones ex eisdem quatuor possessionibus videlicet Kuchk, Seden et Kysmezado nominatas, ab infestatoribus reoptinendo et rectificando, dicto magistro Nicolao sic pacifice liberando reliquisset; sed quia quartam possessionem Gelse nuncupatam ab eisdem infestatoribus rectificare et iuridice reoptinere ipsi magistro Nicolao idem dominus Stephanus prepositus nequivisset, presertim cum ipsa possessio utilior et fructuosior inter ceteras possessiones predictas fore videbatur, ideo ipse

Digitized by Google

due possessiones Paly, adhuc apud manus eiusdem magistri Nicolai in trecentis et quinquaginta florenis auri titulo pignoris remansissent, ita tamen, quod quandocunque temporis in processu ipse dominus Stephanus prepositus vel sui successores a prescripto magistro Nicolao pro premissa pecunia videlicet trecentis et quinquaginta florenis, ut premittitur omni estimacione exclusa redimere poterit, tunc ipse magister Nicolaus et sui posteritates rehabita et recepta sua pecunia premissa, sine aliquo litigionario processu remittere et resignare teneatur; medio autem tempore idem dominus Stephanus prepositus eundem magistrum Nicolaum in dominio prelibatarum duarum possessionum Paly vocatarum pacifice conservare et ab omnibus infestatoribus pretextu ipsarum defensare teneatur propriis laboribus et expensis; ad que premissa et premissorum singula partes predicte se invicem sponte obligarunt coram nobis. Insuper universa literalia instrumenta super pretactis tribus possessionibus confecta prefatus dominus Stephanus prepositus asserens ipsi magistro Nicolao resignasse et restituisse effective, super quibus literalibus instrumentis ipse magister Nicolaus reliquisset et commisisset expeditum dominum Stephanum prepositum prenotatum. Datum Bude, secundo die festi beati Valentini martiris, anno domini M° CCC° septuagesimo tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában, Castriferrei 64/65.

285. *I. Lajos király a pannonhalmi conventet kiküldi, hogy Füles, Keresztur és Adumfalva nevü birtokok határait járja meg, s azokba Kanizsai István zágrábi püspököt és unokaöcscseit iktassa be. Visegrád, 1373. mart. 21.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Dicitur nobis in personis domini Stephani episcopi Zagrabiensis, Nicolai, Johannis, Laurencii (Stephani) filiorum Johannis filii Laurencii de Kanisa, quod quedam possessiones Phyles, Keresthur

Digitized by Google

et Adumfalva vocate, in qua ecclesia in honore sancti Johannis esset constructa in comitatu Soproniensi habite reambulacione et eis statuifaccione in nimium indigerent; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus filius Pethew de Ikua vel Dominicus filius Johannis de Myhal, aut Jacobus de Wagh, seu Paulus filius Lorandi de Dobonya *(máshol Damonya)* sin Benedictus de Edwy an Stephanus filius Andree de Nykch, aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum, vicinis et commetaneis suis universis legitime inibi convocatis et presentibus, accedendo reambulet ipsas nomine iuris dicti episcopi et filiorum Johannis predictorum, reambulatasque statuat eisdem eo iure, quo eis dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra dictos dominum episcopum et filios Johannis in nostram presenciam ad terminum competentem, et post hec ipsius possessionarie reambulacionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, ac termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad feria secunda proxima post dominicum Oculi, anno domini Millesimo CCC° LXX° tercio.

A pannonhalmi convent 1373. évi jelentéséből, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 715. 15. dipl. oszt. 5105. Ugyanott megvan a nevezett conventnek jelentése 1373-ból, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént; N. R. A. 8. 20. dipl. oszt. 6103. Megvan ugyanott a pannonhalmi convent jelentése szintén 1373-ból, hogy a Kanizsaiak Ebörgöcz nevű birtokba magukat szintén beiktatni akarták, Ebörgöczi István és fiai András és másik István fia János azonban ellentmondtak; N. R. A. 22. 46. dipl. oszt. 6104. Az ebből támadt perre vonatkozó országbirói itéletek és az ujabbi beiktatásról a győri káptalan jelentései 1375. évről megvannak u. o. N. R. A. 6. 6; 21. 78; 566. 45. dipl. oszt. 5235. 6262. 5234.

286. *Sopron városa tanácsa előtt, Robauar Péter Mayad (Margaréta) nevű birtokát Szarvkői Lőrincz utódainak vagyis a Kanizsaiaknak eladja. Sopron, 1373. mart. 30.*

Nos Johannes Agundarfer iudex iurati et universi cives civitatis Soproniensis memorie commendantes tenore

Digitized by Google

presencium significamus quibus expedit universis, quod Petrus Robauar dictus concivis noster coram nobis personaliter comparendo confessus exstitit ministerio vive vocis, quod ipse universas possessionarias porciones suas et heredum suorum, tam emticias quam hereditarias et donaticias in Mayad existentes, unacum sessionibus, laneis, terris, arabilibus, silvis, pratis, vineis et aliis quibuslibet earum utilitatibus et pertinenciis, quoquomodo ipsum et heredes suos tangentibus, et cum omnibus literis suis et instrumentis, quorum vigore easdem possedisset et habuisset, Nicolao, Johanni, Laurencio et Stephano filiis magistri Johannis filii Laurencii de Zarwkew pro quinquaginta quinque libris denariorum plene nostri in presencia ab eisdem habitis et receptis vendidisset, tradidisset et assignasset, imo vendidit, tradidit et assignavit coram nobis, nullum ius et proprietatem pro se ipso et heredibus suis reservando in eisdem, ita tamen, quod si idem Petrus aliquas literas, premissa tangentes, pro se vel heredibus suis retinuisset seu reservasset, extunc tales litere casse, frivole et viribus cariture ac earum exhibitoribus ubique nociture habeantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in Soprunio, feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini M° CCC° LXX° tercio.

Fehér és violaszinű selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, N. R. A. 385. 8. dipl. oszt. 6106.

287. *A győri káptalan bizonyitja, hogy a két Nagymartoni Miklós, Pathly Lombár Merthlin ellen a nádor által bizonyos hatalmaskodásért fej és jószág vesztésre itéltetvén, a felek a káptalan előtt kiegyeztek úgy, hogy Keresztur nevű birtok vételárának törlesztésére a Kanizsayak a Nagymartoniak helyett nevezett Lombár Merthlinnek kétszázötven font denárt fizettek. 1373. apr. 5.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendantes significamus universis quibus expedit presencium per tenorem, quod magistri Nykel filius Laurencii et alter Nykel

Digitized by Google

filius Nykel, domini de Nogmorthun in nostram personaliter accedentes presenciam ministerio vive vocis nobis significare curarunt, quod ipsi iuxta diffinitivam sentenciam magnifici viri et potentis principis domini Ladislai ducis Opulie et Velunensis pridem regni Hungarie palatini et iudicis comanorum nunc vero domini regni Russcie, prout in literis eiusdem nobis specietenus exhibitis seriose vidimus et perspeximus, contra Mertlinum dictum Lombar de Pothly pro quibusdam factis potenciariis in facto potenciali sentenciaque capitali et amissione omnium possessionum bonorum et proprietatum eorumdem ubilibet habitorum et existencium iudiciaria auctoritate palatinatus convicti et agravati extitissent; tandemque magistri Nicolaus, Johannes, Laurencius et Stephanus filii condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa proximi eorum, tum ex affeccione affinitatis, tum eciam recensitis pristinis ipsorum favorabilibus amplexibus et gratuitis cum eodem Mertlino dicto Lombar de Pothly ipsos concordassent, et ad perpetue pacis unionem deduxissent, ac ducentas et quinquaginta libras denariorum pro ipsis annotato Mertlino dicto Lombar persolvissent, et persolvisse et dedisse retulerunt coram nobis, quas quidem ducentas et quinquaginta libras denariorum annotati magistri Nykel filius Laurencii et alter Nykel filius Nykel ad precium et compotum emcionis ville seu possessionis Kerusthvr assummerent et applicarent, imo assumserunt, aplicaverunt, defalcaverunt magistris Nicolao, Laurencio et Stephano filiis Johannis filii Laurencii de Kanisa prenotatis. Datum feria tercia proxima post dominicam Judica, anno domini M° CCC° LXX° tercio.

Hátlapján pecséttel: eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 382. 21. dipl. oszt. 6107. A fönt említett hatalmaskodási perben a nádor itélete megvan ugyanott N. R. A. 593. 19., mely szerint a Nagymartoniak a hatalmaskodást Pathly Lombár Merthlinnek Boz. Pathly és Büdöskut nevü birtokain követték el.

288. *A vasvári káptalan előtt Chuz János bán és unokaöcscse, a borsmonostori apát Zsidány nevü birtokát a zálogból kibocsátják. 1374. mart. 20.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod vir

Digitized by Google

magnificus dominus Johannes Chuz banus maritinus *(így)* pro se personaliter, pro Nicolao vero filio, item Lenhardo filio Petri et Thoma filio Laurencii nepotibus sine literis procuratoriis, quorum tamen honus et gravamen per omnia super se assumsit, nec non Nicolaus et Petrus filii Chamaz, filii Pauli dicti Chuz nostri in presencia personaliter constituti oraculo vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipse *(így)* quandam possessionem Sydan vocatam in comitatu Soproniensi adiacentem, apud manus ipsorum mediantibus quorundam literalium instrumentorum vigoribus habitam, cum omnibus suis utilitatibus et quibusvis attinenciis monasterio beate Marie virginis de Borsmonustura et per consequens religiosis viris domino Johanni abbati ac aliis in eodem deo famulantibus, quorum dominium et iurisdiccioni revolvere cognitum extitisset, remisissent et resignassent, imo excipientes omne dominium et manus suas ab eadem, receptis ab eisdem domino abbate septuaginta talentis promtorum denariorum latorum viennensium, pro quibus eadem possessio ipsis obligata extitisset, remiserunt et resignarunt coram nobis vigore presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum feria secunda proxima post dominicam Iudica, anno domini Millesimo CCC° LXX° quarto; honorabili viro domino Stephano preposito, viris discretis magistris Petro cantore, Michaele custode et Paulo decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Függő pecséttel; eredetije az orsz. ltárban Borsmonostor 27. 35. dipl. oszt. 6191.

289. *I. Lajos király előtt a Kanizsay családbeliek azért, hogy Eberhőczi János és András Eberhőcz és Dág nevű birtokait valamint Muzsaj és Röjtök nevű birtokokban bizonyos zálogos részt tulajdanúl elnyerték, az Eberhőczieknek Sopron városában egy curiát és Czenk nevű birtokhoz való jogukat átengedik. Visegrád, 1375. mart. 7.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. significamus tenore presencium quibus expedit

Digitized by Google

universis, quod venerabili in Christo patre domino Stephano episcopo Zagrabiensi ab una parte, siquidem ab altera Johanne filio Stephani et Andrea filio alterius Stephani de Ebergeulch propriis eorum in personis nostrum in conspectum constitutis confessum exstitit per eosdem communiter et sigillatim *(igy)* oraculo vive vocis, quod quia nos capitibus, possessionariis et ceteris iuribus eorumdem Johannis et Andree, exceptis tamen duabus possessionibus eorum videlicet Ebergeulch predicta et alia Daag vocatis in comitatu Soproniensi habitis in facto . . . . . seu labe proscripcionis, in qua iidem Johannes et Andreas incidisse dinoscebantur ad devotam et instantissimam supplicacionem eiusdem domini episcopi de regia benignitate graciam et misericordiam fecissemus specialem, et ipsos de eadem offuscacione proscripcionis expiassemus et absolvissemus, ideo ipsi Johannes et Andreas tam in reconpensam huiusmodi gracie nostre ipsis facte obtencionis, tum eciam racione subscripta, quasdam possessionarias porciones ipsorum impignoraticias in possessionibus Muse, Reehtek appellatis in dicto comitatu existentibus habitas et ipsos contingentes cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis ipsi domino episcopo et filiis fratris sui eorumdemque filiorum fratris sui heredibus et posteris tradere et dare assumsissent, eodem impignoracionis titulo possidendas, tenendas pariter et habendas, imo tradere, dare et assignare nostri in presencia, nihil sibi vel suis exinde reservando, sed totaliter in eosdem transferre universaque literalia eorum instrumenta quibus mediantibus dictas possessionarias porciones impignoraticias actenus habuissent et possedissent, ipsi domino episcopo et filiis fratris sui reddere et manibus ipsorum assignare assummendo, tali tamen (modo), quod quia huiusmodi possessionaria tradicio dicte gracie obtencione precellere videretur, ideo in huius adequacionem et additamentum prefatus dominus episcopus suo et dictorum fratrum suorum nominibus centum marcas denariorum, singulis ipsarum decem pensis denarii computatis, ac unum fundum curie Nicolai Zambo in civitate Soproniensi situm, ab eodem Nicolao liberando, iamdictis Johanni et Andree

Digitized by Google

ipsorumque heredibus et posteris perpetuo et irrevocabiliter dare, solvere et assignare ad possidendum, tenendum pariter et habendum assumsisset et assumsit nostri in presencia, eo eciam modo, quod si idem dominus episcopus quandam possessionem Chenk nominatam in dicto comitatu habitam apetes *(igy)* ipsius possessorio precio comparare vel aliter habere et liberatam ipsis Johanni et Andree eorumque posteris conferre posset, tunc ipsis centum marcis pro se et dictis suis fratribus reservatis, eandem possessionem Chenk vocatam, ac dictum fundum curie cum omnibus suis utilitatibus, edificiis et pertinenciis ipsis Johanni et Andree eorumque successoribus dare teneretur, et iidem de eisdem deberent contentari; prout premissa et singula eorumdem ipse partes voluerunt, et ad ea se sponte et non coacte obligarunt nostre serenitatis in presencia. Datum in Vyssegrad, feria quarta Carnisprivii, anno domini M° CCC° septuagesimo quinto.

Hátlapján nagy felségi pecséttel, mely alatt e szavak olvashatók: »Facta fuit confessio presente Johanne bisseno«, eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 654. 4. dipl. oszt. 6263.

290. *Szepesi Jakab országbiró Oszlopi Trochmant, ki Rovi Detre fiának Jánosnak és Koloni Pethőnek Rust, Szék és Edémeunch nevü birtokain hatalmaskodott, a pozsonyi káptalan által harmad izben megidézteti. Visegrád, 1375. jul. 5.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis comes Jacobus de Scepus iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Johannes filius Detrici de Rov et Petheu de Kolon personaliter iuxta continenciam literarum domini Emerici pridem palatini prorogatoriarum in octavis diei medii Quadragesime proxime preteritis sine crastinacione in figura iudicii eiusdem palatini, prout per literas suas (exinde confectas informabamur) comparendo contra Bartholomeum dictum Trochman de Zazlop, quasdam literas vestras evocatorias pariter et inquisitorias eidem palatino

Digitized by Google

ad regium literatorium preceptum rescriptas, tenoremque earumdem literarum regalium vobis directarum verbaliter in se habentes, asserentes accionem eorum literis contineri in eisdem ipsi palatino presentasset declarantes inter cetera, quod Johannes filius Detrici de Rov et Petheu de Kolon et filiorum ipsorum personis regie dixissent maiestati, quod Bartholomeus dictus Trochman de Zazlop timore dei abiecto die dominico proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste tunc preteritum congregatis sibi exercitu et potencia regnorum extraneorum, ipsos invadendo, iamdictam possessionem eorum Rov et aliam possessionem ipsorum Zeek penitus depredasset, eoque non contentus in dicto festo nativitatis beati Johannis Baptiste cum dictis malefactoribus ad possessionem eorumdem Edemeuch appellatam irruendo equacias ipsorum abstulisset omni ipsorum sine culpa. Quare idem dominus noster rex fidelitati vestre mandasset, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus, scita premissorum veritate evocaret prefatum Bartholomeum Trochman contra iamdictos Johannem et Petheu in presenciam dicti palatini ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc proxime venturas racionem de premissis personaliter et non per procuratores efficacem sine crastinacione redditurum; et posthec seriem ipsius inquisicionis et evocacionis eidem domino palatino fideliter rescribatis. Vos itaque preceptis ipsius regie maiestatis obtemperantes, ut tenemini, unacum Gregorio filio Beleuh homine regio, vestrum hominem Bernaldum chori ecclesie vestre clericum ad ipsam inquisicionem et evocacionem faciendas pro testimonio duxissetis transmittendum, qui demum ad vos reversi vobis concorditer retulissent, quod ipsi feria secunda proxima ante festum Nativitatis domini tunc preterita a nobilibus et ignobilibus ac cuiusvis status et condicionis hominibus comitatus Soproniensis diligenter investigando talem de premissis scivissent veritatem, quod Bartholomeus dictus Trochman timore dei abiecto die dominico proximo ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste cum dictis malefactoribus ad possessionem Edemeuch vocatam irruendo

Digitized by Google

equas ipsorum abstulisset, omne ipsorum sine culpa. Tandem ipsi prenominatum Bartholomeum Trochman dictum super eadem possessione Zazlup contra iamdictos Johannem et Petheu in presenciam ipsius palatini, ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc affuturas racionem de premissis personaliter et non per procuratores efficacem sine crastinacione redditurum, evocassent; tandem annotatus Bartholomeus dictus Trochman per annotatos Johannem filium Detrici et Petheu de Colon legitimis diebus earumdem octavarum similiter sine crastinacione coram ipso palatino exspectatus non venisset, se mediantibus literis suis iudicialibus in iudiciis aggravari permittendo, postulantes prefati Johannes et Petheu sibi super premissis ex parte iamdicti Bartholomei dicti Trochman iuris equitatem per ipsum dominum palatinum impertiri. Unde quia ordo iuris et consvetudo requirit *(igy)* eundem Bartholomeum dictum Trochman super premissis peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum vice secundaria evocandum fore dictasset, pro eo ipse dominus palatinus amiciciam vestram literatorie petivisset diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus infradeclarandus prenominatum Bartholomeum dictum Trochman de Zazlop super premissis peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum personaliter et non per aliquos procuratores ad octavas festi Penthecostes tunc venturas contra annotatos Johannem filium Detrici et Petheu de Colon in suam evocaret presenciam; et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas sibi amicabiliter rescriberetis. Tandem ipsis octavis festi Penthecostes occurentibus, Andreas filius Andree de Kystapolchan pro annotatis Johanne filio Detrici et Petheu de Colon, cum procuratoriis literis capituli Nitriensis et conventus Zoboriensis ecclesiarum, vacante honore palatinatus . . . . domino nostro rege universas regnicolarum suarum causas coram domino palatino habitas, tamdiu donec q(. . . .) per suam maiestatem in honorem palatinatus preficeretur nobis adiudicari committente, in nostram veniendo presenciam literas (vestras) super premissa evocacione rescripcio-

Digitized by Google

nales nobis presentavit declarantes inter cetera, quod Ladislaus de Hend ipsius domini palatini, et Nicolaus sacerdos chori ecclesie vestre capellanus vester homines, predictum Bartholomeum dictum Trochman de Zazlop feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum proxime preterita, super premissis peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum personaliter et non per aliquem procuratorem, iuxta premissam iudiciariam commissionem ipsius domini palatini ad dictas octavas festi Penthecostes contra prelibatos Johannem filium Detrici et Petheu de Colon in presenciam palatinalem evocassent; ad quas quidem octavas festi Penthecostes idem Bartholomeus dictus Trochman de Zazlop per annotatum Andream filium Andree legitimum procuratorem eorumdem Johannis et Petheu legitimis diebus earumdem octavarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venit, se mediantibus literis nostris iudicialibus exinde confectis in iudiciis aggravare permittendo; prestulans prefatus procurator ipsorum Johannis et Petheu eisdem super premissis iuris equitatem ex parte annotati Bartholomei dicti Trochman per nos impertiri. Unde quia ordo iuris et consvetudo regni eundem Bartholomeum dictum Trochman de Zazlop super premissis peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum ac de dictis iudiciis in quibus ipse convictus extitisset palatino et parti adverse satisfacturum, vice terciaria evocandum fore dictabat, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus reverenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dominicus de Hend vel Ladislaus de eadem aut Gregorius filius Beled de Kysweulguengh sin Georgius de Nogueulveng sive Nykkul filius Belyd de eadem aliis absentibus regius, prenotatum Bartholomeum dictum Trochman de Zazlop similiter personaliter et non per procuratorem super premissis peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum ac dictis iudiciis in toto decem et octo marcis facientibus palatino, nobis et partibus adversis satisfacturum contra annotatos Johannem filium Detrici et Petheu de Colon ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas evocet in presenciam palatinalem.

Digitized by Google

Et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas eidem domino palatino amicabiliter rescribatis; presentes autem absentibus sigillis nostris sigillis Georgii Bubeek magistri tavarnicorum reginalium fecimus consignare. Datum in Wysegrad, decimo nono die termini prenotati, anno domini M° CCC° septuagesimo quinto.

Papíron, zárlatán Bebek György királynői tárnokmester meglehetősen ép pecsétjével; eredetije az orsz. ltárban, curiai osztály.

291. *Pál bakonybeli apát Árpás nevű birtok után fizetendő bérre nézve Simon bán fiaival újabb szerződést köt. Bakonybél, 1375. oct. 20.*

Nos Paulus permissione divina abbas monasterii sancti Mauricii de Beel memorie commendantes significamus quibus expedit per presentes, quod licet bone memorie dominus Simon condam banus maritimus singulas duas marcas denariorum, quas annis singulis iuxta seriem et continenciam literarum pie recordacionis domini Nicolai abbatis predecessoris nostri, et nostri conventus necnon conventus ecclesie sancti Martini de sacro monte Pannonie exinde confectarum et transscriptarum, tempore medii Quadragesime nobis et dicto monasterio nostro solvere tenebatur et debuisset, racione conductorie conservacionis possessionis dicti monasterii nostri Arpas vocate iuxta Raba fluvium existentis, ab aliquibus annis citra, plene et debite solvere negligendo, in duodecim marcis denariorum et paulo plus, ac per consequens in duplo earumdem debitor nobis dictoque monasterio nostro remansisset, cuiusmodi quidem debiti pretextu filios eiusdem non indebite impetere potuissemus pariter et gravare, perpensis tamen et in memoriam reductis sincero affectu et amicabili favore, quibus ipse dominus banus a pluribus retroactis temporibus, quoad vixit nostris predecessoribus et nobis ecclesieque nostre affuit et adhesit, quibusque modo simili vir, nobilis magister Johannes filius suus nobis complacere et adesse velle promisit, promissionibus huiusmodi, et attentis precibus eiusdem benivole inclinati, receptis ab eodem magistro Johanne et plene habitis sex

Digitized by Google

marcis denariorum gravis ponderis monete consvetudinarie, omne debitum principale prenotatum simul cum duplo eius et quolibet onere, quo idem megister Johannes et Stephanus frater suus impeti vel gravari poterant in premissis, ipsis graciose et benigne duximus relaxandum, dummodo succedentibus ex nunc annis singulis, quamdiu pretactam possessionem nostram sub convencione pristina conservabunt, sive donec de facto eiusdem aliter nobiscum poterunt convenire, duas marcas prelibatas tempore debito videlicet medii Quadragesime nobis et ecclesie nostre prescripte apud ipsam ecclesiam persolvere, ac universas decimas frugum ubilibet procreatarum, apum, agnorum et edorum per populos in facie dicte possessionis existentes et in posterum eciam congregandos, suis temporibus decimatoribus nostris vice nostra plene et debite solvere et amministrari facere non omittant, iuxta seriem privilegiorum nostrorum. In quorum omnium evidenciam atque robur presentes, quarum copiam in monasterio nostro similiter sigillatam reservavimus, predicto magistro Johanni et fratri suo prenominato duximus concedendas, sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum apud monasterium sepedictum, tercio die festi beati Luce evangeliste, anno domini M° CCC° LXX° quinto.

Papíron, hátlapján tojásdad alaku zöld viasz-pecsét maradványaival. alól chyrographummal; eredetije a pannonhalmi apátság házi tárában. L. Dd,

292. *A győri káptalan előtt Pető fia János, Vonaz nevű birtokának felét, Szentmiklós nevü birtok szomszédságában, Kanizsai Miklósnak és testvércinek eladja.*

1376. máj. 28.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus et posteris presencium noticiam habituris salutem in eo, qui in pure credentibus perfectam confert salutis claritatem. Ne ea, que in tempore aguntur, simul cum eodem dilabantur, literarum patrocinio in memoriam posterorum solent stabiliri, proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Johannes filius Petew de Vonaz pro se et pro Margareta et Elena filiabus, prout dicebat,

Digitized by Google

adhuc parvulis ac domina Elisabeth sorore suis, quarum gravamina, si de presenti resilirent vendicione, super se et ad possessionem suam Kelemenfyanushaza vocata inter possessiones Thamasy et Pharad appellatas sub comitatu Supruniensi adiacentem in toto assumsit, Briccio vero filio ac Elizabeth adultis filia suis sibi astantibus ab una, ex altera vero parte, magister Thomas castellanus de Zorku pro magistris Nicolao, Johanne preposito, Laurencio et Stephano filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Chorna dominis suis, nostri in presencia constituti, per prenominatum Johannem filium Petew confessum exstitit et relatum ministerio vive vocis, quod ipse prenotate possessionis sue Vonaz nomine medietatem sub predicto comitatu Supruniensi in vicinitate cuiusdam possessionis prefatorum filiorum magistri Johannis filii Laurencii Zemikolos *(így)* vocate habitam, cuius alia dimidia pars quondam predictum Petew filium Johannis patrem suum, magistris Johanni et Benedicto filiis Laurencii supradictis ipso consensum suum prebente pro novem marcis denariorum mediantibus aliis nostris literis patentibus perpetuo iure vendita extitisset, quam quidem vendicionem paternam in eadem rigorositatis forma durari permittendo, cum infrascriptis suis utilitatibus, videlicet terris arabilibus, pratis, rubetis ac montibus vinearum nunc plantatarum et in posterum plantandarum, pro novem marcis denariorum, marcam quamlibet decem pensis computando ad plenum persolutis et receptis, prefatis magistris Nicolao, Johanni preposito, Laurencio et Stephano filiis Johannis et heredibus ipsorum vendidisset et dedisset, ac vendidit et dedit coram nobis perpetuo se et suos posteros amodo de dominio eiusdem excludendo, tenere irrevocabiliter cum plenitudine sue proprietatis, possidere pacifice semper et habere. Cui quidem vendicioni possessionarie idem Briccius filius ac Elizabeth filia annotati Johannis filii Petew plenum consensum eorum prebuisse retulerunt coram nobis et assensum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas, cuius par ad registrum communitatis conscribi facimus. Datum quarta feria proxima ante festum Penthe-

Digitized by Google

costes, anno domini M° CCC° LXX° sexto; presentibus dominis Lorando preposito, Nicolao lectore, Johanne cantore, Dominico custode et aliis dominis et canonicis ecclesie nostre existentibus et deo iugiter famulantibus.

Vörös és zöld selyem zsínóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 641. 28. dipl. oszt. 6361. Ugyanott megvan a győri káptalannak jelentése a beiktatásról, 1377. évből, N. R. A. 22. 47. és 641. 29. dipl. oszt. 6402. 24687.

293. *Garai Miklós nádor Dörögdi István fia Pál leányait Chukát és Machout, Tomaji Jakab és Szentiváni István nejeit, Pabar nevű Zala vármegyei és Petryk (Alsó-Féterfa) s Kury (Küllő) nevű Sopron vármegyei birtokokba, a veszprémi káptalan által beiktattatni rendeli. Visegrád, 1376. jun. 23.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Wesprimiensis Nicolaus de Gera *(így)* regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod quia nobiles domine Chuka, Jacobi filii Pauli de Tomay et Machou vocate, Stephani filii Johannis de Zenthiwan consortes, filie videlicet Pauli filii Stephani de Durugd, medietatem quarundam trium possessionum videlicet Pabar, Petryk et Kury vocatarum, a Stephano filio predicti Stephani de Durugd secundum continenciam aliarum literarum nostrarum divisionalium exinde confectarum iuridice coram nobis reoptinuerunt, et ex eo medietas dictarum duarum possessionem Pobar et Petrik racione emcionis in perpetuum, medietas autem ipsius possessionis Kury titulo impignoracionis cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis universis annotatis nobilibus dominabus et per ipsas earum heredibus et successoribus universis ex racionibus in eisdem literis nostris exinde confectis expressis, prout plenius et lucidius in eisdem continentur, contradiccione prefati Stephani et aliorum quorumlibet non obstante legitime statui deberent necessario, ad ipsamque statucionem faciendam noster et vester homines necessario sunt transmittendi, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente

Digitized by Google

Johannes literatus de Tilay curie nostre notarius ad hoc specialiter de curia nostra transmissus, vel Michael frater suus, altero absente homo noster, ad facies premissarum possessionum Pobar, Petryk et Kury vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis legitime convocatis et presentibus accedendo, premissas medietates iamdictarum possessionum Pobar et Petryk vocatarum titulo emcionis in perpetuum, medietatem autem ipsius possessionis Kury racione impignoracionis annotatis nobilibus dominabus et earum successoribus universis eo iure, quo eis ex premissis dinoscuntur pertinere, statuant et committant possidere, tenere, pariter et habere, contradiccione predicti Stephani et aliorum quorumlibet non obstante; et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi Penthecostes proxime venturas nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Vissegrad, sedecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° LXX° sexto.

A veszprémi káptalannak **1376**-ban kelt jelentéséből; melynek eredetije megvan a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában; Zaladien. **44**.-a. Ugyanott megvan az osztály levél is szintén **1376**-ból **44**. c.

294. *A győri káptalan előtt Kanizsai János fiai János egri prépost, Miklós és István, Csornai Mihály fiait és Kónyát zágrábi prépostot Csorna, Széplak, Márcz és Beled nevű birtokokban, az ő birtok-részeik elfoglalásától tiltják. 1376. jul. 5.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Michael filius Bekew officialis de Chorna ad nostram accedendo presenciam sub forma protestacionis nobis significavit, quod nobiles viri magistri Ladislaus, et Michael filius *(így)* Michaelis de Chorna, nec non magister Konya prepositus ecclesie Zagrabiensis usibus et utilitatibus quarundam porcionum possessionariarum magistrorum Johannis prepositi Agriensis, Nicolai et Stephani filiorum Johannis filii Laurencii de Kanysa in possessionibus seu villis Chorna, Sceplak, Moruch et Belyd vocatis existencium incessanter uterentur, ac per suos famulos et iobagiones

Digitized by Google

occupari faciendo vi uti facerent easdem minus iuste in preiudicium prenominatorum dominorum suorum et gravamen valde magnum; unde idem Michael filius Beke vice et nominibus prenotatorum dominorum suorum videlicet magistrorum Johannis prepositi, Nicolai et Stephani filiorum Johannis eosdem magistros Ladislaum et Michaelem filios Michaelis ac magistrum Konya prepositum ab ulteriori utensione vel eciam vi utifaccione prenominatarum porcionum possessionariarum in villis supradictis vel aliis ubilibet existencium habitarum facta huiusmodi protestacione prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis publice et manifeste. Super quibus literas nostras prohibitorias idem Michael prefatis dominis suis dari postulavit, quas nos dedimus iusticia communi exigente. Datum sabbatho proximo post octavas festi nativitatis sancti Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° septuagesimo sexto.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 449. 56. dipl. oszt. 6369.

295. *I. Lajos király a győri káptalant kiküldi, hogy Kisfaludy János panaszára az iránt, hogy asszonyfalvi Ostfi János zagoriai gróf, a panaszosok Kisfalud nevű birtokán csakugyan hatalmaskodott-e? vizsgálatot teljesítsen. Lipcse, 1376. sept. 9.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicit nobis Laurencius filius Johannis de Kysfalud in sua ac Stephani et Ladislai fratrum suorum personis, quod magister Johannes filius Osl de Azunfalva comes de Zegwrye feria quarta proxima post diem Cinerum, cuius nunc preterisset revolucio annualis, tria molendina ipsorum in fluvio Raba currencia, ac feria tercia proxima post festum beati Michaelis archangeli, cuius nunc proxime adveniret revolucio annualis, predictam possessionem ipsorum Kysfalud vocatam, necnon in festo beati Demetrii martyris similiter nunc proxime preterito, domos eorum proprias in dicta possessione Kysfalud vocata habitas, in qua scilicet residenciam

Digitized by Google

facere dinoscebantur, penitus comburi et cremari ac duos equos ipsorum aufferri fecisset magister Johannes prenotatus, propter que facta ipsa possessio eorum desolata haberetur; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas filius Pauli de Peech, vel Stephanus filius Pauli de eadem, aut Nicolaus filius Jacobi de Pastor, aliis absentibus, homo noster ab omnibus quibus decet et licet diligenter de premissis investigando sciat et inquirat omnimodam veritatem, et post hec prout vobis exinde veritas constiterit nobis fideliter rescribatis. Datum in Lipche, secundo die festi Nativitatis virginis gloriose, anno domini M° CCC° septuagesimo sexto.

A győri káptalannak **1376**-ban kelt és a Kisfaludy cs. ltárában eredetiben őrzött jelentéséből, mely szerint a panasz, a teljesített vizsgálat után valónak találtatott.

296. *I. Lajos király a Cseky (Vimpácz) és Lajta-Pordány helységekbeli őröknek meghagyja, hogy Kanizsai Miklósnak szolgálatára készek legyenek. Buda, 1376. sept. 29.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. vobis universis spiculatoribus nostris de Cheky et de Pordan firmiter precipimus, quatenus, si et quomodo ac qualiter ad castrum nostrum Zorwkw in amministracione frugum et vinorum ac aliorum frustris obsequndati *(így)*, sic et deinceps magistro Nicolao filio Johannis filii Laurencii de Kanisa et de Zorwkw, prout comittemus, servire debeatis, et aliud non facturi. Datum Bude, in festo beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° septuagesimo sexto.

Papíron, belől gyürü-pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. **21. 79.** dipl. oszt. **6382.**

Digitized by Google

297. *A vasvári káptalan előtt Enyedi István, rokonát Margitot Csói Miklósnét atyja után leánynegyedi járandóságára nézve kielégíti, adván neki Enyed nevű faluban egy curiát, négy kaszás rétet és a zsidányi út és peresznyei út mentén kilencz hold földet. 1377. febr. 15.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus filius Thome de Enyud Supruniensis comitatus nostri in presencia personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse nobili domine Margareta vocate, filie Johannis filii Petri de dicta Enyud-consorti videlicet Nicolai filii Petri de Chou sorori sue patrueli, tum racione dileccionis fraternalis, tum eciam racione quarte filialis eiusdem de possessionariis iuribus dicti Johannis patris sui sibi provenientis, unum fundum curie in eadem Enyud infra molendinum simulcum orto, item feneta falcature quatuor hominum per diem sufficiencia in duobus locis iuxta fluvium Repche ab occidente habita, cum nemore in medio eorumdem fenetorum habito, item quandam particulam terre a parte possessionis Petri filii Pauli de eadem Enyud a fluvio predicto Repche versus orientem in latitudine quinque iugerum terrarum usque magnam viam Sydaniuth nominatam adiacentem, item aliam particulam terre ab eadem via Sydaniuth incipiens in latitudine octo iugerum terrarum usque magnam viam Perezneiuth dictam versus dictam plagam orientis adiacentem, item vigintiiugera terrarum iuxta predictam viam Perezneiuth ab oriente in predicta possessione Enyud habita et adiacencia cum omnibus suis utilitatibus et quibusvis attinenciis dedisset, donasset et contulisset iure perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere pariter et habere in filios filiorum et heredum per heredes, imo dedit, donavit et contulit coram nobis, hoc signanter declarato, quod eadem domina et ipsius successores in molendino ipsius Stephani filii Thome perpetuo absque omni tributo molandi habeant facultatem, testimonio pre-

Digitized by Google

sencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum in dominica Invocavit me, anno domini Millesimo CCC° LXX° septimo; honorabili viro domino Stephano preposito, discretis viris magistris Petro cantore, Michaele custode et Paulo decano, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Veres selyem zsinóron függő pecsét maradványaival felül chyrographummal; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 726. 29. dipl. oszt. 6405.

298. *A vasvári káptalan előtt Ládonyi Erdél János, azt a birtok- részt, mely Ládony nevű birtok határában a Geresdre vezető út mentén Ládonyi János után szállott reá, osztályos rokonaira Ládonyi Miklós fiaira, harmadfél márka denár örökárért átruházza. 1377. mart. 28.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Johannes dictus de Erdeel filius Stephani de Ladon, sua ac Dionisii et Bartholomei filiorum suorum in personis, quorum honus et gravamen per omnia super se assumsit, nostri in presencia personaliter constitutus, oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipsi quandam particulam possessionarie porcionis condam Johannis filii Petri de eadem Ladon, ipso Johanne absque heredibus masculini sexus decesso, in ipsum, item Laurencium et Gregorium filios Nicolai de dicta Ladon iure successorio devolute, in eadem Ladon apud manus suas in pignore habite, iuxta viam, per quam de predicta Ladon ad possessionem Gerusd transitur ab aquilone adiacentem, simul cum mediate virgulti ab eadem parte existentis, prefatis Laurencio et Gregorio filiis Nicolai, receptis ab eisdem tercia dimidia marcis denariorum, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis perpetuo irrevocabiliter in filiorum filios possidendam remisisset et resignasset, imo remisit et resignavit coram nobis isto modo, ut idem Johannes et sui

Digitized by Google

successores, donec dictam possessionem condam dicti Johannis filii Petri conservare poterunt et valebunt, dictos Laurencium et Gregorium ac ipsorum posteritates ab omnibus racione premisse particule terre modo premisso resignate ite mediante inquietantibus expedire, et in dominio eiusdem conservare tenerentur; si vero a talibus expedire non valerent, extunc premissam summam pecunie eisdem Laurencio et Gregorio, aut ipsorum successoribus persolvere tenerentur testimonio presencium mediante. Datum sabbatho die proximo post dominicam Ramispalmarum, anno domini M° CCC° LXX° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. keszthelyi ltárában, Sopron 3.

299. *A vármegye ispánja és szolgabírái előtt, Kanizsay Miklós Süttör, nevű birtokához tartozó Lécs nevű erdőnek elfoglalásától Mihály fiát Mihályt tiltja. Csepregh, 1377. apr. 27.*

Nos magister Nicolaus comes Suppruniensis et iudices nobilium damus pro memoria, quod magister Nicolaus filius Johannis de Kanisa, in medio nostri astando cunctos vicinos et commetaneos cuiusvis status et condicionis provincie homines et specialiter magistrum Michaelem filium Michaelis ab usu et decisione silve sue Lez vocate ad possessionem suam Sehther pertinentes *(így)* prohibuit et contradixit inhibendo coram nobis. Datum in Cheperg *(így)*, feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini M° CCC° septuagesimo septimo.

Papíron, zárlatán három pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 449. 36. dipl. oszt. 6422.

300. *Garai Miklós nádor Pomach és két Ikka nevű birtokok felét Fraknói Miklós és Jensel ellen Büki Adorján fiának Tivánnak ítéli. Visegrád, 1377. máj. 16.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quod nobis in

Digitized by Google

octavis festi beati Michaelis archangeli proxime preteritis unacum regni nobilibus pro faciendo iudicio moderativo in sede nostra iudiciaria sedentibus, Egidius filius David pro Tyuan filio Adriani de Byk cum procuratoriis literis capituli ecclesie Castriferrei ad nostram veniendo presenciam, contra Jensel filium Nikkel et Nikkel filium Laurencii de Frahnou, quasdam quatuor literas, unam comitis Jacobi de Scepus iudicis curie regie evocatoriam in anno proxime tunc transacto secundo die ferie quinte proxime post festum Pasche domini confectam, et aliam dicti capituli Castriferrei super ipsa evocacione rescripcionalem, duas vero nostras unam prorogatoriam et aliam iudicialem ambas anno tunc presenti emanatas nostro iudiciario examini demonstrarat, declarantes inter cetera, quod predicto comite Jacobo, in dicta feria quinta proxima post festum Pasche domini unacum regni nobilibus in sede sua iudiciaria sedente, annotatus Tyuan pro se personaliter et pro Michaele filio Johannis de eadem cum procuratoriis literis annotati capituli Castriferrei ad ipsius comitis Jacobi veniendo presenciam, contra prelibatos Nikkel et Jensel quasdam duas literas unam domini Ladislai ducis pridem palatini adiudicatoriam et aliam domini Emerici pridem similiter palatini iudicialem et quedam paria literarum eorumdem prorogatoriarum in diversis annis et terminis confectas et emanata, honore palatinatus vacante, iudiciario examini dicti comitis Jacobi curasset exhibere, exprimentes, quod Tyuan filius Adriani pro se personaliter et Michael dictus de Chaford pro Michaele filio Johannis cum procuratoriis literis iamdicti capituli Castriferrei, iuxta continenciam literarum dicti domini Ladislai palatini prorogatoriarum, in quindenis residencie exercitus regii versus Bulgaros moti et ad octavas festi beati Andree apostoli in anno domini Millesimo CCC° LXX° preteritas proclamate, contra Nikus filium Nikkul et alterum Nikkul filium Laurencii de Frahno ad eiusdem domini Ladislai palatini veniendo presenciam, quasdam literas predicti capituli Castriferrei eidem rescripcionales, quarto die festi beati Michaelis archangeli, in anno domini Millesimo CCC° LX° septimo emanatas formam possessionarie recaptivacionis, reambulacionis et statucionis,

Digitized by Google

contradictorieque inhibicionis et citacionis in se denotantes, asserens idem Tyuan suam et predictus Michael de Chapford dicti Michaelis filii Johannis proposiciones adversus eosdem Nikkul et alterum Nikkul contineri in eisdem, eidem domino Ladislao palatino, prout per predictas literas suas informatus fuisset, presentasset, in quibus inter cetera habitum fuisset, quod cum ipsi Tyuan et Michael filius Johannis acceptis Clemente filio Blasii ipsius domini palatini et magistro Paulo canonico et decano dicti capituli Castriferrei hominibus, ad facies quarundem possessionum Pomach, Ika et altera Ika vocatarum, vicinis et commetaneis earum universis inibi legitime convocatis et presentibus, accedendo, easdem recapere et reambulare, recaptivatasque et reambulatas ac ab aliorum possessionariis iuribus separatas et distinctas ipsis eo iure, quo ad ipsos dinoscerentur pertinere, statui facere voluissent, Dominicus filius Ladislai de Gerezd famulus et procurator dictorum magistrorum Nikkul et alterius Nikkul dominorum suorum in personis inibi comparendo, non a reambulacione, sed a recaptivacione et statucione ipsarum possessionum Pomach et Ika ac alterius Ika vocatarum, pro ipsis Tyuan filio Adriani et Michaele filio Johannis fiendis et faciendis prohibendo contradixisset, cuius contradiccionis racionem iamdicti Tyuan filius Adriani et Michael de Chaford in persona ipsius Michaelis filii Johannis coram ipso domino Ladislao palatino postulassent assignari per magistros Nikkul et alterum Nikkul antedictos; quo percepto Nicolaus literatus dictus Forgou pro ipsis magistris Nikkul et altero Nikkul cum procuratoriis literis capituli ecclesie Posoniensis comparendo respondisset ex adverso, quod predicte possessiones Pomogh, Ika et altera Ika dictis magistris Nikkul et alteri Nikkul instrumentali vigore pertinerent, que non ad tunc sed in termino ulteriori, per ipsum dominum Ladislaum palatinum ipsis dando, exhibere coram ipso prompti essent et parati; et quia predicti Tyuan et Michael procurator iamdicti alterius Michaelis eosdem Nikkul et alterum Nikkul in facto iamdictarum possessionum, prius eciam instrumenta in octavis festi beati Jacobi apostoli, in anno domini Millesimo CCC° LX° sexto

Digitized by Google

preteritis in congregacione domini Nicolai Konth condam palatini, anno eodem in comitatu Soproniensi per ipsum celebrata, cum iudicio trium marcarum coram eodem domino Nicolao Konth palatino, in curia regia exhibere assumsisse et non exhibuisse, exhibicionem literarum eiusdem domini palatini coram ipso domino Ladislao palatino declarassent, ideo ipse Ladislaus palatinus iudicans commisisset eo modo, quod prefati magistri Nikkul et alter Nikkul dicta eorum instrumenta, si qua in facto possessionum predictarum haberent confecta, in octavis diei medii Quadragesime tunc venturis cum iudicio trium marcarum eidem domino Ladislao palatino et parti adverse persolvendarum exhibere tenerentur coram ipso, ut his visis iudicium et iusticiam facere valeret inter partes, dictante iuris equitate; et quia predicti Nikkul et alter Nikkul predictum iudicium trium marcarum eidem domino palatino et parti adverse prius persolvere debentes non persolvissent, ideo octavis in eisdem cum duplo ipsis persolvere tenerentur. A quibus quidem octavis diei medii Quadragesime dum ipsa instrumentalis exhibicio inter ipsas partes, primo iuxta continencias literarum eiusdem domini Ladislai palatini, demum vero ipso domino Ladislao palatino de eadem honoris in dominium regni Rescie *(igy)* per regiam maiestatem sublimato et ipso honore palatinatus dicto domino, Emerico dato secundum series literarum eiusdem domini Emerici palatini dilatoriarum diversi modo ventilando, ultimo inter dictos Tyuan et Michaelem actores ab una et inter prefatum Nikkul filium Laurencii in causam attractum parte ab altera, ad octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturi, similiter iuxta continenciam literarum eiusdem domini Emerici palatini dilatoriarum, prorogative devenisset; ad quas tandem octavas festi Epiphaniarum domini prefatus Nikkul filius Laurencii, per Petrum filium Chama, legitimum procuratorem prefatorum Tyuan et Michaelis congruis diebus ipsarum octavarum coram eodem domino Emerico palatino expectatus suam in presenciam dicta sua instrumenta exhibiturus non venisset nec misisset, sed se mediantibus dictis literis eiusdem domini Emerici palatini iudicialibus in iudiciis permisisset aggravari. Quibus quidem

Digitized by Google

literis exhibitis idem Tyuan in sua et dicti Michaelis personis asseruisset eo modo, quod prefatus Nikkul filius Nikkul medio tempore videlicet in processu dicte litis ab hac luce decesisset, unde si iuri consonum fore videretur, extunc ipse et dictus Michael prefatum Jensul, filium videlicet predicti Nikkul filii Nikkul, in quem dicta causa predicto patre suo mortuo deberet redundari, et eciam annotatum Nikkul filium Laurencii premissa eorum instrumenta exhibituros de dictisque iudiciis, in quibus prefati Nikkul pater ipsius Jenslini et alter Nikkel filius Laurencii modo premisso convicti extitissent satisfacturos, contra se et dictum Michaelem in presenciam palatinalem legitime vellet facere evocari; unde quia forma iuris eosdem Nikkel et Jensel premissa eorum instrumenta exhibituros ac de dictis iudiciis satisfacturos evocandos fore dixisset, pro eo idem comes Jacobus amiciciam prefati capituli Castriferrei literatorio petivisset diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius in eisdem literis nominatus, prefatos Nikkul et Jensel premissa eorum instrumenta exhibituros ac de dictis iudiciis satisfacturos contra prefatos Tyuan et Michaelem ad octavas festi Penthecostes tunc venturi evocaret in presenciam palatinalem, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nominibus evocatorum ad easdem octavas domino palatino amicabiliter rescriberet capitulum Castriferrei prenotatum; ad quas tandem octavas festi Penthecostes prelibati Nikel et Jensel iuxta commissionem dicti comitis Jacobi evocati exstitissent. A quibus quidem octavis dum discussio premissorum inter ipsas partes quibusdam prorogacionum cautelis et terminis intervenientibus ad octavas festi Purificacionis beate virginis tunc venturi prorogata extitisset, tandem ipsis octavis adherentibus prefato Tywan personaliter in nostram presenciam exsurgente et premissa instrumenta per annotatos Nikkel et Jenslinum exhiberi postulante, quia Nicolaus dictus Forgou pro predicto Nikkel, pro ipso autem Jensel Andych cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis in nostram exsurgendo presenciam, eosdem nec premissa instrumenta adtunc exhibere nec prescripta iudicia persolvere

Digitized by Google

posse asseruisset, sed tam exhibicionem eorumdem instrumentorum, quam solucionem antedictorum iudiciorum per nos in alium terminum differi postulasset; pro eo commisissemus, quod prefati Nikkul et Jensel in octavis festi sancti Georgii martyris tunc venturi premissa eorum instrumenta cum iudicio trium marcarum exhibere, necnon dicta iudicia cum duplo coram nobis persolvere tenerentur. A quibus quidem octavis sancti Georgii martyris ipsa instrumentalis exhibicio de earumdem parcium voluntate ad octavas festi beati Jacobi apostoli tunc venturi prorogative deventa extitisset. Tandem prelibati Nikkel et Jensel premissa eorum instrumenta exhibituri ad easdem octavas sancti Jacobi contra predictum Tywan filium Adriani per Egidium filium David legitimum procuratorem eiusdem Tyuan legitimis diebus earumdem octavarum coram nobis expectati, nostram in presenciam non venissent nec misissent nec iudicium trium marcarum sine duplo, idemque Nikkel per se iudicia undecim et medie, dictus vero Jensel iudicia quatuor et medie marcarum cum duplis nobis et parti adverse persolvissent, se pro eorum non veniencia in iudiciis consvetis, pro non solucione vero dictorum iudiciorum in duplo eorumdem aggravari permittendo. Quibus quidem literis exhibitis prefatus procurator predicti Tyuan eidem super premissis ex parte predictorum Nikkel et Jenslini per nos iudicium et iusticiam impertiri postularat. Unde quia idem Nikkel et Jenslinus ad exhibendum premissa eorum instrumenta in tribus foris comprovincialibus proclamari debere visi fuerant, pro eo amiciciam prescripti capituli Castriferrei literatorie pecierarmus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster in eisdem literis nostris nominatus prefatos Nikkel et Jensel premissa eorum instrumenta exhibuturos ac de prescriptis iudiciis nobis et parti adverse satisfacturos in tribus foris comprovincialibus ad octavas festi Epiphaniarum domini proxime tunc venturi contra annotatum Tyuan publice et manifeste legitime faceret proclamari; insinuando ibidem, ut si veniret et super premissis predicta instrumenta exhiberet, de dictisque iudiciis nobis

Digitized by Google

et parti adverse satisfaceret, benequidem, alioquin non obstante ipsorum absencia finem imponeremus in premissis dilacione absque omni; et post hec ipsius trine forensis proclamacionis seriem cum nominibus proclamatorum ad easdem octavas festi Epiphaniarum domini tunc venturi nobis amicabiliter rescriberet capitulum prenotatum. Tandem ipsis octavis adherentibus prelibatus Tyuan filius Adriani personaliter in nostram veniendo presenciam exhibicionem literarum annotati capituli Castriferrei super premissa proclamacione rescripcionalium prenominatos Nikkul filium Laurencii et Jensul filium alterius Nykkul super premissis contra se in tribus foris comprovincialibus in eisdem contentis iuxta nostram iudiciariam commissionem legitime proclamatos fore declararat seriose; quibus declaratis nobis inter eundem Tyuan actorem et Jensel predictum aliis literis nostris exinde confectis iudicium facientibus, annotatus Nikkul filius Laurencii ampliora iudiciorum gravamina in se accumulare non formidans octavas ad easdem contra prefatum Tyuan premissa instrumenta sua exhibiturus legitimis diebus earumdem octavarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venerat neque miserat, se pro sua non veniencia in iudicio consveto, pro non solucione vero premissorum iudiciorum in duplo eorumdem aggravari permittendo, postulans prelibatus Tyuan sibi super premissis ex parte predicti magistri Nikkel per nos iudicium et iusticiam impertiri equitate svadente. Verum quia imprimis prefatus magister Nikkul filius Laurencii et alter Nikkul in prescripta congregacione prefati domini Nicolai Konth palatini premissa eorum instrumenta super facto premissarum possessionum Pomagh et duarum Ika vocatarum contra annotatum Tywan exhibere assumsisset et tandem ad exhibendum ipsa instrumenta non venisse nec misisse, demum vero predictus Tyuan modo premisso easdem possessiones legitime recaptivando et sic iidem magistri Nikkul et alter Nikkul super facto earumdem possessionum in presencia domini Ladislai palatini iterato instrumenta eorum exhibere assumsisse, et eadem instrumenta exhibere non curasse, sicque prefatus Nikkul et prenotatus Jensel, in quem presens causa, ut premittitur, mortuo ipso

Digitized by Google

magistro Nikkel patre suo extiterat redacta, legitime evocati ad prescriptas octavas festi beati Jacobi apostoli, ad quas ipsa instrumentalis exhibicio inter ipsas partes exstiterat prorogata, nostram in presenciam non venisse nec misisse neque premissa iudicia nobis et parti adverse persolvere curasse ex premissis omnibus manifeste reperiebantur; ad tunc eciam prefatus magister Nikkul filius Laurencii ipso Jensel modo premisso veniente et aliis literis nostris ex inde confectis declarantibus iudicium in premissis assumente, ad exhibendum premissa instrumenta sua, ut premittitur, in tribus foris comprovincialibus publice et manifeste proclamatus contumacia sua requirente nostram in presenciam venire vel mittere recusarat, consvetudinaria vero regni lege requirente, quicunque super facto aliquorum iurium possessionariorum instrumenta exhibere assumserit, et tandem ad exhibendum ipsa instrumenta in tribus foris comprovincialibus publice et manifeste proclamatus contumacia sua requirente in presenciam sui iudicis ordinarii venire vel mittere recusaverit, amplius talia instrumenta non exhibita exhibere non valent, sed requisitoris huiusmodi iurium possessionariorum dominium eorumdem, statui debent atque introduci; pro eo nos unacum prelatis, baronibus et regni nobilibus nobiscum in sede nostra iudiciaria sedentibus rectam medietatem premissarum possessionum Pomagh et duarum Ika porcionem videlicet magistri Nikkul, residua medietate earumdem prefato Jensel remanente, prenominato Tyuan actori legitime statui debere decernentes, amiciciam sepius nominati capituli Castriferrei literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infradeclarandus de curia nostra ad hoc specialiter deputatus, ad facies premissarum possessionum Pomagh et duarum Ika vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis legitime inibi convocatis et presentibus accedendo rectam medietatem earumdem cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis universis ex una parte annotato Tyuan filio Adriani eo iure, quo sibi dinoscitur pertinere, statueret et committeret perpetuo possidere, tenere pariter et habere contradiccione

Digitized by Google

predictorum magistri Nykkul et Jensul ac aliorum quorumlibet previa racione non obstante; et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem, ut fieret expediens, ad octavas festi beati Georgii martiris tunc venturas nobis amicabiliter rescriberet capitulum Castriferrei supradictum. Denique ipsis octavis festi beati Georgii martiris advenientibus, prelibatus Tyuan filius Adriani ad nostram personaliter accedens presenciam literas supradicti capituli Castriferrei super premissis rescripcionales nobis presentavit hunc tenorem continentes: Magnifico viro domino Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici comanorum domino et amico ipsorum honorando, capitulum ecclesie Castriferrei amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnitudo, quod cum nos receptis literis vestris formam iudicii et deliberacionis vestre exprimentibus unacum magistro Johanne literato curie vestre notario homine vestro ad hoc specialiter transmisso hominem nostrum magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum, ad ea, que in premissis literis vestris continentur peragenda, pro testimonio transmisissemus, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod ipsi feria quinta proxima post dominicam Ramispalmarum proxime preterita ad facies possessionum Pomagh et duarum Ika vocatarum vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, rectam medietatem earumdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis Tyuan filio Adriani de Byk statuissent et commisissent perpetuo possidere, tenere, pariter et habere, contradiccione magistrorum Nikkul et Jensul de Frahnou et aliorum quorumlibet non obstante. Datum octavo die termini prenotati anno domini M° CCC° LXX° septimo. Verum quia recta medietas premissarum possessionum Pomagh et duarum Ika vocatarum vicinis et commetaneis earumdem legitime convocatis, in predicto termino cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis per predictos nostrum et ipsius capituli Castriferrei homines iuxta nostram iudiciariam commissionem prefato Tyuan filio Adriani in perpetuum legitime statuta fore ex prescriptis literis rescripcionalibus ipsius capituli Castriferrei clare adinvenie-

Digitized by Google

batur, pro eo eandem medietatem iamdictarum possessionum Pomagh et Ika ac altera Ika vocatarum modo premisso predicto Tyuan legitime statutam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis annotato Tyvan filio Adriani et suis heredibus ac successoribus eo iure, quo eis dinoscitur pertinere, adiudicantes relinquimus et commisimus in perpetuum possidere, tenere pariter et habere, salvis iuribus alienis. In cuius rei memorium firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Vissegrad, sedecimo die octavarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini M° CCC° LXX° septimo supradicto.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1672. 20. dipl. oszt. 6322.

301. *Szepesi Jakab országbiró Fraknói Lőrincz fiát Miklóst azért, mert Athinai Lőrincz fiainak Gorbonuk nevű birtokán hatalmaskodott és négyszeri megidéztetése daczára meg nem jelent, fej és jószág vesztésre ítéli. Visegrád, 1377. máj, 30.*

Nos comes Jacobus de Scepus iudex curie et universarum civitatum magnifici (principis) ..... incliti regis Hungarie Polonie Dalmacie etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Petrus sartor pro Petro et Ladislao filiis Laurencii de Athyna, cum procuratoriis literis nostris, iuxta continenciam literarum capituli Jaurien .... festi beati Georgii martyris in anno proxime transacto preteritis, in figura nostri iudicii comparendo contra Nykul filium Laurencii de Frachno, easdem literas evocatorias domino nostro regi ad suum regium literatorium mandatum rescriptas, tenoremque literarum regalium .... se habentes, asserens accionem dictorum filiorum Laurenciii literis contineri in eisdem, nobis presentavit declarantes inter cetera, quod in personis predictorum Petri et Ladislai filiorum Laurencii de Athyna regie dictum extitisset maiestati, quod Nikkul de Frachno ad possessionem

Digitized by Google

eorumdem . . . . . ordine iudiciario ab eodem Nykul reoptentam, potencialiter veniendo, universas fruges seu segetes in facie eiusdem possessionis in anno domini Millesimo CCC° LXX° quinto seminatas ipsorum Petri et Ladislai proprias nec non ibagionum . . . . . possessionis existentes pro se ipso metere et asportari fecisset minus iuste, et insuper idem Nykul de iudiciis seu birsagiis, in quibus ipse contra eosdem filios Laurencii iuxta deliberativam sentenciam nostram convictus et aggravatus extitisset, pluries per ipsos . . . . . satisfaccionem, prout hoc literis inquisitoriis declarasset; super quo idem dominus noster rex fidelitati dicti capituli Jauriensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus . . . . . veritate, prefatum Nykul contra eosdem filios Laurencii de dicta Athyna evocaret in suam regiam presenciam ad terminum competentem racionem super premissis potenciariis actibus redditurі et de premissis iudiciis sactisfaccionem impensuri . . . . . ipsius evocacionis, cum nomine evocati et termino assignato, sue regie maiestati fideliter rescriberet capitulum Jauriense supradictum. Ipsum itaque capitulum mandatis regiis obedire cupiens ut tenetur, unacum Michaele de M . . . . . em sacerdotem chori ipsorum ac rectorem altaris beate virginis in eadem ecclesia ipsorum existentis pro testimonio ad premissa fideliter peragenda duxisset transmittendum, qui demum ad ipsum capitulum exinde reversi, eidem concorditer retulissent . . . . . Pasche domini tunc proxime preterita a nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis comitatus Soproniensis hominibus, a quibus decens et licitum fuisset, palam et occulte inquirendo huiusmodi de premissis veritatem sci . . . . . ad possessionem Petri et Ladislai filiorum Laurencii de Athyna Gorbonuk vocatam, ordine iudiciario ab eodem Nykul reobtentam potencialiter veniendo, fruges et universas segetes predictorum Petri et Ladislai proprias nec non iobagionum ipsorum in superficie . . . . . .

Digitized by Google

pro se ipso metere et asportari fecisset minus iuste, et insuper idem Nykul de iudiciis seu birsagiis, in quibus ipse contra eosdem filios Laurencii, iuxta sentenciam deliberacionis nostre convictus et aggravatus fuisset pluries per ipsos requisitus . . . . . satisfaccionem; factaqua ipsa inquisicione, predictum Nykul in possessione sua Veper vocata, contra prenotatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna, ad dictas quindenas festi beati Georgii martyris tunc venturas regiam in presenciam evocassent, racionem super premissis . . . . . bus redditurum, ac de dictis iudiciis seu birsagiis prenotatis satisfaccionem impensurum. Ad quas quidem quindenas prenotatus Nykul per prefatum procuratorem dictorum filiorum Laurencii de Athyna legitimis diebus earumdem quindenarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venit neque misit, se mediantibus literis nostris iudicialibus in iudiciis convinci permittendo; postulans prefatus procurator dictorum filiorum Laurencii eisdem ex parte predicti Nykul per nos iuris equitatem in premissis impertiri. Unde quia forma iuris predictum Nykul ad premissa vice secundaria . . . . . amiciciam capituli ecclesie Castriferrei literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus, prefatum Nykul super premissis potenciariis actibus peremptorie responsurum racionemque efficacem . . . . . iudiciis seu birsagiis, in quibus iuxta nostram deliberativam sentenciam fuisset convictus, satisfaccionem impensurum, contra prefatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna ad octavas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas evocaret regiam in presenciam; et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum Castriferrei prenotatum; tandem ipsis octavis instantibus prefatus Petrus sartor pro predictis Petro et Ladislao filiis Athyna cum procuratoriis regalibus ad nostram (veniens) in presenciam literas prefati capituli Castriferrei super premissa evocacione domino nostro regi rescripcionales nobis presentarat, in quibus inter cetera per Petrum filium Andre

Digitized by Google

de Kaporbyan regium et magistrum Michaelem socium concanonicum dicti capituli Castriferrei homines, prefatum Nykul de Frathno feria quinta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis proxime preteritum, in possessione sua Kury vocata, ad premissa contra prefatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna, ad dictas octavas sancti Michaelis regiam in presenciam evocatum fuisse, comperieramus manifeste; ad quas quidem octavas prefatus Nykul de Frathno, per annotatum procuratorem dictorum Petri et Ladislai legitimis diebus octavarum earumdem coram nobis expectatus nostram in presenciam non venerat nec miserat, se mediantibus literis nostris iudicialibus in iudiciis convinci permittendo, postulans prefatus procurator dictorum filiorum Laurencii eisdem ex parte dicti Nykul per nos iuris equitatem impertiri in premissis. Unde quia forma iuris et consvetudo regni prefatum Nykul, super premissis peremtorie responsurum ac de dictis iudiciis seu birsagiis satisfacturum, ac eciam iudicia, in quibus propter suam non venienciam fuisset aggravatus, persoluturum, vice terciaria evocandum fore dictarat, pro eo amiciciam prefati capituli Castriferrei literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius, infradeclarandus, prefatum Nykul super premissis potenciariis actibus peremtorie responsurum racionemque efficacem redditurum, ac de dictis iudiciis seu birsagiis, in quibus iuxta nostram deliberativam sentenciam fuisset convictus, satisfaccionem impensurum, nec non de dictis aliis iudiciis, quibus propter suam non venienciam esset oneratus, in toto duodecim marcas facientibus nobis et parti adverse satisfacturum, contra prefatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna, ad octavas Epiphaniarum domini tunc venturas evocaret regiam in presenciam, et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas domino nostro regi fideliter rescriberet capitulum ecclesie Castriferrei supradictum. Tandem ipsis octavis instantibus prefatus Petrus sartor pro dictis filiis Laurencii de Athyna, cum procuratoriis literis regalibus ad nostram veniendo presenciam, literas prefati capituli Castriferrei super premissa

Digitized by Google

evocacione domino nostro regi rescripcionales nobis presentarat, in quibus per Michaelem filium Michaelis de Palay *(igy)* et Johannem succentorem eiusdem capituli homines in festo beati Andree apostoli proxime preterito, predictum Nykul de Frathno in possessione sua Vepur vocata ad premissa, contra prefatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna, iuxta predictam nostram iudiciariam commissionem ad dictas octavas festi Epiphaniarum domini in regiam presenciam legitime evocatum fuisse comperieramus evidenter. Ad quas quidem octavas prefatus Nykul per annotatum procuratorem dictorum filiorum Laurencii legitimis diebus octavarum earumdem coram nobis expectatus nostram in presenciam non venerat neque miserat, nec iudicia persolverat prenotata, se pro sua non veniencia in iudicio consveto, et pro non solucione dictorum iudiciorum in duplo eorumdem mediantibus literis nostris iudicialibus convinci permittendo, postulans prefatus procurator dictorum filiorum Laurencii eisdem ex parte predicti Nykul per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Unde quia evocaciones consultivas, evocatorum contumacia requirente, trine forenses sequi debent proclamaciones, deviosque et iuri parere non orrantes *(igy)* ad tramitem iusticie per trinas forenses proclamaciones invitare iudicibus maximum indicium existit pietatis, pro eo amiciciam prefati capituli ecclesie Castriferrei literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus prefatum Nykul super premissis potenciariis actibus peremtorie responsurum, racionemque efficacem redditurum, ac de dictis iudiciis seu birsagiis, in quibus iuxta nostram deliberativam sentenciam esset convictus, satisfaccionem impensurum, nec non de dictis aliis iudiciis, in quibus propter suam non venienciam convictus fore dinoscitur, in toto triginta marcas facientibus, nobis et parti adverse satisfacturum, contra ipsos Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna, ad octavas festi beati Georgii martiris tunc venturas in tribus foris comprovincialibus publice et manifeste regiam in presenciam faceret proclamari; insinuando ibidem, (ut si) veniret et super premissis

Digitized by Google

potenciariis actibus peremtorie responderet, ac de dictis birsagiis ac aliis iudiciis premissis nobis et parti adverse satisfaceret, benequidem, alioquin non obstante ipsius absencia finem debitum faceremus causa in premissa, et post hec ipsius trine forensis proclamacionis seriem cum nomine proclamati, ad easdem octavas domino nostro fideliter rescriberet capitulum ecclesie Castriferrei prenotatum. Tandem ipsis octavis sancti Georgii instantibus prefatus Petrus sartor pro predictis Petro et Ladislao filiis Laurencii cum procuratoriis literis nostris, ad nostram veniendo presenciam, literas eiusdem capituli Castriferrei super premissa trina forensi proclamacione domino nostro regi rescripcionales nobis presentavit, in quibus inter cetera per Petrum filium Andree de Kaposlyan *(igy)* regium et Gregorium clericum eiusdem capituli homines prenotatum Nykul filium Laurencii de Frathno, primo feria tercia post quindenas festi Pasche domini proximi preteriti in Sopronio, secundo vero feria quarta in Kuzegh et tercio feria quinta terminis scilicet tunc post sese consequenter affuturis in Chepregh civitatibus tribus scilicet foris comprovincialibus, contra prefatos Petrum et Ladislaum filios Laurencii ad omnia premissa, ad dictas octavas festi beati Georgii martyris regiam in presenciam publice et manifeste proclamatum fuisse comperimus seriose. Ad quas quidem octavas festi beati Georgii martyris idem Nykul per prefatum Petrum sartorem procuratorem eorumdem filiorum Laurencii legitimis diebus octavarum earumdem coram nobis expectatus, nostram in presenciam non venit neque misit, nec persolvit iudicia prenotata. Petens dictus procurator prefatorum filiorum Laurencii eisdem ex parte dicti Nykul in premissis iuris equitatem per nos impertiri. Verum quia prefatus Nykul super prescriptis suis potenciariis actibus tribus vicibus legitime evocatus, quarto autem et ultimo regni consvetudine ab antiquo approbata requirente, in tribus foris comprovincialibus, contra predictos Petrum et Ladislaum regiam in presenciam proclamatus, ad nullum prescriptorum terminorum ei iuridice assignatorum venire vel mittere curarat, sed se in sue culpabilitatis manifestum indicium, a facie iuris et iusticie penitus absentarat

Digitized by Google

et absentavit, pro eo baronum et regni procerum nobiscum adherencium moderato inducti consilio, nolentes huiusmodi importune imo potenciarie presumcionis ipsius Nykul audaciam impune pertransire, ne ab eo alii exemplati ad similes actus potenciarios perpetrandos se apponere presummant, sed pocius pena ipsius quoslibet alios a tante importunitatis presumcione obstupescat, eundem Nykul de Frathno pro premissis suis potenciariis actibus contra eosdem Petrum et Ladislaum filios Laurencii de Athyna in facto potencie ex eoque in sentencia capitali et amissione universarum possessionum ac proprietatum nec non rerum et bonorum suorum ipsum solum ubique contingencium in duabus partibus nostris iudiciariis et in tercia parte parcium adversarum manibus devolvendarum et redundandarum decrevimus convictum extitisse atque aggravatum, auctoritate nostra iudiciaria mediante. In cuius rei testimonium presentes eisdem Petro et Ladislao filiis Laurencii de Athyna concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, tricesimo die octavarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini Millesimo CCC° LXX° septimo.

Vörös selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1510. 38. dipl. oszt. 6436. A régi Gorbonuk nevű falunak nevét a mai Gaberling nevű patak tartotta fönt.

302. *I. Lajos király Ebörgöczi Andrást és Istvánt, a hamis pénzverés vádja alól fölmenti s a Kanizsaiaknak adott birtokaikat visszaadatni rendeli. Diósgyőr, 1377. jun. 7.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendamus per presentes, quod nos ex pietate regia, qua iuris rigorem interdum lenitate misericordie consvevimus temperare, potissime ob zelum et amorem nominis dei Andream, filium Stephani et Johannem filium alterius Stephani de Ebergeuch comitatus Soproniensis, a nota sive labe cusionis falsarum monetarum, quam iidem in congregacionibus palatinalibus vel alias hucusque incurisse dinoscuntur, de regie potestatis plenitudine duximus ex-

Digitized by Google

piandos, exonerandos et absolvendos capitibus et iuribus suis possessionariis graciam et misericordiam faciendo specialem, non obstante, quod alias de dictis iuribus possessionariis ipsorum Andree et Johannis olim domino Stephano episcopo Zagrabiensi et suis fratribus ac nepotibus fecimus provisionem, quam ex certa nostra sciencia simulcum omnibus literis ex inde confectis, tam donativis quam sentencionalibus presencium vigore censuimus revocandas, annulandas, viribusque vigore carituras, ita tamen, quod iidem se ab omni labe tali immunes studeant observare; quocirca vobis domino palatino et iudici curie nostre vestrasque vices gerentibus, item comitibus parochialibus et iudicibus nobilium comitatuum quorumlibet, aliis eciam cunctis regni nostri iudicibus et iusticiariis presentibus et futuris, *(így)* quatenus predictos Andream et Johannem contra formam premisse nostre gracie non audeatis perturbare. Datum in Diosgeur, quarto die octavarum festi corporis Christi, anno eiusdem Millesimo CCC° LXX° septimo.

Belől vörös viaszba nyomott pecsét nyomaival, a pecsét helyén e szavak olvashatók: »relacio Petri bani«; eredetije a hédervári ltárban lozsi fasc. 1. 17. Az orsz. ltárban N. R. A. 258. 4. jelzet alatt megvan a pozsonyi káptalan bizonyságlevele, mely 1377-ben »sexta feria ante Exaltacionem sancte crucis« kelt, s melyben Bertalan Kanizsai plébános által Kanizsay János fiai Ebörgöczi Istvánt és András Ebörgöcz nevü birtok elfoglalásától tiltották; hasonló tiltás történt a nádor előtt szintén 1377-ben a Lucza napja után következő hétfőn, Csepregben tartott vármegye közgyülésen. N. R. A. 21. 21.

303. *I. Lajos király Cseke (Vimpácz) és Lajta-Pordány helységbeli jobbágyait utasítja, hogy ezután Kanizsai Miklósnak és testvéreinek engedelmeskedjenek. Zólyom, 1377. oct. 20.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. vobis universis populis et iobagionibus nostris seu hominibus de Cheke et de Pordan presentibus declaramus, quod nos ipsas possessiones nostras a comite Tewnlino de Sancto Georgio aufferentes, easdem magistro Nicolao filio Johannis filii Laurencii de Kanisa et fratribus suis duximus remittendas, restituendas et resignandas; quocirca fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus visis presentibus

Digitized by Google

eisdem magistro Nicolao et fratribus suis obedire debeatis, ipsisque illa servicia atque dacia exhibere et amministrare debeatis, que tempore olim Stephani voivode exhibuistis et amministrastis, et aliud non facturi. Datum Zolii, tercio die festi beati Luce evangeliste, anno domini Millesimo CCC° LXX° septimo.

Papíron, belől vörös viaszba nyomott gyürü-pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 26. dipl. oszt. 24486.

304. *Garai Miklós nádor jelenlétében Csepregben tartott vármegyei közgyülésen Kanizsai János fiai a velük egy nemzetségből származó Lozsi Péter fiát Jakabot, Lozs és Vicza nevü birtokok elidegenitésétől, Ebergőczi Jánost és Andrást pedig azok megszerzésétől tiltják.*

Csepreg, 1377. dec. 21.

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Sopruniensis feria *(igy)* scilicet proxima post festum beate Lucie virginis et martyris in villa Chepreg celebrata, Ladislaus filius Mathie in personis magistrorum Johannis prepositi ecclesie Strigoniensis, Nicolai et Stephani filiorum Johannis de Charna, de medio aliorum exsurgendo per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, quod prout iidem magistri Johannes, Nicolaus et Stephanus percepissent, Jacobus filius Petri de Loos universas suas possessiones et possessionarias porciones suas ubilibet et signanter in possessionibus Loos predicta et Vycha habitas, Johanni filio Stephani et Andree filio alterius Stephani de Ebergeuch ac aliis quibuspiam vendere et impignorare niteretur, unde facta huiusmodi protestacione idem Ladislaus in personis dictorum dominorum suorum prefatum Jacobum a vendicione ac aliis quovismodo a se alienacione prefatos vero Johannem et Andream ac alios quoslibet ab emcione et pro pignore recepcione predictarum possessionariarum porcionum ac quovis colore quesito se in easdem intromissione facta vel facienda, eo quod dicte possessiones et possessionarie porciones ipsius Jacobi racione linee congeneracionalis magis ipsis magistris Johanni,

Digitized by Google

Nicolao et Stephano quam cuipiam alteri emere et pro pignore recipere pertineret, prohibuit publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum octavo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A 35. 9. dipl. oszt. 6473.

305. *Garai Miklós nádor által Csepregben tartott megyei közgyülésen, Kisfaludi János fia Lőrincz és Mihályi Ugrin fia Pál s János fia Pál az ellen, hogy a Rába folyó mentén fekvő erdő és szántóföldek, mint királyi birtokok elfoglaltassanak, óvásukat bejelentik, mert II. Endre király még az 1233-ik évben a Pethlend nevü birtokot, a Rápcza folyóval és erdővel együtt, egyik elődjöknek Miklós fiának Izsáknak adományozta.*

Csepreg, 1377. dec. 25.

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod cum nos fluvium Raba ac silvam et terras usuales ex utraque parte eiusdem fluvii existentes, de regio edicto nomine iuris regalis occupari, eosdemque, qui aliquid iuris se ad eundem fluvium ac silvam et terras arabiles habere dicerent, cum omnibus eorum literalibus instrumentis ad presentem congregacionem nostram generalem universitati nobilium comitatus Soproniensis feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis et martyris in villa Chepreg celebratam evocari fecissemus, tandem in eadem congregacione nostra generali Laurencius filius Johannis, Paulus filius Vgrini et alter Paulus filius alterius Johannis nobiles de Myhaly de medio aliorum exsurgendo, quoddam privilegium domini Andree olim regimen huius regni feliciter importantis sub anno domini Millesimo ducentesimo tricesimo tercio confectum nostro indiciario examini demonstrarunt, in quo quidem privilegio possessionem Petlend vocatam, simulcum aqua et silva Rabche metis in eisdem conscriptis inclusam, condam Isaak

Digitized by Google

filii Nicolai fuisse comperimus seriose; quo quidem privilegio exhibito et reviso prenominati Laurencius, Paulus et alter Paulus prenotatum condam Isaak predecessorem ipsorum fuisse asserendo, allegarunt eo modo, quod predictus fluvius Rapche, quem dictum privilegium denotaret, nunc hoc nomine Raba vocaretur. In cuius testimonium presentes duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo CCC° LXX° septimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában. V. ö. Hazai Okmánytár I. 273. l.

306. *I. Lajos király az ellene fellázadt Oszlopi Trochmannak Oszlop nevű birtokát, az ott épített várral együtt, Szentgyörgyi Teumlinnek ujvári várnagynak és testvérének Péternek adományozza. Diósgyőr, 1377. dec. 27.*

Nos Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod licet nos Trochmannum de Zazlup comitatus Soproniensis tanquam nostrum fidelem semper gracioso et benigno favore adinstar pii principis fuerimus prosequti *(igy)*, tamen idem tanquam contumax et rebellis malo fretus consilio malaque ductus connivencia non iram regiam curans, non potenciam eiusdem advertens, nonque infidelitatis scelus perniciosum contra nos et regnum nostrum committere expavescens, sed ubi nobis et ipsi regno nostro meram fidelitatem observare tenebatur, eiusdem oppositum admittere non obmisit; nam idem Trochmannus inter alia nephanda scelera et actus facinorosos, qui continue et sine intermissione in suo fortalicio in dicta Zazlup habito, fures, latrones et alios malefactores, ac nocivos homines contra nostra prius salubria monita, inducciones et eciam tandem asperas prohibiciones et vetita conservabat et regnicolis nostris sic obesse arridebat, his non contentus, quin imo mala malis accumulare non formidans ad Austriam patenter processit, ubi coadunatis sibi nonnullis teotonicis et aliis hominibus ad-

Digitized by Google

venis plerumque generum, quandam partem regni nostri occulte subintravit, ibique quamplures nobiles et alterius *(igy)* regni nostri homines, quod dolenter referimus, quodque novissime in regno nostro per graciam Christi quieto et tranquillo est inauditum, nece miserabili extinxit, occidit, vulneravit, spoliavit, depredavit, excremavit et simpliciter devastaciones grandes in eorum possessionibus commisit; quibus perceptis dum ad vindictam huiusmodi excessus, prout nostro incumbit regii culminis officio, procedere volentes, ipsum fortalicium, de quo ipsum malum et scelus progrediendo oriebatur, per literas et homines nostros speciales occupari facere commisissemus, ipse, uti nequam nequiore et perfidus suis armatus versuciis spretis et contemtis mandatis et iussionibus literatoriis ac edictis nostris, contra ipsos nostros homines hostiliter insurgendo eosdem agitare, affugare et prelium committere audacter presumsit, pro quibus et aliis detestabilibus et ignominiosis suis excessibus expressioni prolixis, quamquam eciam ad correccionem suorum fratrum et proximorum de iure et iusticia procedere debite valeremus, ut quos divinus timor a malo non revocat, saltem pena temporalis cohiberet a peccato, tamen nostre vindicte aciem de presenti saltem in eundem Trochmannum actorem sceleris prefigentes, ut alii exemplati facilius a contagiis committendis resipiscant et in domini naturalis fastidium procedere aborreant, ne ipsius Trochmanni flagicium impune pertranseat, eundem amissionem omnium bonorum, porcionum possessionariarum et aliarum hereditatum ubilibet habitarum censemus, committemus et sanximus, ac pronunciamus subeundum adeo, ut idem amodo et deinceps a participio et communione, ingressu et processu regni nostri, curie nostre et fidelium nostrorum alienus, abstractus et semotus habeatur, perpetuumque exilium paciatur; ubi fidelis noster dilectus comes Teumlinus de Sancto Georgio castellanus de Wyuar, ad nostre serenitatis accedens presenciam propositis suis fidelitatibus et serviciis, possessiones et iura possessionaria dicti Trochmanni modo quo supra in manus nostras devoluta, a nobis sibi et per eum magistro Petro fratri suo ipsorumque heredibus dari et conferri

Digitized by Google

postulavit. Nos itaque consideratis fidelitatibus et serviciis ipsius comitis Teumlini, quibus idem in cunctis nostris et regni nostri negociis sibi et sue exequcione commissis laudabiliter gessit et studiose anhelat complacere, ad ipsius instanciam premissas possessiones et queque iura possessionaria ipsius Trochmanni ubilibet habita ipsum precise tangencia et quovis nominis vocabulo vocitata, et ipsum signanter fortalicium eiusdem in dicta Zazlup habitum, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub suis veris metis et antiquis, quibus per suos priores possessores habita fuerunt et possessa omni eo iure et titulo, si quo ex casu premisso iuxta regni consvetudinem nostre spectat collacionem, eidem comiti Teumlino et per eum ipsi magistro Petro fratri suo uterino amborumque heredibus et posteritatibus universis, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidenda, tenenda et habenda, absque tamen preiudicio iuris alieni, harum sub secreti nostri sigilli testimonio literarum, quas sub magno nostro sigillo dari faciemus, dum nobis fuerint reportate. Datum in Diosgeur, in festo beati Johannis evangeliste, anno domini Millesimo CCC° LXX° septimo.

Belől gyürü-pecsét nyomaival, s alatta e szavakkal: »relacio magistri Nicolai filii Gregorii et propria commissio regis«; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 325. 6. dipl. oszt. 6475.

307. *A vasvári káptalan előtt Kury Salamon fia Pál, Kury (Küllő) nevű birtokban a maga részét Harkai Péternek eladja. 1378. jan. 8.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Paulus filius Salamonis de Kury Supruniensis comitatus nostri in presencia constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse eandem possessionem seu possessionariam porcionem Kury vocatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, signanter locis sessionalibus, silvis, pratis et nemoribus, terrisque arabilibus ac aliis ad eandem spectantibus et pertinentibus Petro filio Stephani de Harka dicti comitatus, pro viginti marcis promtorum denariorum gravis ponderis vendidisset et tradidisset iure

Digitized by Google

perpetuo possidere, tenere, pariter et habere in filios filiorum et heredum per heredes, imo vendidit et tradidit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria sexta proxima post festum Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° LXX° octavo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban. A vármegye levéltárában őríztetik a vasvári káptalannak egy másik levele 1378-ból, mely szerint a káptalan Garai Miklós nádornak 1378-ban kelt itélet levele következtében, Kury István fia Péter, Kury Márton fia Pető birtok részébe beiktatott; a perben Kury Péternek Kury Márton leányai voltak ellenfelei.

308. *I. Lajos király a győri káptalannak meghagyja, hogy Kürtösmagyari nevű birtok elfoglalásától Cséri Mihályt és Vörös Tamást tiltsa le. Buda, 1378. febr. 7.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicit nobis Michael filius Petri de Kurthus-magagari *(igy)*, sua item Michaelis filii Stephani et Stephani filii Demetrii de eadem fratrum suorum patruelium in personis, quod Michael filius Andree de Chery ac Thomas rufus de eadem Chery nec non eciam alii vicini et commetanei sui, universis fructibus et utilitatibus iamdicte possessionis eorum Kurthus magary vocate potencialiter uterentur in preiudicium iuris eorumdem valde grande; super quo fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Ladon aut Andreas vel Gregorius filii Cosme de Sagy, sin Lorandus filius Laurencii de eadem Sagy, seu Thomas filius Demetrii de Pethiesitousag *(igy)*, aliis absentibus homo noster scita premissorum veritate prohibeat prefatos nobiles de Chery et alios quoslibet vicinos et commetaneos ab ulteriori potenciario usu utilitatum et quorumlibet fructuum predicte possessionis Kurthus-magary vocate facta vel facienda regni nostri lege requirente, et tandem ipsarum inquisicionis et prohibicionis seriem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, secundo die festi Dorothee virginis et martyris, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Papíron, zárlatan a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 22. 19. dipl. oszt. 6502.

Digitized by Google

309. *A győri káptalan bizonyítja, hogy Frank főispán és Kanizsai Miklós a köztük folyt pert elhalasztották. 1378. mart. 19.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis damus pro memoria, quod cum nos secundum continenciam literarum obligatoriarum magnifici viri domini Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis comanorum discretos viros magistros Blasium decanum et Georgium concanonicos nostros ad audiendum infrascriptum arbitrium pro testimonio transmisissemus, qui tandem ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, ut ipsi in dominica Reminiscere proxime nunc preterita ad villam Chepregh vocatam accessissent, ibique Nicolaus dictus Zarka pro magistro Frank comite Supruniensi domino suo et Nicolaus filius Petri pro magistro Nicolao filio Johannis de Kanysa cum procuratoriis literis conventus de Zala coram ipsis constituti fuissent et pari voluntate arbitrium octo proborum virorum inter dominos supradictos termino in eodem fiendum, propter arduitatem cause prenominatorum dominorum suorum ad quindenas festi sancti Georgii martiris proxime nunc venturas statu et gravamine, in dictis literis domini palatini contentis, illibate permanentibus prorogassent et distulissent non obstante parcium gravamine aliquali. Datum sexta feria proxima post predictam dominicam Reminiscere, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban dipl. oszt. 25331.

310. *Az alispán és a szolgabirák előtt Harkai Péter, Dági Lőrincz soproni polgárt Markréte nevű kaszállóelfoglalásától tiltja. Csepreg, 1378. aug. 2.*

Nos magister Ladislaus comes et iudices nobilium eiusdem *(így)* comitatus memorie commendamus, quod Petrus filius Stephani de Harka ad nostram veniendo presenciam cunctos vicinos et commetaneos cuiusvis status et condicionis pronomine homines et specialiter Laurencium dictum de Dag civem Supruniensem ab usu, occupacione fructus et utilitates

Digitized by Google

percepcione, pro pignore recepcione et se quovismodo intromissione in quandam particulam feneti Markrete vocatis *(igy)* prohibuit et contradixit inhibendo coram nobis in crastino festi beate Margarethe virginis et martyris. Datum in Cheperg *(igy)* feria secunda proxima post festum ad vincula sancti Petri apostoli, anno domini Michllesimo *(igy)* CCC° LXX° octavo.

Papíron hátlapján pecsét maradványaival; eredetije Sopron sz. kir. város ltárában, Lad. C. **1.** 28.

311. *A győri káptalan előtt Hedervári Jakab neje Katalin, Chyl (Rust) nevű birtok felét, sógora Hedervári János részére a zálogból kibocsátja. 1378. aug. 15.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nobilis domina consors magistri Jacobi filii Hedrici de Hedruhuara Katerina vocata ab una parte, ex altera vero magister Johannes filius Hedrici de eadem Hedruhuara, nostri in presencia constituti, per annotatam nobilem dominam Katerina vocatam confessum extitit et relatum oraculo vive vocis, quod media pars possessionis Chyl nomine sub comitatu Supruniensi existens, cum suis utilitatibus videlicet proventibus et quibuslibet fructibus, per annotatum magistrum Johannem filium Hedrici levirum suum, sibi pro trecentis florenis obligata extitisset, quampluribus annis retroactis tenuisset et possedisset. Nuncque inito consilio et consensu predicti magistri Jacobi domini et mariti sui karissimi mediam partem supradicte possessionis Chyl vocate cum suis obvencionibus et quibuslibet pertinenciis, prenotato magistro Johanne filio Hedrici racione probitatis et constancie circumspecti honoris sui, relaxatis pure et simpliciter predictis trecentorum florenorum solucionibus in perpetuum resignasset, imo eadem domina gaudio spiritualis desiderii repleta, resignavit et restituit coram nobis possidere cum plenitudine sui iuris, literas eciam suas universas mediantibus quibus eadem nobilis domina dictam mediam partem ipsius possessionis Chyl titulo pignoris actenus habuisset, utilitatesque eiusdem percepisset, salvis tamen viribus literarum suarum predictarum, pro alia parte supra

Digitized by Google

dicte possessionis per eundem magistrum Jacobum dominum et consortem suum karissimum sibi obligate, remanentibus in suo vigore, vanas reddidit et inanes ac contra presentes exhibitoribus earumdem nocituras. Datum in dominica proxima post festum sancti Laurencii martyris, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a hg. Batthyányi cs. körmendi ltárában.

312. *A vármegye ispánja és szolgabirái, Gyorai Benedek özvegyét addig, mig fiai László és János a törvényes kort el nem érik, Gyóró nevű birtokra nézve minden per alól fölmentik. Csepreg, 1378. oct. 4.*

Nos magister Ladislaus dictus Moth comes et iudices nobilium comitatus Supruniensis memorie commendamus, quod cum feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli nobilis domina relicta magistri Stephani filii Benedicti de Gyoro, Ladislaus, Johannes filii eiusdem iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum coram nobis comparere debuissent; ipso termino adveniente pro predictis domina, Ladislao et Johanne filiis eiusdem Dominicus filius Ladislai de Geresd, exhibuit nobis literas domini nostri regis graciose eisdem filiis Stephani concessas, in quibus vidimus contineri, quod donec predicti Ladislaus et Johannes adultos pervenerint annos, nullus iudicum seu iusticiariorum possit eosdem iudicare; nos enim visis ipsis literis domini regis, licet quod ipsam dominam donacio domini regis non tangeret, tamen quia ipsa domina per sustentacionem et tutelam dictorum filiorum suorum in dicta possessione Gyoro resideret, ob hoc causam eiusdem similiter cum causis filiorum suorum duximus prorogandam, donec adultos pervenirent etates. Datum in Chepreg, feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Papíron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

313. *Garai Miklós nádor előtt Kanizsai János esztergomi prépost és testvérei, Fraknói Miklóst Széleskut és Pordán nevű birtokoknak és Kövesd (Szárazvám) nevű birtokban a vám-jognak eladásától, Szentgyörgyi Theumelt és két soproni zsidót pedig azok megszerzésétől tiltják. Visegrád, 1378. nov. 8.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum damus pro memoria, quod Nicolaus filius Petri in personis magistrorum Nicolai ac Johannis prepostii Strigoniensis et Stephani filiorum Johannis filii Laurencii de Kanisa dominorum suorum ad nostram veniendo presenciam, nobis per modum protestacionis significare curavit, quod ut iidem domini sui percepissent, Nikil filius Laurencii de Frahno quasdam possessiones suas Zelkuth et Pardan vocatas, nec non tributum in villa Keuesd habitum, Theumel filio Petri de Zenthgyrg nec non quibusdam iudeis Afferlh et Smarelh vocatis, in civitate Soproniensi commorantibus vendere et alienare niteretur; cum autem eedem possessiones et tributum racione contigue vicinitatis et commetaneitatis ipsis magis quam alicui alteri ad emendum, pro pignore recipiendum de iure deberent attinere, unde facta huiusmodi protestacione predictus Nicolaus filius Petri in personis predictorum dominorum suorum prefatum Nikul filium Laurencii a vendicione, dacione et impignoracione et cuiquam perpetuacione possessionum et tributi predictorum, annotatos vero magistrum Theumel et iudeos Suprunienses ac alios quoslibet ab emcione et pro pignore recepcione ac se quovismodo intromissione in easdem facta vel facienda prohibuit publice et manifeste testimonio presencium mediante coram nobis. Datum in Vissegrad, feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° LXX° octavo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 21. 81. dipl. oszt. 6574.

Digitized by Google

314. *I. Lajos király a főispánnak meghagyja, hogy Péter fiát Mihályt, Kürtösmagyar nevű birtokban, a Kapu várához tartozó iváni királyi jobbágyok és hospesek ellen megoltalmazza. Buda, 1379. jun. 15.*

Lodovicus dei gracia rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis Stephano condam voivode et inter ceteros comitatus comiti Soproniensi vel vices suas gerentibus ac aliis in futurum constituendis, eorumdemque vices gerentibus salutem et graciam. Conqueritur nobis Michael filius Petri de Kurthezmagyara in sua, Stephani filii Demetrii et Michaelis filii Stephani ac aliorum consanguineorum suorum personis, quod populi et hospites nostri de Iwan ad castrum nostrum de Kapu pertinentes, terras suas ac silvas intra metas eiusdem possessionis eorum Kurtez-magyara vocata existentes uterentur propria ipsorum potencia, contra eorum voluntatem; unde cum nos unumquemque regnicolarum nostrorum suo iure potiri velimus, fidelitati vestre firmo regio sub edicto precipiendo mandamus, quatenus, terras et silvas intra metas dictorum nobilium existentes, ac iuste et legitime ad eos ab antiquo spectantes per eosdem iobagiones nostros de Iwan uti et succidi non permittatis, imo ipsos contra eosdem iobagiones nostros et alios quoslibet in eorum iuribus defendatis, et conservetis pacifice et quiete; si autem iidem iobagiones et populi nostri sine usu terrarum et silvarum eorumdem nobilium carere non possent, extunc pro condigno precio eisdem uti debeant et non violenter, obtentu gracie nostre aliud non facturi; et hoc idem iniungimus castellano vel viccecastellano de eodem Kapu constitutis et in futurum constituendis, dantes ipsis firmis in mandatis. Datum Bude, feria quarta proxima post festum corporis Christi, anno eiusdem M° CCC° LXX° nono.

Hátlapján a nagy felségi pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 574. 29. dipl. oszt. 6516. Ugyanott megvan a királynak egészen hasonló parancslevele Frank főispánhoz Pozsonyból, 1378. Judica vasárnap előtti pénteken keltezve; N. R. A. 574. 29. dipl. oszt. 6626.

Digitized by Google

315. *A győri káptalan előtt Nagymartoni Miklós és fia Pál, Kőhidpordán (Vulkapordán) és Kuesd (Szárazvám) nevű birtokaikra Kanizsai Miklóstól, Szarvkő vára urától és testvéreitől, ezer négy száz font denárt kölcsönkép fölvesznek, hogy azzal Smerl és Efferl nevű soproni és németújhelyi zsidóktól zálogos birtokaikat kiválthassak. 1381. jan. 22.*

(C)apitulum ecclesie Jauriensis universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnis salutis largitore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod nobiles viri comes Nikkul filius Laurencii de Maiori Martino ac Paulus filius eiusdem ab una, parte vero ab altera nobilis vir magister Nicolaus filius Johannis filii Laurencii dominus de Zarkw in sua et honorabilis viri domini Johannis prepositi ecclesie Strigoniensis ac magistri Stephani fratrum suorum uterinorum personis coram nobis personaliter constituti, per eosdem comitem Nikkul ac Paulum filium suum prenotatum confessum extitit pariter et relatum vive vocis ministerio, ut ipsi pro nonnullis suis utilitatibus et negociis opportunis expediendis, specialiterque pro redimendis possessionibus seu possessionariis porcionibus ipsorum a predictis magistro Nicolao et fratribus suis supradictis recepissent nomine mutui in promta et parata pecunia mille et quadringentas libras denariorum viennensium, libram quamlibet sex pensis computando, de qua quidem quantitate pecunie ipsi quasdam possessionarias porciones suas a quibusdam iudeis, uno scilicet Smerl nomine in Sopronio et altero Efferl nuncupato in Nova Civitate ducis Austrie commorantibus, filiis condam Isak iudei, redemissent et eliberassent, et quod pro eadem summa seu quantitate pecunie eidem magistro Nicolao et fratribus suis prenotatis totalem possessionariam porcionem ipsorum in possessione Kuhidpordan vocata in comitatu Soproniensi adiacenti habitam et existentem, ipsos hereditarie et libere contingentem, annuatimque centum libras de-

Digitized by Google

nariorum valentem cum omnibus suis utilitatibus, usibus et pertinenciis universis, nec non porcionem ipsorum in tributo vie in villa Kuesd vocata in eodem comitatu existenti et in vicinitate et commetaneitate castri Zarkw et aliarum possessionum eorumdem magistri Nicolai et fratrum suorum predictorum adiacenti et habita, exigi solito et habito existentem, annuatimque quadraginta libras valentem, eosdem comitem Nikkul ac Paulum filium suum pariter libere et hereditarie contingentem; item porcionem ipsorum de iuribus montanis in territorio eiusdem ville Kuesd dicte provenientibus habitam, quinque libras denariorum annuatim valentem, insuper unum fundum curie populosum et habitabilem in predicta villa Kuesd nuncupata cum omnibus utilitatibus suis, puta terris arabilibus, pascualibus, pratis, fenilibus, silvis ac universis pertinenciis suis prelibatis magistro Nicolao ac domino Johanni preposito et magistro Stephano fratribus eiusdem magistri Nicolai prenotatis obligassent et pignori tradidissent, imo obligarunt et impignorarunt coram nobis, tamdiu possidendas, tenendas et utendas, donec prelibati comes Nikkul ac Paulus filius suus aut eorum heredes pro eadem summa seu quantitate pecunie promte et parate ab eisdem magistro Nicolao et fratribus suis prenotatis redimerentur, hoc adiecto, quod quandocunque prenotati comes Nikkul ac Paulus filius suus aut ipsorum heredes dictas possessionarias porciones ipsorum pro premissis rerum quantitatibus redimere possent et vellent, extunc prefati magister Nicolaus ac fratres sui antedicti rehabita eorum pecunia pretacta easdem possessionarias porciones modo premisso obligatas absque processu litis aliquali eisdem remittere et resignare tenerentur, hoc non pretermisso, quod si quis medio tempore prenominatum magistrum Nicolaum aut fratres suos pariter nominatos racione dictarum possessionariarum porcionum ac aliarum quarumlibet rerum ipsis modo premisso obligatarum ordine iudiciario vel alio quovismodo impeteret, tunc prefatus comes Nikkul ac Paulus filius suus vel ipsorum posteri propriis suis instrumentis, laboribus et expensis prescriptos magistrum Nicolaum et fratres suos antedictos in dominio dictarum possessionariarum

Digitized by Google

porcionum et aliarum rerum ipsis obligatarum conservare tenerentur, ubi autem premissa aliquo modo efficaciter adimplere in processu temporis recusarent aut non possent, extunc unam aliam possessionem equalis valoris de possessionibus ipsorum liberis, prenominatis magistro Nicolao ac fratribus suis sepedictis, darent et assignarent comes Nikkul ac Paulus filius eius antedicti, quam si dare et assignare nollent vel aliquo colore quesito recusarent, extunc sola iudicis potestate absque iuris processu unam aliam possessionem de liberis possessionibus eorumdem comitis Nikkul et Pauli filii sui equalem in valore predictis possessionariis porcionibus obligatis prenotati magister Nicolaus et fratres sui occupare et se in eandem introduci facere possint et valeant eo facto, ipsamque tanquam ipsis obligatam possidere et usus fructus et utilitates eiusdem percipere haberent facultatem. In cuius rei testimonium firmamque stabilitatem presentes literas fieri fecimus nostri sigilli appensione munitas. Datum feria tercia proxima ante festum conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M° CCC° LXXX° primo.

Vörös és zöld selyem sodraton függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 593. 65. dipl. oszt. 6758.

316. *Erszébet királyné Ostfi János és Domokos fia Miklós kérelmére, a vasvári káptalant kiküldi, hogy Fraknói Miklóst Márcz nevü birtok elfoglalásától tiltsa le. Gerencser, 1381. jul. 7.*

Elizabet dei gracia regina Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in personis magistrorum Johannis filii Osl comitis comitatus Castriferrei et Nicolai filii Dominici condam bani, quod magister Nickel de Frochtno quandam possessionem ipsorum Maruch vocatam in comitatu Suppruniensi habitam potencialiter pro se occupasset et nunc apud manus suas occupatam conservaret; super quo fidelitati vestre mandamus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Sebee de Sebehaza, vel Andreas de Ebergulch, aut Sebastianus de

Digitized by Google

Endred aliis absentibus homo regius ab omnibus, quibus decet et licet sciat et inquiratm eram de premissis veritatem, scitaque premissorum mera veritate, si ita reperierit, ut nobis dicitur, ex tunc prohibeat predictum Nickel de Frachtno ab usu et percepcione proventuum predicte possessionis Maruch vocate verbo nostre maiestatis, et tandem seriem ipsius inquisicionis et prohibicionis cum nomine prohibiti domino nostro regi more solito, prout opportunum fuerit, fideliter rescribatis. Datum in Gerencher, die dominico proximo ante festum beate Margarete virginis, anno domini M° CCC° LXXX° primo.

A vasvári káptalannak az Ostffy cs. ltárában őrzött eredeti jelentéséből, mely szerint a letiltás megtörtént.

317. *A győri káptalan előtt Mihályi János fia Pál, a Csávai Herborthtól és Osltól zálogban birt Magyarfalu és Németfalu (Vásárosfalu) nevű birtokokat Ostfi Jánosnak alzálogba adja. 1381. jul. 24.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Paulus filius Johannis de Nogmihaly ad nostram accedendo presenciam extitit confessus oraculo vive vocis, quod ipse duas villas seu possessiones Magyarfalu et Nemetfalu vocatas sub comitatu Suppruniensi in districtu videlicet Rabakuz existentes, que per nobiles viros Herborth et Osl filios Johannis filii Stephani de Chaua pro sexaginta marcis denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando, mediantibus aliis literis nostris memorialibus exinde confectis sibi pignori ex . . . . e fuissent, per eundemque pacifice possesse et actenus gubernate, pro quibusdam arduis causis vel factis suis perficiendis pro eisdem sexaginta marcis denariorum, decem pensis computatis quamlibet marcam cum promta pecunia eidem persolutis, magistro Johanni filio Osl de Azunfalua, quem eciam in solucione predictarum rerum expeditum de se reddidisse fatebatur coram nobis, modo simili titulo pignoris obligasset imo obligasse retulit nostri in presencia cum omnibus utilitatibus et utilitatum integritatibus earumdem tamdiu possidendas, tenendas atque

Digitized by Google

utendas, donec per prefatos Herborth et Osl filios Johannis pro premissis sexaginta marcis denariorum ab eodem magistro Johanne filio Osl vel suis heredibus redimerentur, preterea assumsit eciam supradictus Paulus filius Johannis, quod quandocunque temporibus successivis prenominatus magister Johannes filius Osl vel sui posteri infra redemcione prenominatarum possessionum Magyarfalu et Nemetfalu appellatarum, per nominatos Herborth et Osl filios Johannis, aut alios quoscunque homines aggravarentur, aut tedia litis vel cuiuscunque gravaminis paterentur, extunc ipse et sui successores expedire atque in pacifico dominio earumdem conservare teneretur vel tenerentur propriis laboribus ipsorum et expensis. Datum quarta feria proxima post festum beate Marie Magdalene, anno domini M° CCC° octagesimo primo.

Hátlapjáu pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

318. *A győri káptalan előtt Heiflingi Belid fia Gergely és Viczai Belid mint egy őstől szarmazottak, az akkori nagy pestises idő miatt magok között kölcsönös örökösödést állapitannak meg. 1381. oct. 29.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod nobilis vir Gregorius filius Belyd de Heuffling ab una parte, et Belid filius Jacobi filii Petri de Vycha ex altera coram nobis constituti confessum extitit per eosdem et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi ab uno avo propaginis extitissent progressi, et ex eo animo inter eosdem deliberato ac voluntatis communi consilio et consensu, propter commune bonum ac maius subsidium huiusmodi inter se fecissent convencionem, quod si idem Gregorius filius Belyd absque heredum solacio ab hac luce decederet, tunc universe possessiones sue, et porciones possessionarie hereditarie videlicet et obligatorie sub quocunque comitatu existentes cum omnibus suis utilitatibus ad prefatum Belyd filium Jacobi et posteros suos, si autem propter instantis pestilencie temporis, quibus dominus omne humanum genus non sine exigentibus meritis culparum more imbrium corruere decrevit, supradictus Jacobus filius Petri

Digitized by Google

mortis debitum ante tempus vite ipsius Gregorii filii Belyd legitimis successoribus persolveret, tunc quelibet possessiones ipsius, in quibuscunque locis vel partibus regni adiacentes sub eisdem metarum distinccionibus, quibus ipse possedisset, super manus annotati Gregorii derivarentur atque successorum suorum pacifice tenende et possidende. Datum tercia feria proxima post festum beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini M° CCC° LXXX° primo.

Eredetije a hedervári ltárban, lozsi fasc. 1. NB. 18.

319. *A győri káptalan előtt Potyondy György fiá Miklós, Potyondon egy curiát és három hold földet a Linkó mellett, Péter fiára Istvánra átruház. 1382. jan. 1.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis, memorie commenda . . . . . Laurencius et Johannes de Chapford nos assecuraverint ab una . . . . . Stephanus filius Petri de predicta Pogond coram nobis constituti per prenominatum Nicolaum filium Georgii confessum extitit et relatum ministerio vive vocis, quod fratribus et congeneracionalibus suis omnibus de predicta Pogond super (donacione) seu collacione cuiusdam sessionis vel fundi in eadem possessione Pogond existentis, prefato Stephano filio Petri ipso absente facta, benivolum consensum prebuisset, et prebuisse sive consensisse retulit coram nobis, imo idem Nicolaus filius Georgii prefatum fundum cum suis proventibus eidem Stephano filio Petri et suis heredibus eo modo dedit et contulit nostri in presencia, quemadmodum prenominati fratres et generaciones sui homines in antea, ut premissum est, dedissent et contulissent; et insuper de porcione sua possessionaria in eadem Pogond sub comitatu Soproniensi habita tria iugera terrarum arabilium in loco vel ordine Linko vocato existencia cum campestribus, fenilibus, pascuis et aliis iuribus ad eadem spectantibus modo simili annotato Stephano filio Petri et suis heredibus ad prefatum fundum curie dedisse et contulisse retulit coram nobis perpetuo possidere atque habere, de speciali proximitatis dilectione. Datum in festo

Digitized by Google

Circumcisionis domini anno eiusdem M° CCC° octagesimo secundo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában P. 28. Közölve Kovács Nándor másolatából.

320. *A győri káptalan előtt Deesi István, Dees nevű birtokát Sopron vármegyében, a káptalan ott levő birtokrészének kivételével, Kanizsai Miklósnak és testvéreinek háromszáz harminczkét font fehér denárért eladja.*

1382. febr. 2.

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam intuentibus salutem in eo, qui in se credentibus ianuam aperit beatitudinis, ideo factis modernorum racionabiliter ordinatis cautela scripturarum apponitur, ne posterorum calumniosa temeritas accessum malignandi vel revocandi haberet potestatem. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus fieri manifestum, quod nobilis vir Stephanus filius Pauli filii Dionisii de Dees ad nostram veniendo presenciam extitit confessus ministerio vive vocis in hunc modum, ut ipse totam porcionem possessionariam suam, que ipsum titulo iuris hereditarii in possessione Dees sub comitatu Supproniensi contingeret, salva tamen porcione nostra possessionaria in eadem remanente, cum sessionibus populosis vel desolatis, si que essent, terris arabilibus, incultis, iuribus montanis, pratis, nemoribus, pascuis campestribus, aquis vel aquarum decursibus et aliis quibuscunque utilitatibus et utilitatum integritatibus ad predictam porcionem suam possessionariam spectantibus, prout ipse et sui predecessores tenuissent et habuissent, sub eodem proprietatis gubernaculo pro trecentis et triginta duabus libris denariorum alborum pro nunc in regno currencium, quas quidem rerum quantitates plene et integre recepisse, et sibi persolutas fuisse fatebatur, magistris Nicolao et Johanni preposito ecclesie Strigoniensis, nec non Stephano filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa ac heredibus et successoribus ipsorum vendidisset, dedisset et contulisset, imo supradictus Stephanus filius Pauli filii Dionisii vendidit, dedit et contulit coram nobis, perpetuo iure possidendam,

Digitized by Google

tenendam semper et habendam, nullum ius nullamque proprietatem dominii sibi vel suis successoribus a modo et in posterum in eadem reservando, sed plenitudinem proprietatis, dominiique integritatem cuiuscunque honoris vel census aut proventus eiusdem super prenominatos magistros Nicolaum, Johannem prepositum et Stephanum filios Johannis filii Laurencii et posteros eorumdem transferendo; preterea assumsit eciam supradictus Stephanus filius Pauli, quod quandocunque temporibus successivis annotati magistri Nicolaus, Johannes prepositus et Stephanus filii Johannis aut successores ipsorum pretextu ipsius possessionarie porcionis per quoscunque condicionis homines aggravarentur, vel tedia litis paterentur, ex tunc idem Stephanus filius Pauli vel sui heredes expedire atque in pacifico dominio eiusdem conservare deberent laboribus propriis ipsorum et expensis, ubi autem expedire nollent vel non possent, ex tunc consimilem possessionem vel possessionariam porcionem de libera possessione computatam in certis fructibus vel proventibus supradictis filiis Johannis filii Laurencii statuere et assignare deberent absque litis discussione; universas eciam literas vel literalia documenta factum annotate possessionis vel porcionis possessionarie Dees vocate tangentes vel tangencia, quas vel que sepedictus Stephanus filius Pauli apud se reservando eisdem reddere non potuisset, vanas reddidit vel frivola ac contra presentes exhibitoribus earumdem nocituras vel nocitura. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Purificacionis virginis gloriose, anno domini Millesimo trecentesimo octagesimo secundo; dominis Lorando preposito, Nicolao lectore, Johanne cantore, Dominico custode ceterisque dominis et canonicis ecclesie nostre existentibus et deo famulantibus. Cuius par ad raystrum *(így)* communitatis conscribi fecimus.

Zöld selyem zsinóron függött pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 642. 31. dipl. oszt. 6889.

Digitized by Google

321. *A pozsonyi káptalan előtt Kishöfleini Beled fia Gergely neje, Szentgyörgyi Teumult és Spatai Jánost, Pangard (Kertes) és Nádasd nevű birtokok megszerzésétől tiltja. 1382 máj. 3.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Pauli de Bazti comitatus Supruniensis, ut dicebat, in persona nobilis domine consortis Gregorii filii Beled de Kysheflin et puerorum suorum coram nobis personaliter constitutus, per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, quod prout ipsi percepissent, magister Teumul de Sancto Georgio et Johannes filius Johannis de Spata duas possessiones videlicet Pangard et Nadasd vocatas, in dicto comitatu Soproniensi existentes, precio niterentur comparare, unde prenominatos magistrum Teumul et Johannem et alios quoslibet ab emcione et se intromissione quomodocunque facta vel fienda, specialiter autem dominum nostrum regem a collacione cuipiam, in persona eiusdem domine et puerorum suorum prohibuit contradicendo et contradixit prohibendo iusticia svadente. Datum sabbato proximo post festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° LXXX° secundo.

Papíron, hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 555. 22. dipl. oszt. 6907.

322. *Szécsi Miklós országbiró abban a perben, melyet Kanizsai Miklós Süttör nevű birtok határjárásakor történt ellenmondásért, Ikvai Pető fia Mihály és Endrédi László ellen indított, halasztást ad. Visegrád, 1382. máj. 8.*

Nos comes Nicolaus de Zeech iudex curie domini Lodovici dei gracia regis Hungarie comitatumque Posoniensem tenens pro honore damus pro memoria, quod causam, quam Nicolaus filius Johánnis filii Laurencii de Kanisa, pro quo Nicolaus filius Petri cum procuratoriis literis conventus Zaladiensis astitit, contra Michaelem filium Pethew de Ikua, Ladislaum filium Gregorii de Endred et Sabastianum

Digitized by Google

filium Lucasii de dicta Ikua, pro quibus Nicolaus dictus Forgou cum procuratoriis literis capituli ecclesie Jauriensis comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi beati Georgii martyris, super facto contradiccionis metarum ereccionis possessionis Sether vocate movere habebat coram nobis, de parcium procuratorum voluntate, ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas duximus prorogandam. Datum in Vissegrad, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° octagesimo secundo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárában N. R. A. 214. 1. kivül egykoru irással »solvit actor 4.« az arabs számok ez időben még nálunk ritkábban használtattak.

323. *A győri káptalan Erzsébet királynénak jelenti, hogy Kanizsai János és testvérei, Kövesd nevű birtokhoz, melyet a királytól cserébe kaptak, a völcseji nemesek birtokából nem foglaltak. 1382. máj. 16.*

Excellentissime principisse domine Elizabeth dei gracia inclite regine Hungarie Polonie (Dalmacie) etc. capitulum ecclesie Jauriensis, oraciones in domino humiles et devotas. Vestra noverit regnicolaris celsitudo, quod cum nos receptis reverenter literis vestris preceptoriis pro honorabili viro domino Johanne preposito ecclesie Strigoniensis, specialique capellano vestre maiestatis nobis directis, iuxta continenciam earumdem unacum Johanne filio Andree de Hidueg, serviente magnifici viri comitis Nicolai de Zech iudicis curie regie, dominum Briccium chori nostri presbiterum et magistrum altaris sancti Demetrii martyris in corpore predicte ecclesie nostre existentis, pro nostro testimonio, ad subsequentem inquisicionem faciendam transmisissemus, tandem iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi tercia feria proxima ante festum Ascensionis domini proxime nunc preterita, ad comitatum Soproniensem accessissent, ibique a nobilibus et ignobilibus ac ab aliis cuiusvis status vel condicionis predicti comitatus hominibus, signanter a vicinis et commetaneis possessionis Kevesd vocate, a quibus decens et opportunum fuisset, diligenter et conscienciose inquirendo,

Digitized by Google

talem veritatem scire potuissent, quod supradictus dominus Johannes prepositus et fratres sui, eandem possessionem Kevesd sub eisdem metalibus terminis et limitibus, in quibus tempore concambii a vestra maiestate ad eorum manus recepissent et habuissent, tenuissent et ipsi uterentur et tenerent de presenti, nullamque particulam possessionariam ultra vel extra antiquos terminos metales ipsius possessionis Kevesd de possessionariis iuribus vel porcionibus nobilium de Velchee propria eorum auctoritate mediante occupassent et possedissent, imo nec tenerent in instanti. Datum quarto die termini ipsius inquisicionis, anno domini M° CCC° octagesimo secundo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 5. 9. dipl. oszt. 6922.

324. *A győri káptalan előtt Damonyai Mihály megöletéséért ennek fiait, Teresztyén fia István és Miklós fia Balázs sághi nemesek és Péter fia István szopori nemes, negyven márka denárral kielégitik. 1383. máj. 18.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus, quod Ladislaus filius Michaelis de Damanya pro se et pro Nicolao fratre suo, cuius gravamen in presenti causa in toto super se assumsit, ad nostram veniendo presenciam extitit confessus oraculo vive vocis, quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum compositoriarum et obligatoriarum pro morte annotati Michaelis patris ipsorum, Stephanus filius Terestyen et Blasius filius Nicolai nobiles de Saag, nec non Stephanus filius Petri nobilis de Zopor quadraginta septem marcas denariorum, marcam quamlibet cum decem pensis computando, in tribus terminis, videlicet in octavis festi Omnium Sanctorum sedecim marcas, in octavis diei Cinerum similiter sedecim marcas et in octavis festi Penthecostes proxime nunc consequenter preteritis quindecim marcas denariorum salvis none et decime partibus coram nobis dare et solvere debuissent, tandem ipsis terminis solucionum occurrentibus supradicti Stephanus filius Terestyen, Blasius filius Nicolai et Stephanus filius

Digitized by Google

Petri, prout debuissent, predictas quadraginta septem marcas denariorum debito modo persolvissent, imo persolverunt coram nobis; super quibus solucionibus rerum annotatus Ladislaus filius Michaelis sua, ac pretitulati Nicolai, nec non Egidii fratrum suorum, quorum omnium, ut premissum est, gravamina in toto super se assumsit in hac parte, super facto mortis pretitulati Michaelis patris ipsorum supradictos nobiles, videlicet Stephanum filium Terestyen, Blasium filium Nicolai et Stephanum filium Petri ac filios, fratres et quoslibet proximos ipsorum expeditos reddidit et absolutos coram nobis, tali vinculo moderaminis interposito, quod quandocunque iidem filii Michaelis videlicet Ladislaus, Nicolaus et Egidius, aut proximi ipsorum racione mortis annotati Michaelis pretitulatos nobiles aut heredes ipsorum in litigionali processu perturbarent, extunc ab huiusmodi perturbatoribus supradictus Ladislaus filius Michaelis expedire teneretur propriis suis laboribus et expensis, prout ad hec se idem Ladislaus sponte obligavit nostri in presencia. Datum secundo die festi sancte Trinitatis, anno domini Millesimo CCC° LXXX° tercio.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a Zeke családnak a vármegye ltárában letett irományai között.

325. *Garai Miklós nádor Ajkai János, Miklós és Pál között egy részről, más részről pedig Szécsi Miklós országbiró közt, Bálintfölde nevü, Lozs és Pinnye nevü birtokok közt fekvő birtokrész iránt folyt pert, az országbiró részére kedvezőleg dönti el. Visegrád, 1383. máj. 23.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Johannes filius Ladislai de Lednek, pro magistris Johanne et Nicolao filiis Johannis de Ajka cum procuratoriis literis capituli ecclesie Vesprimiensis, iuxta continenciam ipsarum literarum nostrarum in octavis diei medii Quadragesime proxime preteritis in figura nostri iudicii comparendo, contra magnificum virum comitem Nicolaum de Zeech iudicem curie

Digitized by Google

regie, ipsa causa de presencia eiusdem comitis Nicolai eo, quod eadem ipsum tangeret, nostram in presenciam transmissa, quasdam literas capituli ecclesie Castriferrei formam possessionarie recaptivacionis, contradictorieque inhibicionis et citacionis in se continentes, dominoque Lodovico pridem inclito regi Hungarie domino nostro ad suum literatorium preceptum rescriptas, tenoremque literarum ipsius domini nostri regis ipsi capitulo directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem iamdictorum magistrorum Johannis et Nicolai literis contineri in eisdem, nobis presentavit, declarantes, quod cum prefatus dominus noster rex quandam possessionem Balenthfelde vocatam in comitatu Soproniensi habitam nomine possessionis Johannis filii Jacobi de Gyuro, hominis sine herede decedentis, mediantibus aliis suis literis regiis exinde confectis Johanni filio Johannis de Ayka, ac per eum Nicolao, et Paulo fratribus suis contulerit, fidelitati igitur annotati capituli Castriferrei firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus ad faciem dicte possessionis, vicinis et commetaneis suis universis legitime convocatis et presentibus accedendo introduceret ipsum Johannem filium Johannis et fratres suos supradictos in dominium eiusdem, statueretque ipsam eidem Johanni et fratribus suis nove donacionis sue titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui apparerent, citaret eosdem contra annotatum Johannem et fratres suos in suam regiam presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec seriem premissorum, ut fieret expediens, sibi fideliter rescriberet capitulum Castriferrei prenotatum. Ipsum itaque capitulum preceptis regiis obedire cupiens, ut tenetur, una cum Benedicto filio Pauli de Derenchen homine regio, ipsorum hominem videlicet Georgium chori ecclesie eorum sacerdotem ad premissa peragenda pro testimonio transmisissent, tandem iidem ad ipsum capitulum reversi eidem concorditer retulissent, quod ipsi die dominica proxima ante festum beati Georgii martyris in anno proxime transacto preterita ad faciem premisse possessionis Balenthfelde vocate, vicinis

Digitized by Google

et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum ipsum Johannem filium Johannis et fratres eiusdem supradictos in dominium ipsius introducere et eandem eis iure ipsis incumbenti statuere voluissent, Nicolaus filius Michaelis de Eguuruar in persona prefati comitis Nicolai huiusmodi introduccioni et statucioni possessionarie contradixisset, quare iidem regius, et prescripti capituli Castriferrei homines eundem comitem Nicolaum eodem die et in facie premisse possessionis contra annotatum Johannem et dictos fratres eiusdem ad quindenas termini prenotati in presenciam pretacti domini nostri regis citavissent racionem contradiccionis sue redditurum. De hinc prefatus Johannes filius Ladislai procurator memoratorum magistrorum Johannis et Nicolai prescriptam possessionem Balenthfelde vocatam in dicto comitatu Soproniensi inter possessiones Pwnye et Loos habitam, nomine possessionis prefati condam Johannis filii Jacobi de Gyuro, hominis sine herede decedentis, annotatis magistris Johanni et Nicolao, ac Paulo filiis Johannis, ipsorumque successoribus et posteritatibus universis, pro fidelitatibus et serviciis ipsius Johannis filii Johannis, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub suis veris metis et antiquis, quibus eadem per priores suos possessores habita extitisset et possessa per prefatum dominum nostrum regem Lodovicum perpetuo et irrevocabiliter sine preiudicio iuris alieni datam, donatam et collatam fuisse exhibicione literarum eiusdem domini nostri regis in villa Valkou feria sexta proxima post festum Pasche domini in anno eiusdem proxime transacto preteritum sub secreto suo sígillo patenter emanatarum declarans, ipsumque Paulum filium Johannis medio tempore ab hac luce decesisse referens, racionem premisse contradictorie inhibicionis per memoratum comitem Nicolaum iudicem curie regie assignari postularat coram nobis; quo percepto prefatus Nicolaus filius Michaelis de Eguruar pro eodem comite Nicolao cum procuratoriis literis eiusdem in nostram presenciam exurgendo, predictam possessionem Loos dicti Johannis filii Jacobi eidem comiti Nicolao titulo regie collacionis attinere debere, ipsamque possessionem Balenthfelde

Digitized by Google

vocatam habitatoribus destitutam ad eandem possessionem Loos spectare, intraque metas eiusdem adiacere, et ex eo prescripto tempore statucionis eiusdem premissam prohicionem in persona ipsius comitis Nicolai factam fuisse referens, ibidem et in instanti in horum verborum suorum certificacionem quasdam literas prefati domini nostri regis Lodovici, Bude, feria sexta proxima ante dominicam Judica ín predicto anno domini proxime transacto preterita, sub maiori suo sigillo patenter confectas, nostrum iudiciarium produxit in conspectum sua serie eatenus nos informantes, quod prefatus dominus noster rex Lodovicus consideratis et in memoriam sue celsitudinis revocatis gratuitis et acceptis fidelitatibus et fidelium serviciorum laude dignis meritis, quibus prefatus comes Nicolaus de Zeech, iudex curie sue, sibi et sacre corone sue regie sub diversitate locorum et temporum cum omni sinceritatis zelo, fidelitatis fervore et sollicitudine continua coram oculis sue maiestatis graciosum se reddere studuisset et acceptum, quandam possessionem Los vocatam, condam Andree et Johannis filiorum Jacobi absque heredum solacio decessorum, in comitatu Soproniensi existentem, ac de regni sui aprobata consvetudine requirente manibus suis regiis devolutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinencium integritatibus sub eisdem metis et metarum distinccionibus, quibus eadem possessio per predictos filios Jacobi habita fuisset et possessa, eo iure, quo ad suam regiam pertinere dinosceretur collacionem, prefato comiti Nicolao nec non Francisco, Johanni, Nicolao et Petro filiis eiusdem comitis Nicolai, ipsorumque successoribus atque posteritatibus dedisset, donasset et contulisset perpetuo et irrevocabiliter fedele sue regie nove donacionis titulo possidendam, tenendam et habendam, salvo iure alieno. Quarum quidem literarum prefati domini nostri regis Lodovici per dictos procuratores prescriptarum utrarumque parcium productarum exhibicionibus factis, eisdem dictarum parcium suo modo perlectis et expositis, iidem procuratores parcium predictarum eisdem partibus in premissis iuris equitatem per nos pecierant elargiri iusticia mediante. Verum licet prefatus dominus noster Lodovicus rex prescriptam posses-

Digitized by Google

sionem Balenthfelde vocatam in dicto comitatu Soproniensi inter predictas possessiones Pwnnye et Los vocatas habitam, condam prefati Johannis filii Jacobi de Gyuro hominis sine herede decessi, prelibatis magistris Johanni, Nicolao et Paulo filiis Johannis de Ayka ipsorumque successoribus pro fidelibus serviciis ipsius Johannis, in predicta feria sexta post iamdictum festum Pasche domini in predicto anno eiusdem proxime transacto preteritum, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis sub suis veris metis et antiquis, ut premittitur, perpetuo contulerit, tamen quia idem dominus noster rex Lodovicus prius et in antea, videlicet feria sexta proxima ante dictam dominicam Judica in eodem anno domini proxime elapso preterita, dictam possessionem Loos vocatam in sepedicto comitatu Soproniensi existentem, memoratorum Andree et Johannis filiorum Jacobi, hominum sine heredum solacio defunctorum, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciarum integritatibus sub eisdem metis et metarum distinccionibus, quibus ipsa possessio Loos per predictos filios Jacobi habita fuisset et possessa prefato comiti Nicolao ac filiis suis prelibatis ipsorumque successoribus et successorum posteritatibus iure perpetuo dedisse, donasse et contulisse ex predictis literis per ipsum procuratorem dicti comitis Nicolai de Zech productis reperiebatur, prefatus eciam procurator ipsius comitis Nicolai eandem possessionem Balenthfelde ad dictam possessionem Loos pertinere. intraque metas eiusdem adiacere, ut premittitur, referebat, prelibatusque procurator memoratorum Johannis et Nicolai per nos trina vice imo pluries legitime requisitus, eosdem Johannem et Nicolaum dominos suos, hoc ut eadem possessio Balenthfelde vocata ab ipsa possessione Loos per se alia et metaliter distincta possessio sit et existat, intraque metas eiusdem possessionis Loos non adiaceret, nullo literali vel aliquo alio evidenti documento ad tunc vel in futurum comprobare non posse indicarat, pro eo prefatus dominus noster rex Ludovicus prenotatam possessionem Balentfelde appellatam, per nos et regni proceres nobiscum in examine ipsius cause existentes previis racionibus ad dictam possessionem Loos vocatam prius per ipsum

Digitized by Google

prelibato comiti Nicolao et filiis suis antedictis eorumque successoribus, ut prefertur, perpetuo datam pertinere agnitam, pretactis Johanni, Nicolao et Paulo filiis Johannis secundarie dare et conferre de iure non valuisse, eaque racione idem Johannes et Nicolaus ipsam possessionem Balenthfelde vocatam, titulo regie donacionis sibi vendicare non posse, nobis et dictis regni proceribus cernebatur, pro eo nos eorumdem regni procerum consilio saniori assumto ipsam possessionem Balenthfelde nominatam, veluti ad dictam possessionem Loos pertinentem prefato comiti Nicolao de Zeech iudici curie regie ac annotatis filiis suis ipsorumque posteritatibus universis ex premisso regie collacionis titulo adiudicantes, et eisdem modo infrascripto simulcum dicta possessione Loos statui committentes, amiciciam prelibati capituli Castriferrei literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo noster infradeclarandus ad facies prelibatarum possessionum Loos nuncupate et Balenthfelde vocate ad dictam possessionem Los, ut prefertur, pertinentis, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, ipsam possessionem Balentfelde vocatam, contradiccione predictorum magistrorum Johannis et Nicolai ac aliorum quorumlibet non obstante, dictam vero possessionem Loos, si per aliquos non fieret contradictum, memorato comiti Nicolao et filiis suis antedictis ipsorumque successoribus eo iure, quo eis ex premisso titulo regie collacionis dinoscerentur pertinere, statueret et committeret perpetuo possidendas; si vero in facto dicte possessionis Loos appellate per quospiam contradiccio facta existeret, ex tunc huiusmodi contradictores contra prefatum comitem Nicolaum et filios suos antedictos racionem contradiccionis eorum reddituros ad quindenas festi beati Georgii martyris tunc venturas nostram citaret in presenciam, et post hec seriem ipsius possessionarie statucionis cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui in facto prescripte possessionis Loos, ut prefertur, existerent, ad easdem quindenas festi beati Georgii martyris nobis amicabiliter rescriberet capitulum Castriferrei prenotatum; tandem ipsis quindenis festi beati

Digitized by Google

Georgii martyris instantibus, Michael literatus pro ipso comite Nicolao cum procuratoriis literis eiusdem in nostram accedendo presenciam, quasdam literas predicti capituli Castriferrei super premissis rescripcionales nobis presentavit, hunc tenorem continentes: Magnifico viro domino Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici comanorum domino et amico ipsorum honorando capitulum ecclesie Castriferrei amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod cum nos receptis literis vestris formam iudicii et sentenciarie commissionis vestre exprimentibus, una cum Lukasio filio Ladislai de Ollar homine vestro, honorabilem nostrum magistrum Michaelem socium et concanonicum nostrum ad ea, que in premissis literis vestris continerentur peragenda pro testimonio transmisissemus, tandem iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in quindenis festi Pasche domini proxime preteritis ad facies possessionum Loos nominate et Balenthfelde vocate, ad dictam possessionem Loos, ut fertur, pertinentis, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, eandem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis magnifico viro comiti Nicolao de Zeech iudici curie regie maiestatis iure ipsi incumbenti perpetuo possidendas et habendas statuissent et commisissent nemine contradictore existente et inibi apparente. Datum decimo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC° octuagesimo tercio. Quibus quidem literis exhibitis et tenoribus earumdem intellectis, quia prefati noster et capituli homines ipsam possessionem Loos et possessionem Balenthfelde vocatam ad eandem Loos pertinentem presentibus vicinis et commetaneis suis prefato comiti Nicolao de Zeech nemine contradictore apparente statuisse ex tenore predictarum literarum eiusdem capituli Castriferrei reperiebantur; pro eo una cum baronibus et regni nobilibus nobiscum in iudicio adherentibus easdem possessiones Loos nominatam, et Balenthfelde vocatam, ad eandem possessionem Loos pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis annotato comiti Nicolao de Zeech iudici curie regie et suis successoribus universis eo iure, quo sibi dinoscuntur pertinere, relinquimus

Digitized by Google

et commisimus perpetuo et irrevocabiliter possidere, tenere, pariter et habere, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes eidem comiti Nicolao concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autẽntici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Vyssegrad, sedecimo die quindenarum festi beati Georgii martyris predictarum, anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo tercio supradicto.

Zöld és sárga selyem-zsinóron függő ép pecséttel; eredetije a hédervári ltárban, lozsi fasc. 19.

326. *Mária királyné Hof és Menhart (Mannersdorf) nevű most Ausztriához tartozó, akkor Sopron vármegyei a Sár (Lajta) folyó mellett fekvő birtokokért, Tarján nevű Heves vármegyei királynői birtokot, Szécsení Konya bán fiának Franknak Vas, Zala és Sopron vármegye főispánjának cserébe adván, a budai és váczi káptalanoknak erről szóló okleveleit átírja és megerősíti. 1383. jun. 28.*

Maria dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque regina princeps salernitana et honoris montis Sancti Angeli domina, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presencium continenciam audituris, salutem in omnium salvatore. Ut ea, que geruntur in tempore, apud posteros inviolabiliter perseverent, literarum solent testimonio perennari inconcussum, namque id permanet, quod regio patrocinio fuerit communitum, proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod serenissimo principe domino Lodovico eadem dei gracia illustrissimo rege Hungarie Polonie Dalmacie etc. genitore nostro carissimo, laudande recordacionis, volente domino celi, cuius nutu omnia reguntur, disponuntur, absque prole masculina de medio sublato, nobisque iure successoris et ordine geniture coronam et solium dicti regni Hungarie ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, fidelis noster magister Frank filius condam domini Konye bani filii condam domini Thome voivode, comes comitatuum Castriferrei, Zaladiensis et Supruniensis, ad nostre serenitatis veniendo presenciam, ex-

Digitized by Google

hibuit nobis quasdam duas literas privilegiales, unam capituli ecclesie Budensis, super concambiali permutacione cuiusdam possessionis nostre regalis Toryan vocate in comitatu Heueswyuariensi adiacentis per nostram maiestatem, unacum quibusdam possessionibus eiusdem magistri Frank Howff et Mendharth vocatis in comitatu Suproniensi iuxta fluvium Saruize habitis, et aliam capituli ecclesie Waciensis super legitima statucione, eiusdem possessionis Toryan appellate pro eodem magistro Frank facta confectas, tenorum et continenciarum per omnia infrascriptarum, supplicans exinde nostre maiestati humiliter et devote, ut easdem presentibus literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri et transscribi faciendo acceptare, approbare, ratificare et nostro pro eodem ac suis heredibus dignaremur privilegio perpetuo confirmare. Quarum unius, videlicet ipsius capituli Budensis tenor talis est: Capitulum ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod honorabili viro domino Johanne preposito et prelato nostro, comiteque capelle regie maiestatis, pro serenissimo principe domina nostra domina Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. cum procuratoriis literis eiusdem ad infrascriptam possessionariam permutacionem faciendam specialiter emanatis ab una, item magistro Frank filio condam domini Konye bani, personaliter parte ab altera coram nobis constitutis, per eosdem propositum extitit ministerio vive vocis et relatum in hunc modum, quod ipsi scilicet domina nostra regina et magister Frank in quibusdam eorum possessionibus infranominandis tale concambium seu permutacionem inter ipsos in evum duraturum fecisset et ordinassent, quod predicta domina nostra regina quandam possessionem suam reginalem Taryan appellatam in comitatu Heueswyuariensi adiacentem, simulcum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, sub veris suis metis et antiquis, quibus eadem per priores suos possessores actenus habita fuisset et possessa memorato magistro Frank in filios filiorum suorum, ac heredum per heredes dedisset, tradidisset et contulisset; e converso autem

Digitized by Google

idem magister Frank quasdam possessiones suas Howfh et Menharth vocatas in comitatu Suppruniensi, iuxta fluvium Sarvyzy habitas, ipsum materno iure tangentes, simili modo cum omnibus earum utilitatibus, utilitatumque integritatibus et pertinenciis universis similiter sub suis veris metis, terminis et limitacionibus, quibus eedem per ipsum hucusque tente extitissent et possesse, prelibate domine nostre regine in concambium prescripte possessionis Taryan vocate dedisset, tradidisset et contulisset, imo prefati dominus Johannes prepositus vice et nomine ipsius domine nostre regine, virtute procuratoria supradicta et magister Frank, sicut premittitur, personaliter dederunt, tradiderunt et contulerunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas; assummentes nihilominus prelibatus dominus prepositus modo quo supra stando, annotatum magistrum Frank et suos successores in dominio prelibate possessionis Taryan, et suarum utilitatum, dictus vero magister Frank ipsam dominam nostram reginam suasque successivas posteritates in dominio prememoratarum possessionum Howfh et Menharth, suarumque utilitatum quarumcunque quietos, pacificos, illesos et indemnes contra quoslibet conservare et ab omnibus racione previa inquietare volentibus defendere et expedire, suis propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales sigillique nostri munimine roboratas alphabeto intercisas duximus concedendas. Datum per manus discreti viri Nicolai lectoris ecclesie nostre predicte, feria tercia proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo CCC° octuagesimo tercio; presentibus viris discretis Andrea cantore, Stephano custode, Benedicto, Nicolao, Michaele et aliis canonicis in eadem ecclesia nostra deo iugiter famulantibus. Alterius vero litere scilicet dicti capituli Waciensis tenor sequitur in hec verba: Capitulum ecclesie Wachiensis omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Universorum quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum harum serie declaramus noticie, quod nos literas statutorias excellentissime principis domine Marie dei gracia illustris regine Hungarie Dal-

Digitized by Google

macie Croacie etc. domine nostre graciose maiori sigillo suo consignatas ex parte magistri Frank filii condam Konye bani nobis presentatas, omnimoda qua decuit recepimus reverencia in hec verba: Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus suis capitulo Wachiensi salutem et graciam. Dicit nobis magister Frank filius condam domini Konye bani, quod ipse in dominium cuiusdam possessionis sue Taryan vocate, in comitatu de Hewes existentis, per nostram maiestatem in concambium quarumdam possessionum suarum Horph *(így)* et Menhardt vocatarum in comitatu Sopruniensi habitarum, sibi datarum et collatarum legitime vellet introire, si contradiccio cuiuspiam sibi non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus de Katha vel Johannes filius Beek, altero absente homo noster ad faciem predicte possessionis Taryan appellate vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum magistrum Frank in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem sub premisso titulo concambiali perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum magistrum Frank in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis ipsorum reddituros; et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem vel nomina contradictorum et citatorum, si qui fuerint, cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno domini Millesimo CCC° LXXX° tercio. Nos igitur mandatis eiusdem domine nostre regine cupientes obedire semper, ut tenemur, unacum prelibato Ladislao de Katha antedicta, homine suo, Nicolaum chori nostri presbiterum ad premissa sua mandata reginalia fideliter exequenda pro nostro testimonio transmisimus fidedignum, qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturum, ad faciem prescripte possessionis Taryan vocate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime

Digitized by Google

convocatis et presentibus accedendo introduxissent annotatum magistrum Frank in dominium ipsius, statuissentque eandem eidem magistro Frank sub premisso titulo concambiali perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine consignatas eidem duximus concedendas. Datum per manus honorabilis et discreti viri Mathie lectoris ecclesie nostre predicte, die dominico videlicet quarto die diei statucionis predicte, anno ut supra; presentibus itaque honorabilibus et discretis viris, Demetrio cantore, Andrea custode, Michaele Neugradiensi, Jacobo Pestiensi, Raymundo de Zolnuk, Martino Chungradiensi, Georgio de Szygethfew archidiaconis, ceterisque canonicis in eadem ecclesia nostra iugiter deo famulantibus et devote. Nos itaque premissis humillimis supplicacionibus ipsius magistri Frank nobis per ipsum porrectis reginali pietate exauditis clementerque admissis, consideratis nihilominus fidelitatibus et fidelitatum multimodis serviciis eiusdem magistri Frank, quibus idem primum predicto genitori nostro et demum nobis in diversis eiusdem et nostris expedicionibus et regni nostri negociis prosperis et adversis, non parcendo rebus et persone, diversis fortune casibus se pro nostri regii regiminis exaltacione submittendo, studuit et adhuc studet intrepide nostre complacere maiestati, pretactas literas privilegiales dictorum capituli Budensis et Waciensis presentibus de verbo ad verbum insertas ex certa nostra sciencia quoad omnes earum clausulas et continencias, de consensu et beneplacita voluntate serenissime principis domine Elizabeth premissa dei gracia regine Hungarie Polonie Dalmacie etc. genitricis nostre carissime prelatorumque et baronum regni nostri consilio prematuro acceptamus, ratificamus ac pro eodem magistro Frank suisque heredibus ac successoribus universis, nostro privilegio perpetuo valere confirmamus, salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo

Digitized by Google

patris et domini Demetrii miseracione divina tituli sanctorum Quatuor coronatorum sacro sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, sancte Strigoniensis ecclesie gubernatoris perpetui, locique eiusdem comitis similiter perpetui et aule nostre fidelis cancellarii, anno domini Millesimo CCC° octuagesimo tercio, quarto kalendas Julii regni autem nostri anno secundo; reverendissimis et venerabilibus in Christo patribus eodem domino Demetrio gubernatore ecclesie Strigoniensis perpetuo, Lodovico Colocensi, Petro Jadrensi, Vgulino Spalatensi et Vgone Ragusiensi archiepiscopis, Emerico Agriensi, Paulo Zagrabiensi, Gublino Transsilvaniensi, Valentino Quinqueecclesiensi decretorum doctore, Johanne Waradiensi, Guillermo Jauriensi, Benedicto Vesprimiensi, Johanne Chanadiensi, Georgio Boznensi, Petro Vaciensi, Johanne Sirimiensi, fratre Dominico Nitriensi, Paulo Tininiensi, Demetrio Nonensi, Grisogono Traguriensi, Matheo Sibinicensi, Stephano Pharensi, Jacobo Makarensi, Michaele Scardonensi et Thoma Seniensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Corbaviensi sede vacante. Magnificis viris Nicolao de Gara regni nostri palatino et iudice comanorum, Ladislao voivoda Transsilvano et comite de Zonuk, comite Nicolao de Zeech iudice curie nostre, Stephano de Lindua tocius regni Sclavonie, Stephano filio condam domini Stephani bano Dalmacie et Croacie ac Stephano filio Philippus de Machou banis, Nicolao dicto Zambou tavarnicorum, Blasio dicto Forgach pincernarum, Nicolao filio Nicolai de Telegd ianitorum, Ladislao filio Nicolai de Wessen dapiferorum et Stephano filio condam domini Dionisii voivode agazonum nostrorum magistris, predicto Nicolao dicto Zambou comite Posoniensi aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 694. 16· dipl. oszt. 7019. 7022.

327. *A győri káptalan előtt Köcski Tamás fia Farkas, Perezniei Istvánt Chel nevű birtoknak eladásától, Hédervári Jakabot és Jánost pedig annak megvételétől tiltja. 1383. aug. 29.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis damus pro memoria, quod Farcasius filius Thome de Kuchk ad nostram veniendo

Digitized by Google

presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit, quod prout ipse percepisset Stephanus filius Stephani de Pereznie quandam possessionem suam Chel vocatam in comitatu Soproniensi existentem, Jacobo filio Hedrici et Johanni fratri eiusdem de Hedrehuara vendere et a se alienare niteretur, cum tamen dicta possessio Chel racione consanguineitatis et proximitatis ad emendum et pro pignore recipiendum sibi magis quam aliis competeret, unde facta huiusmodi protestacione prefatum Stephanum filium Stephani a vendicione, impignoracione et alia quavis a se alienacione dicte possessionis Chel, predictos vero Jacobum et Johannem filios Hedrici et alios quoslibet ab emcione et sibi perpetuacione ac pignori recepcione dicte possessionis et a se quovis modo in eandem intromissione factis vel faciendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis testimonio presencium mediante. Datum sabbato proximo post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini M° CCC° octuagesimo tercio.

Papíron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije a hg. Batthyányi cs. körmendi ltárában. Szóról szóra hasonló megintés történt Garai Miklós nádor előtt, ugyanesak Köcski Farkas részéről Pereszniei István ellen »Ceel" nevű birtok elidegenítése miatt; az erről szólló oklevél megvan u. o. Pereznie alatt, értsd a mai Czinfalvát (Siegendorf), Ceel vagy Chel alatt pedig a mai Rustot.

328. *A pozsonyi káptalan bizonyítja, hogy Potli Tamás fia János, Lozsi Jakab fiának Imrének, Tard nevű birtok ára fejében kilenczven font denárt megfizetett. 1383. oct. 1.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum nos receptis literis nostris obligatoriis et composicionalibus formam et seriem cuiusdam solucionis nonaginta librarum denariorum inter Emericum filium Jacobi de Loos ab una, ex altera vero parte Johannem filium Thome de Pothly confectis et denotantibus nobisque per hominem eiusdem Johannis exhibitis, iuxta continenciam earumdem Demetrium chori nostri clericum ad videndum et discussionem subsequentis solucionis pro testimonio trans-

Digitized by Google

misissemus, tandem idem homo noster ad nos reversivus *(igy)* nobis retulit isto modo, quod ipse in festo beati Michaelis archangeli proxime nunc preterito ad civitatem Soproniensem per ipsum Johannem adductus extitisset, ibique idem Johannes filius Thome predicto Emerico filio Jacobi de dicta Loos presentibus ipso et iuratis civibus dicte civitatis Supruniensis dictas nonaginta libras denariorum pro tempore currencium, quamlibet libram sex pensis computando, iuxta seriem et continenciam dictarum literarum nostrarum obligatoriarum racione universorum suorum iurium in possessione Tord vocata in comitatu Supruniensi existentis *(igy)* ipsum contingencium persolvisset plene et integre; memoratus vero Emericus rehabitis ipsis nonaginta libris denariorum universa iura sua in dicta possessione Tord, ut premittitur, ipsum contingencia penitus et in toto eidem Johanni filio Thome et per eum suis heredibus heredumque suorum posteritatibus perpetue et irrevocabiliter dedisset, tradidisset et contulisset tenenda et possidenda, quelibet vero literalia instrumenta super premissis iuribus suis in iamdicta possessione Tord vocata habitis contra ipsum Johannem emanata et confecta reddidisset et commisisset cassa, friola *(igy)* et viribus caritura; assumsit eciam idem Emericus eundem Johannem et ipsius heredes racione premissorum suorum iurium ab omnibus generacionibus et proximis suis defensare et in dominio eorumdem iurium suorum conservare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercio die festi predicti beati Michaelis archangeli anno domini Millesimo tricentesimo octauagesimo tercio.

A budai káptalannak 1410. évi átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 593. 22. dipl. oszt. 4758.

329. *A zalavári convent előtt Ludbreghi Chuz bán utódai, Zemenyei Chykos Miklóst Szántó (Ottova) nevű birtok elidegenitésétől tiltják. 1384. jun. 5.*

Nos conventus monasterii sancti Adriani martyris de Zala memorie commendamus, quod Paulus magnus filius

Digitized by Google

Johannis de Polyana, nobilis comitatus de Warasd, ad nostram accedendo presenciam in personis Johannis et Stephani filiorum magistri Nicolai filii Johannis dicti Chwz condam bani de Ludbregh, Nicolaum dictum Chykos filium Johannis filii Mark de Zemenye, Petrum et Gaspar filios suos a vendicione, impignoracione et perpetuacione cuiusdam possessionis ipsorum Zantou et alterius similiter Zantou vocatarum in comitatu Soproniensi habitarum et alia quavis a se alienacione, ipsum Nicolaum dictum Chykos facie ad faciem nostri in presencia repertum, alios vero quospiam et specialiter vicinos et commetaneos earumdem possessionum ab emcione, comparacione, pro pignore recepcione et se in dominium earumdem quoquomodo intromissione facta vel facienda prohibuit coram nobis et inhibuit contradicendo. Datum in festo sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° LXXX° quarto.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Körmenden a hg. Batthyányi cs. ltárában.

330. *A győri káptalan előtt Asszonfalvi Ostfi Ferencz, Potyondy Miklóst Németi nevű birtok elfoglalásától tiltja. 1384. aug. 6.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis damus pro memoria quod ..... filius Maurici officialis de Heulgeoz in persona magistri Francisci de Azunfalua domini sui ad nostram veniendo presenciam per modum protestacionis et prohibicionis nobis significavit, quod Nicolaus filius Thome de Pothyund quandam porcionem possessionariam de possessione annotati magistri Francisci Nempti vocata indebite segregando pro se occupari sibique statui fecisset in preiudicium predicti magistri Francisci valde magnum; ideo ipse videlicet Jacobus officialis vice et nomine supradicti domini sui prenominatum Nicolaum filium Thome ab occupacione sibique statui faccione prenotate possessionarie porcionis prohibuit contradicendo coram nobis. Datum sabbato proximo ante festum sancti Laurencii martyris, anno domini M° CCC° LXXX° quarto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában.

Digitized by Google

331. *A vasvári káptalan Mária királynénak jelenti, hogy a midőn Ostfi János panaszára a királyné rendeletét Fraknói Miklós fiának Pálnak megmutatták, ő annak elfogadását megtagadta. 1385. jan. 27.*

Serenissime principi domine Marie dei gracia inclite regine Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domine ipsorum metuende capitulum ecclesie Castriferrei oraciones (in filio) virginis (gloriose). Literas vestre serenitatis summo cum honore noveritis nos recepisse in hec verba: Maria dei gracia regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Clemens de Zygeth, vel Jenslinus de Boza, sive Thomas filius Reke de Mestur, sin Clemens filius Lorandi de Mestur aliis absentibus homo noster alias literas nostras cum presentibus vobis exhibendas Paulo filio condam comitis Nyklini de Frahno et iudicis nostris *(így)* de Suprunio pro magistro Johanne filios Osl directas eisdem exhibeat et presentet, et quicquid iidem visis ipsis literis nostris fecerint vel responderint nobis fideliter rescribatis. Datum in Saxardia, feria quinta proxima ante festum beatorum Sebastiani et Fabiani martyrum, anno domini M° CCC° octagesimo quinto. Nos enim vestre serenitatis preceptis in omnibus fideliter obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Clemente de Zygeth homine vestro hominem nostrum dominum Jacobum chori ecclesie nostre presbiterum ad premissa peragenda pro testimonio transmisimus, demum iidem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima ante festum purificacionis beate Marie proxime preterita, cum premissas alias literas vestre serenitatis prefato Paulo exhibere et presentare voluisset, idem Paulus ipsas intueri penitus recusasset. Datum sexto die termini prenotati anno domini ut supra.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

332. *A vasvári káptalan előtt Frankói András és fia László, Frankó, Gyiróth és Ombus nevű birtokok egy harmad részét, Frankói Antalnak és Benedeknek átengedik. 1386. jan. 20.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Benedicto filio Johannis filii Geus et Anthonio filio Michaelis filii dicti Johannis de Franklo ab una, parte vero ab altera Andrea filio Petri et Ladislao filio eiusdem de eadem Franklo, coram nobis personaliter constitutis, confessum extitit per eosdem pariter et assertum eo modo, ut ipsi ordinantibus plurimis probis et nobilibus viris super universis causis usque ad hec tempora inter se iniuriose habitis, signanter super facto possessionum Franklo predicte, Gerolth et Ombus vocatarum in comitatu Supruniensi habitarum, in quarum facto inter ipsos litis materia suscitata diuciusque ventillata extitisset concordassent et concordarunt coram nobis isto modo, ut iidem Andreas et Ladislaus filius suus universas et quaslibet literas ipsorum tam regias quam capitulorum et conventuum ac aliorum iudiciariorum et iudicum regni in facto premissarum possessionum per ipsos et condam dominum Stephanum archiepiscopum Colociensem proximum eorum usque emanacionem presencium sub quacunque forma verborum contra annotatos Benedictum et Anthonium ac eorumdem predecessorum confectas et emanatas cassas et vanas ac frivolas viribusque carituras commiserunt, nec non rectam et equalem terciam earumdem possessionum partem pleno iure prefatis Benedicto et Anthonio, eo quod easdem in toto earumdem et ipsorum predecessorum fuisse agnovissent et remiserunt et resignarunt, hoc declarato, quod iidem Benedictus et Anthonius ipsos Andream et Ladislaum filium suum in aliis duabus partibus possessionum predictarum laboribus et instrumentis contra quoslibet lite mediante inquietantes conservare easdemque possessiones a manibus aliorum de presenti deliberare teneantur, prout per partes predictas extitit ordinatum et

Digitized by Google

voluntarie assumtum coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in quindenis festi Epiphanie domini, anno eiusdem M° CCC° LXXX° sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 40. 39. dipl. oszt. 7186.

333. *Bebek Imre országbiró abban a perben, mely Sarrod birtok iránt Agyagosi Péter s Domokos bán fia Miklós és Asszonyfalvi János fia Ferencz közt folyt, halasztást ad. Buda, 1386. máj. 8.*

Nos comes Emericus Bubeck iudex curie regie damus pro memoria, quod causam quam Anthonius filius Petri de Agyagus, contra magistrum Nicolaum filium condam Dominici bani et Franciscum filium Johannis de Azunfalua, iuxta continenciam literarum comitis Johannis de Kapla pridem similiter iudicis curie regie prorogatoriarum, super facto contradiccionis statucionis cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Sariad vocata habite, in octavis festi beati Georgii martyris movere habebat coram nobis, de reginali literatorio mandato pro ipsis partibus nobis allato, ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas duximus prorogandam. Datum Bude, octavo die termini prenotati, anno domini M° CCC° LXXX° sexto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában.

334. *A vasvári káptalan előtt Agyagosi Zeure Péter fia Antal, Lövő és Egyházaskér nevű birtokok között fekvő Pusztakér nevű birtokát, Höfleini Wolfart fiának Merthnek zálogba adja. 1386. jun. 7.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Anthonius filius Petri dicti Zeure de Agyagus comitatus Supruniensis coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse quandam suam porcionem possessionariam Puztakeer vocatam, inter possessiones Lewen et Eghazaskeer vocatas in dictoque comitatu Supruniensi habitam et adiacentem, cum omnibus

Digitized by Google

suis utilitatibus et pertinenciis universis Meerth filio Wolfardy de Heuflyngh, Elene et Elizabet vocatis filiabus eiusdem pro sexaginta talentis seu libris denariorum promtorum impignorasset imo impignoravit coram nobis isto modo, ut a die emanacionis presencium semper in octavis festi Penthecostes pro premissa summa pecunie et non in estimacione redimere teneatur, usque quod tempus redemcionis idem Anthonius ipsum Meerth et filios eiusdem ab omnibus lite mediante inquietantibus expedire et in eadem conservare teneretur propriis laboribus suis et expensis, si vero id facere nollet vel non posset, ex tunc in alia possessione sua tantam et tam utilem eidem Meerth et filiabus suis sub premisse impignoracionis titulo dare et assignare teneatur testimonio presencium mediante. Datum in octavis festi Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° octuagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az Ostffy cs. ltárában

335. *Zsigmond király Kanizsai Miklós Vas és Sopron vármegyék főispánjának meghagyja, hogy a Kürtösmagyari hirályi kürtösöket a Kapuvárához tartozó iváni királyi jobbágyok ellen, birtokaikban megvédelmezze. Buda, 1387. apr. 24.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fideli suo magistro Nicolao filio Johannis de Kanysa comiti Castriferrei et Soproniensis comitatuum vel vicecomitibus et castellanis eiusdem modernis scilicet et futuris, salutem et graciam. Conqueritur nobis Michael filius Petri de Kyrtwsmagyara sua, item Michaelis filii Stephani et aliorum fratrum et consanguineorum suorum de eadem in personis, quod populi et iobagiones nostri de Iwan ad castrum nostrum Kapu pertinentes, non modicas terrarum ipsorum particulas, signanter silvas eorumdem inter metas et veros cursus metales dicte possessionis eorum Kyrtwsmagyara vocate existentes, propria eorum auctoritate mediante occupantes, contra ipsorum voluntatem eisdem indebite uterentur, ipsique magnas quantitates frugum

Digitized by Google

in dictis terris prefatorum tubicinatorum nostrorum, a tribus annis incipiens, que eorum fuissent obvenciones, usque modo recipi fecissent, in detrimentum iuris eorum valde grande, literatenum edictum olim excelsi principis domini Lodovici regis Hungarie super reformacione premissorum ipsis iniunctum parvipendendo in hac parte, quo damna perpessi essent valde magna; verum cum nos prefatum Michaelem nec non fratres et consangvineos eiusdem nostros scilicet tubicinatores, eorum iuribus iustis et legitimis frustrari non velimus, fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus predictis terris et silvis ipsorum tubicinatorum nostrorum, quas intra metas dicte possessionis ipsorum iuste et racionabiliter ad ipsos pertinere fore cognoveritis, ipsos iobagiones nostros contra eorumdem tubicinatorum nostrorum voluntate uti non permittatis modi aliquali, de premissis frugibus per eosdem, ut premittitur, receptis, eisdem respondendo et satisfaccionem exhibendo congruentem. Ne iidem tubicinatores nostri, super his de cetero nostre querulantur maiestati, aliud pro nostra gracia non facturi. Presentes autem post earum lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Bude, in festo beati Georgii martyris, anno domini Millesimo CCC° LXXX° septimo.

Papíron, belől pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 22. 5 dipl. oszt. 7260.

336. *A vasvári káptalan előtt Lőrincz fia János, Bozty (Dasztifalu) nevű birtokban egy telket és két hold földet Bolhádi Miklósnak zálogba ad. 1387. máj. 1.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memoria commendamus, quod Johannes filius Laurencii de Bozty coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse unum locum sessionis sue in premissa possessione sua in ordine sessionum a meridie habitum, cum quadam particula terre sue ab eadem parte in latitudine duorum iugerum terrarum longitudine vero usque terminos eiusdem possessionis sue adiacenti, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis, Nicolao filio Johannis de Bolhad pro sex marcis promtorum denariorum gravis ponderis impignorasset imo impignoravit coram nobis isto modo, ut

Digitized by Google

a die datarum presencium usque spacium decem annorum redimere non possit, sed post quandocunque poterit et voluerit pro premissa summa pecunie liberam habebit redimendi facultatem, gravamine quolibet non obstante, testimonio presencium mediante. Datum in festo beatorum Philipi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCC° octuagesimo septimo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics cs. ltárában. Ignota misc. 76.

337. *A kőszegi várnagy előtt a borsmonostori apát, Locsmándon az Angermühl nevű malmot, hetven három font szerecsen denárért megvásárolja. 1387. jul. 22.*

Ich Heron von Raezow zu den zeyten purckraff zu Guns vergich vnd tun chunt allen den dy den prieff sehent oder horent lesen, dy nun lebent oder hernach chunifftig sint, daz für mich chomen ist der apt zu sand Marienperg und dez veriechen hat, daz er ain mull chaufft hat gelegen zu Leuczmanspurkch dy do hayzt dy angermüll vmb drew vnd LXXIII phunt zerreczhyn von Fridlem mit der Hawn pürger zu Odenwurch alzo beschaydenerleich, daz der vorgenannt Fridel der Haun dem vorgenanten apt vnd couent dy vorgenannt mull gefreyt hat vor allensam geben gegenwurtigen vnd chunifftigen vor aller ansprach vnd irrung. Zu ainem waren vrchund vnd lemptiger zeugnus der sach geb wir vm dem vorgenanten apt vnd couent dy mull auff vnd den prieff behangen mit vnserem anhangenden Insigl. Gegeben nach Cristi gepurd drevczen hundert Jar darnach in dem syben vnd achczygisten Jar an sand Maria Magdalentag.

Hártyaszalagon függött pecsét nyomaival; eredetije az országos ltárban N. R. fasc. 349. Nro. 30, dipl. oszt. 7288.

338. *A győri káptalan előtt Lozsi Tamás fia János, Lozs nevű birtokban a maga részét, a feje váltságára szükségelt száz font denárért Lozsi Jakab fiának Imrének újra elzálogítja. 1388. mart. 7.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris

Digitized by Google

salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus fieri manifestum, quod Johannes filius Thome de Los ad nostram personaliter veniendo presenciam, ministerio vive vocis est confessus in hunc modum, quod ipse porcionem suam possessionariam in eadem Los habitam, que videlicet possessionaria porcio apud Emericum filium Jacobi prius per ipsum fuisset impignorata, nunc eidem Emerico ipsam possessionariam porcionem suam in eadem Los habitam pro centum libris denariorum, quamlibet libram per sex pensas computandorum, pro liberacione a vinculo captivitatis capitis sui pignori obligasse, imo obligavit coram nobis, talibus condicionum obligaminibus intersertis, quod quandocunque idem Johannes filius Thome ipsam suam porcionem possessionariam in eadem Los habitam ab ipso Emerico redimere voluerit, tunc exclusa omni estimacione, sed pro promta pecunia, et persolutis prius ipsis centum libris denariorum eidem Emerico et depositis, tunc ipsam porcionem possessionariam suam ab ipso Emerico rehabere valeat, atque possit. Datum sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini Millesimo CCC° LXXX° octavo; presentibus honorabilibus viris Andrea preposito, Johanne cantore et altero Johanne custode ceterisque dominis et canonicis dicte ecclesie nostre iugiter deo famulantibus. Par vero eiusdem in registrum communitatis conscribi facimus.

Zöld selymen függő ép pecséttel; eredetije a hédervári ltárban. Los NB. I. 20.

339. *A győri káptalan előtt Harkai István fia Péter és ennek fia István, Sopron város határának mentén Egered nevű erdejüket, Sopron város birájának és polgárainak kétszáz márka denárért zálogba adják. 1388. apr. 5.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ac futuris, presencium noticiam habituris, salutem in eo, qui dat in se omnibus credentibus vitam sempiternam. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus fieri manifestum,

Digitized by Google

quod nobilis vir Petrus filius Stephani de Harka et Stephanus filius suus ab una, parte vero ex altera providus vir Johannes filius Johannis dicti Sumuchunpfenneig iudex civitatis Soproniensis in sua et tocius communitatis dicte civitatis personis coram nobis personaliter constituti, per eosdem Petrum filium Stephani et Stephanum filium eiusdem expositum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi quandam silvam eorum hereditariam, habitam iuxta metas dicte civitatis Soproniensis adiacentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis ad eandem silvam spectantibus sub eisdem metis et terminis, sub quibus predecessores ipsorum et ipsi possedissent et tenuissent, prefato iudici et universis civibus dicte civitatis Soproniensis pro ducentis marcis denariorum viennensium, marcam quamlibet cum decem pensis computando plene iam ab eisdem perceptis et habitis pignori obligassent et obligaverunt coram nobis tamdiu tenendam et habendam, quousque premissis rerum quantitatibus ab eisdem redimere poterunt, medio vero tempore contra quoslibet impetitores in dominio dicte silve Egered vocate propriis eorum laboribus et expensis tenebuntur conservare. Ad quos predicti Petrus filius Stephani et Stephanus filius eiusdem se spontanea eorum voluntate obligaverunt coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum octavo die festi Pasche domini, anno eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo nono; presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Andrea preposito, Laurencio lectore, Johanne cantore, Demetrio custode ceterisque dominis et canonicis ecclesie nostre existentibus ac deo devote famulantibus; cuius par ad registrum communitatis conscribi fecimus ulteriorem rei ad cautelam.

Zöld zsinóron függő pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában. Lad. G. I. 28. Ugyanott meg van 27. sz. a. a vasvári káptalan levele, hogy 1388. máj. 27-én »Ladislaus filius Dionisii de Harka sua ac Nicolai et Johannis carnalium nec non Stephani filii Petri de eadem« Sopron város lakosait Eghered nevű birtok elfoglalásától tiltották.

Digitized by Google

340. *Zsigmond király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Szigeti Fülöpöt Czenk nevű birtok egy részébe iktassa be. Visegrád, 1388. máj. 24.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in persona Philipi filii Petri de Zygeth, quod ipse in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Chenk vocata habite, in comitatu Supruniensi existentis, ipsum titulo concambiali tangentis legitime vellet introire, si contradiccio cuiuspiam ei non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus aut Nicolaus de Harkan, sin Nicolaus aut Demetrius, vel Elias de Molnar aliis absentibus homo noster ad faciem predicte possessionarie porcionis Chenk vocate, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Philipum filium Petri in dominium eiusdem, statuatque eandem sibi premisso iure perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra prefatum Philipum filium Petri nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsius introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, in octavis festi Penthecostes, anno domini M° CCC° octagesimo octavo.

A vasvári káptalan 1388. évi a veszprémi káptalan ltárában őrzött jelentéséből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül meg történt; a jelentés külső lapján XIV. század végéről való irással ez áll: »litera Philippi filii Petri de insula fratrum heremitarum prope Kethyda concambialis«.

341. *Zsigmond király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Kanizsai János esztergomi választott érseket, a hűtlen Endrédi Zaaz Mátyás Endréd nevű birtokába és egyéb jószágaiba iktassa be. Visegrád, 1388. jun. 20.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo

Digitized by Google

ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Noveritis nos universas possessiones et porciones possessionarias Mathie dicti Zaaz filii Nicolai de Endred nostri notorii infidelis, presertim Endred predicta in comitatu Supruniensi et alias ubicunque existentes, cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis, reverendo in Christo patri domino Johanni archielecto confirmato Strigoniensi, ac viro magnifico domino Nicolao magistro tavarnicorum nostrorum ac Stephano filiis condam magistri Johannis de Kanysa, ipsorumque domini Nicolai et Stephani dumtaxat heredibus per alias literas nostras perpetuo contulisse; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Harkal, vel Nicolaus de eadem, aut Michael de Eburgeulch, sin Stephanus filius Galli de Valth aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos dominum Johannem archielectum ac dominum Nicolaum nec non Stephanum in dominium earumdem, statuatque easdem, cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinenciis, eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, contradiccione dictorum *(igy)* nostrorum infidelium heredum ac cognatorum suorum non obstante, contradictores vero alii, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos dominum Johannem archielectum et magistrum Nicolaum et Stephanum fratres suos nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem; et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus villarum et contradictorum ac evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo post festum beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini M° CCC° LXXX° octavo.

A vasvári káptalannak 1388. évi jelentéséből, mely szerint a beiktatás nemcsak Endréden, hanem Szergén nevű birtokban is minden ellenmondás nélkül megtörtént; a jelentés eredetijét az orsz. ltárban őrzik. N. R. A. 95. 8. dipl. oszt. 7413.

Digitized by Google

342. *A nyitrai káptalan bizonyítja, hogy Koloni Mihály a számkivetett Koloni Lászlónak több Nyitra vármegyei, valamint Zaka és Zeky nevű Sopron vármegyei birtokait a birói zálogból kiváltotta. 1388. jun. 29.*

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus, quod Petrus filius Ladislai de Kalaz ad nostram personaliter veniendo presenciam proposuit et confessus extitit in hunc modum, quod Michael filius Nicolai de Kolon universas possessiones videlicet Koachy et Peschen vocatas ac porciones possessionarias in possessionibus predicta scilicet Kolon et Gerencher in Nitriensi ac Zaka et Zeky vocatis in Swproniensi comitatibus existentibus habitas Ladislai filii Peteu de dicta Kolon, per iuratos et assessores in congregacione generali universitati nobilium predicti Nitriensis et Trenchiniensis comitatuum, pridem videlicet feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis proxime preteritum propre civitatem Nitriensem celebrata in numerum proscriptorum et cetum notoriorum malefactorum assignati, et ea racione predicta iura possessionaria ipsius Ladislai per magnificum virum dominum Stephanum palatinum occupata, pro octuaginta marcis denariorum, marcam quemlibet decem pensis computando, a manibus dicti domini Stephani palatini sine omni defectu eidem persolutis redemisset seu remutasset; unde ipse Petrus in persona dicti domini Stephani palatini domini sui, presentibus Nicolao filio Pauli vicecomite ac Paulo filio Leustasy, Andrea de Walkaz, Jacobo filio Assa de Kyurth et Paulo dicto Fodor iudicibus nobilium comitatus Nitriensis prenotati, prefatas possessiones et possessionarias porciones superius enumeratas, cum universis earum utilitatibus quovis nomine vocitatis ad easdem spectantibus, annotati Michaeli filio Nicolai in eisdem octuaginta marcis denariorum remisisset et resignasset, imo remisit et resignavit modo premisso pacifice et quiete possidendas et tenendas coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo CCC° LXXX° octavo.

Hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban a gr. Forgács cs. ltárában.

Digitized by Google

343. *Zsigmond király Kanizsai János esztergomi érseknek és testvéreinek megengedi, hogy Kismarton városába zsidókat telepíthessenek, meghatározván ezek jogait és kötelezettségeit. Buda, 1388. oct. 4.*

propria commissio domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nos reverendo in Christo patri et domino domino Johanni archiepiscopo alme ecclesie Strigoniensis aule nostre et reginalis maiestatis eximio cancellario, nec non viro magnifico Nicolao magistro tavarnicorum nostrorum multiphariis preclaris fidelitatibus ac virtuosis innumeris obsequiis, laudedignisque uberimis serviciis per eosdem iugiter insigniteque et fideliter sacro regio diademati et per consequens nostre et ipsi reginali maiestatibus in cunctis nostris et regni nostri validis agendis et arduis expedicionibus summa cum diligencia, agilitate strennua ac laboriosa ipsorum sincera dulia locis et temporibus incumbentibus iuxta nostrum et regnicolarum nostrorum eximium decus et commoditatis ingens incrementum exhibitis et impensis (non mo)dicum requirentibus, unacum ipsa reginali maiestate conthorali scilicet nostra precara ac prelatis et baronibus regni nostri mature ex inde deliberantes ex sanccioneque et beneplacita voluntate eorumdem mera auctoritate et ex gracia speciali nostre maiestatis annuimus et in evum concessimus et perenniter atribuimus ac presentis carminis vigore huiusmodi libertatis prerogativam concedimus, ut ipsi et eorumdem dumtaxat viri magnifici Nicolai et Stephani fidelium nostrorum heredes et superstites universi iudeos extra terminos regni nostri solummodo ubique incolatum habentes undecunque, quandocunque et quomodocunque poterint et maluerint liberam, meram et tutam ad civitatem ipsorum Kysmarton nuncupatam in comitatu Soproniensi nunc erga manus ipsorum pacifice habitam, murorum munimine vallatam, moraturos transducendi ac iuxta libitum voluntatis ipsorum iugiter in evum omnino ipsis iudeicis legibus ac libertatum quibus-

Digitized by Google

libet prerogativis et iuris firmitatibus, quibus ceteri iudei in civitatibus nostris regalibus Budensi scilicet et Soproniensi incolatum habentes, presertim in recepcione, retencione ac venundacione vagiorum et quarumlibet rerum mobilium et immobilium, pretextu fenoris ad manus ipsorum quoquomodo deventorum, funguntur et gaudent fructuros ex presenti nostra graciosa annuencia et ilibate gavisuri conservandi ac inibi commorandi causa collocandi et quibuslibet redditus et singulas collectas et cuncta dacia nec non quelibet iudicia ac servicia solita pro tempore in dicto regno nostro emergencia, presertim personam et fiscum nostre regie maiestatis et successorum nostrorum quoquomodo tan(gencia et) concernencia, pro se ipsis et eorum commodo a prefatis iudeis exigendi, perenniter suscipiendi et effective recipiendi liberam, plenam et prorsus absolutam habeant postestatem et omnimodam perpetuo duraturam facultatem, harum nostrarum patrocinio literarum. Qua propter vobis fidelibus nostris universis comitibus et iudicibus ac rectoribus iudeorum intra ambitum regni nostri existencium, modernis scilicet et futuris, firmissime precipiendo mandamus, quatenus a modo et deinceps pro collectis exigendis et iudicia seu sentencia facienda et proferenda, ad dictos iudeos in ipsam civitatem Kysmarton appellatam commorandi causa modo antelato, de partibus extra limites regni nostri situatis, adductos et adducendos curam, potestatem et iurisdiccionem vestram extendere et in aliquo articulo vos intromittere nullatenus presummatis nec sitis ausi modo aliquali, ipsos iudeos in omnibus premissis expeditos, quitatos *(igy)* et prorsus supportatos relinquendo in persona et ex parte nostre maiestatis, et aliud facere non ausuri. Presentes autem dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude, die dominico proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo.

Belől gyürü-pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 726. 21. dipl. oszt. 7443.

Digitized by Google

344. *Zsigmond király Kismarton városában vásártartási jogot engedélyez. 1388. oct. 4.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos sicut pro utilitate et commodo regnicolarum nostrorum sic non minus ad supplicacionis instanciam reverendissimi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi Strigoniensis aule nostre et reginalis maiestatis summi cancellarii fidelis nostri dilecti, ad liberam suam civitatem Kysmarton vocatam, penes castrum suum Zarkw vocatum habitam, nundinas seu forum annuale singulis annis in festivitatibus scilicet decolacionis beati Johannis Baptiste et sancti Lamperti episcopi et aliis diebus opportunis ipsum festum precedentibus et subsequentibus, more et adinstar aliarum nundinarum in civitate nostra Budensi celebrari consvetarum graciose celebrare annuendo duximus concedendas, sine tamen preiudicio et destruccione aliarum nundinarum vicinarum et comprovincialium. Vos itaque universos et singulos mercatores et alios quoslibet forenses homines affidamus et assecuramus per presentes, quatenus ad dictas nundinas seu forum annuale modo prehabito ex presenti nostre concessionis annuencia celebrari commissas cum omnibus vestris rebus et mercibus veniatis, et negociaciones vestras in emcionibus et vendicionibus rerum vestrarum exerceatis nundinis in eisdem, peractisque inibi vestris premissis negociacionibus ad propria vel ad alia loca, que tenditis, libere procedatis et secure sub nostra proteccione et tutela speciali; et hec volumus in foris et locis publicis ubique palam facere promulgari. Datum Bude, die dominico proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° LXXX° octavo.

Belől gyürü-pecsét nyomaival; eredetije az orsz. llárban N. R. A. 726. 19. dipl. oszt. 7442.

Digitized by Google

345. *Zsigmond király a vasvári káptalant kiküldi, hogy Veytan István fiait és ennek osztályos rokonait szóllitsa fel, hogy Nygvan (Ligvánd) nevű birtokban Büki Venczel és Miklósnak osztály részét adják ki. Nagyvárad, 1389. máj. 22.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Venczelai filii Stephani de Byk et Nicolai filii Laurencii de eadem, fratris patruelis eiusdem Venczelai, quod ipsi a Johanne et Stephano filiis Stephani dicti Veytan de Nygwan et Jacobo filio Fintha ac Michaele et Petro filiis Andree de eadem fratribus ipsorum condivisionalibus, porcionibus possessionariis in dicta Nyguan ipsos communiter tangentibus divisionem habere vellent congruentem, regni nostri lege requirente; super quo fidelitati vestre precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Megyes, vel Nicolaus de Almas, aut Stephanus filius Jacobi de Sceleste, an Dionisius filius Petri de Kewked, sin Jacobus de Wla aliis absentibus homo noster ad predictos Johannem, Stephanum, Jacobum, Michaelem ac Petrum accedendo divisionem in dictis porcionibus possessionariis prefatis Venczelao et Nicolao dari petat verbo nostro, qui si dederint, bene quidem, alioquin citet dictos Johannem, Stephanum, Jacobum, Michaelem et Petrum contra annotatos Venczlaum ac Nicolaum in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem; et post hec ipsius divisionis seriem vel nomina citatorum, si necesse fuerit, terminumque assignatum nobis fideliter rescribatis. Datum Varadini, feria sexta proxima ante festum beati Vrbani pape, anno domini M° CCC° LXXX° nono.

A vasvári káptalannak 1389-ben kelt bizonyságleveléből, mely szerint a kivánt osztály rész az illetőknek kiadatott, a vasvári káptalan oklevele megvan eredetben a vármegye ltárában a Zeke cs. irományai között, 13. 1.

Digitized by Google

346. *János győri püspök Kanizai Miklóst királyi tárnokmestert, a locsmándi kerületből járó tizedért, száz font bécsi denár megfizetéséről nyugtatja. Győr, 1389. dec. 8.*

Nos Johannes dei et apostolica gracia episcopus Jauriensis, memorie commendamus, quod magnificus vir dominus Nicolaus filius Johannis de Kanysa magister tavarnicorum regalium occasione decimarum nostrarum cultelli Luchmaniensis centum libras denariorum viennensium, pro quibus eandem nostram decimacionem anno dumtaxat pro presenti conduxerat a nobis, dedit et persolvi fecit realiter plene et integre, prout nobis premissorum racione tenebatur; super quibus centum libris denariorum viennensium nobis, ut prefertur persolutis, eundem dominum Nicolaum filium Johannis de Kanysa reddimus quitum pariter et absolutum vigore presencium mediante. Datum Jaurini, in festo concepcionis beate virginis Marie, anno domini M° CCC° LXXX° nono.

Papíron, belől a szöveg alatt vörös viaszba nyomott gyürü-pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 71. 36. dipl. oszt. 7540.

347. *Zsigmond király a pannonhalmi conventet kiküldi, hogy a Kanizsaiakat Row nevű vár birtokába iktassa be. Buda, 1390. apr. 17.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie salutem et graciam. Cum nos castrum Raw dictum in comitatu Soproniensi existens, quod pridem Henslini, Michaelis, Stephani ac Ladislai de eodem prefuisse dinoscitur, propter ipsorum infidelitatis perniciem in aliis literis nostris expressam ab eisdem duxerimus aufferendum, ipsumque fidelibus nostris reverendissimo in Christo domino Johanni archiepiscopo Strigoniensi ac viro magnifico domino Nicolao de Kanisa tavarnicorum nostrorum magistro ac nobili Stephano iuniori fratri ipsorum pro fidelitatibus ipsorum per alias literas nostras nove nostre donacionis titulo perpetuo contulerimus, ipsis-

Digitized by Google

que idem statui facere volumus regni consvetudine requirente, fidelitati igitur vestre firmis damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius Bekew de Kerechen, vel Ladislaus de Harkal, aut Stephanus filius Pethew de Pethewhaza, sin Michael magnus de Keled, neve Thomas filius Tywan de Beky *(így)* aliis absentibus homo noster, ad faciem dicti castri vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocando et presentibus accedendo, introducat eosdem dominos Johannem archiepiscopum ac Nicolaum tavarnicorum nostrorum magistrum et Stephanum in dominium eiusdem castri et eius pertinenciarum, statuatque idem eisdem premisse nostre donacionis titulo perpetuo possidendum contradiccione dictorum Henslini, Michaelis, Stephani et Ladislai non obstante, si qui vero alii contradictores apparuerint, citet ipsos contra prefatos dominum Johannem archiepiscopum ac Nicolaum tavarnicorum nostrorum magistrum et Stephanum fratrem ipsorum nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem; et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem et si necesse fuerit nomina contradictorum et citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, in dominica misericordia domini post octavas Pasche, anno domini M° CCC° nonagesimo.

A pannonhalmi conventnek 1390-ben kelt s a beiktatásról szóló jelentéséből, melyet Zsigmond király »decimo kalendas Junii« 1390-ben jeles alaku oklevelében átirt és megerősített, mely megvan az orsz. ltárban N. R. A. 565 23. dipl. oszt. 7603, s melyet Zsigmond király Kanizsai János, István és az akkor már elhalt Kanizsai Miklós fiai János és István kérésére 1406-ban »nono kalendas Februarii« kelt privilegiumában ismét megerősitett, melynek eredetije megvan u. o. N. R. A. 563. 49. dipl. oszt. 7589. Ugyanott megvannak Zsigmond királynak és Mária királynénak, a Kanizsaiak részére 1390-ben kiadott oklevelei Row váráról, N. R. A. 563. 36. dipl. oszt. 7587. 7588. és 563. 50. dipl. oszt. 7590. 7592. Zsigmond király adomány levelét Fejér Gy. is közli i. m. X. 1. 586. Row várát tévesen Zalavármegyében helyezettnek mondván. Megvan továbbá az orsz. ltárban N. R. A. 587. 17. dipl. oszt. 6883. a győri káptalannak egy oklevele 1382. évről, mely szerint »nobilis vir Ladislaus filius Nicolai de Roy« birtok részét »in castro et in villa Roy sub comitatu Mosoniensi« Szentgyörgyi Temul grófnak kir. tárnokmesternek kétszáz font bécsi denárért eladja.

Digitized by Google

348. *A vasvári káptalan előtt több ládonyi nemes azt a pert, melyet Ládony nevű birtokban bizonyos birtok rész iránt folytattak, megszünteti. 1390. jul. 11.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Johannes dictus de Erdel filius Stephani de Ladon ab una, parte vero ab altera Matheus et Paulus filii Nicolai, Gregorius filius Georgii, Andreas et Johannes filii Michaelis eorum ac Petri et Stephani fratrum ipsorum, Andreas filius Stephani, Johannes filius Lucasii sua ac Blasii Andree et Dominici filiorum suorum, Michael filius Johannis sua ac eiusdem Johannis patris, Stephani, Thome et Pauli fratrum suorum, Petrus filius Cosme sua ac eiusdem Cosme patris sui, item idem Michael et Petrus in personis Blasii filii Nicolai et Thome filii Anthonii, Michael filius Emerici sua ac eiusdem Emerici patris, Johannis et Sefredi fratrum suorum in personis, Gregorius filius Nicolai sua ac Clementis, Bartholomei et Johannis filiorum suorum, item Petri filii Johannis et Georgii filii eiusdem Petri, Stephani filii Laurencii et Michael filius Beke sua ac Stephani filii Nicolai in personis, quorum honus et gravamen per omnia super se assumserunt, nobiles de dicta Ladon nostri in presencia personaliter constituti ministerio vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi super universis causis usque ad hec tempora inter se iniuriose habitis, signanter super facto possessionariarum porcionum Johannis filii Petri in dicta Ladon apud manus annotati Johannis dicti de Erdel emcionis titulo habite, ac Michaelis filii Jacobi in dicta Ladon existentis concordassent et concordarunt coram nobis isto modo, ut idem Johannes dictus de Erdel premissam possessionariam porcionem annotati Johannis filii Petri prescriptis nobilibus p(leno) iure pacifice remisit, in huius autem recompensam prefati nobiles premissam possessionariam porcionem annotati Michaelis filii Jacobi prefato Johanni dicto de Erdel dederunt, donarunt et contulerunt partibus predictis premissa *(igy)* cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis iure perpetuo irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidere, tenere, pariter et habere testimonio pre-

Digitized by Google

sencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum feria secunda proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris, anno domini M° CCC° nonagesimo; prepositura vacante, viris discretis magistris Mathia cantore, Valentino custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártya-szalagon függött pecsét nyomaival, felül chyrographummal; erédetije a N. Muzeumban.

349. *A győri káptalan, Zsigmond királynak jelenti, hogy Kanizsai János esztergomi érseket és testvéreit Léka és Sárvár várak úgy Csepregh és Szigeth nevű mezővárosak és tartozékaik birtokába beiktatta. 1390. aug. 23.*

Illustrissimo principi domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie ac marchioni Brandenburgensi etc. domino ipsorum gracioso, capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in domino humiles et devotas. Vestra noverit regalis serenitas literas vestras statutorias sub secreto sigillo vestro consignatas pro venerabili in Christo patre domino Johanne archiepiscopo ecclesie Strigoniensis necnon domino Nicolao magistro tavarnicorum vestrorum ac magistro Stephano aule vestre iuveni, filiis scilicet Johannis filii Laurencii de Kanisa, nobis directas cum summa obediencia nos recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicunt nobis reverendissimus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus ecclesie Strigoniensis necnon magnificus vir dominus Nicolaus magister tavarnicorum nostrorum ac magister Stephanus aule nostre iuvenis, filii scilicet Johannis filii Laurencii de Kanisa, quod ipsi in dominium quorumdam duorum castrorum nostrorum Lewka et Sarvar appellatorum necnon oppidorum Chepregh et Zigeth nominatorum in comitatu Soproniensi habitorum et existencium, ac

Digitized by Google

cunctarum pertinenciarum utilitatum et proprietatum eorumdem ipsis impignoracionis titulo iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum pertinencium legitime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam eis non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael filius Bekew de Kerenchen vel Iohannes aut Ladislaus de Harkal sin Emericus filius Benedicti de Zelestyen aliis absentibus homo noster ad facies dictorum castrorum Lewka et Sarvar ac oppidorum Chepreg et Zigeth nominatorum et cunctarum pertinenciarum, utilitatum et proprietatum eorumdem vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat ipsos dominum Johannem archiepiscopum ac magistros Nicolaum et Stephanum in dominium eorumdem statuatque eadem castra et oppida cum ipsorum pertinenciis, utilitatibus, proprietatibus et villis universis eisdem premisso impignoracionis titulo possidenda et habenda, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos dominum Johannem archiepiscopum et magistros Nicolaum ac Stephanum in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem, et tandem ipsorum castrorum et oppidorum statucionis seriem cum nominibus villarum ad eadem spectancium ac utilitatum, proprietatum, tributorum et pertinenciarum earumdem necnon contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Zolii in festo beati Jacobi apostoli, anno domini Millesimo tercentesimo nonagesimo. Nos enim mandatis vestre excellencie in omnibus obedire volentes, ut tenemur, una cum prefato Michaele filio Bekew de Kerenchen homine serenitatis vestre in eisdem literis vestris inter ceteros nominaliter conscripto hominem nostrum videlicet honorabilem virum dominum Johannem cantorem ecclesie nostre socium et concanonicum nostrum ad premissa suo modo peragenda et fideliter exequenda pro testimonio transduximus fidedignum, qui postmodum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria

Digitized by Google

quarta proxima videlicet in festo beati Laurencii martyris nunc proxime preterito in oppidum Chepreg accessissent vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus ipsis domino Johanni archiepiscopo Strigoniensi et suis fratribus dictum oppidum Chepregh cum universis suis obvencionibus et proventibus ac tributo inibi exigi consveto: item feria quinta immediate subsequenti post predictum festum sancti Laurencii ad castrum Lewka accessissent predictum castrum cum universis suis villis scilicet Lewka, Farkasfalva, Bodonya similiter cum tributo ibidem exigi consveto, Pergelim eciam cum tributo, Lachofalva, Salamonfalva, Longau alio nomine Langerth, Gyerhard nec non tributo in dicta villa Lewka exigi consveto, Kwesd, Lennek, Kewholm cum tributo, Derfwl, Pulya similiter cum tributo, ibidem singulis diebus exigi consveto; demum die dominico similiter immediate subsequenti videlicet in festo Assumcionis virginis gloriose ad castrum Sarvar accessissent, primo dictum castrum similiter cum universis suis villis et tributis in subsequentibus oppido et villis exigere consvetis ac aliis utilitatibus ad eundem castrum pertinentibus scilicet Ewlbew, Chene in qua molendinum super fluvio Gwnges volveretur, Hegfalu, Chalad cum tributo fori, Laak, Chanyg, Semyen, Kylsewsar similiter cum tributo fori diebus sabathis exigere consveto, oppidum Sar in insula Szigeth alio nomine, simul cum tributo omni die exigi consveto, Ikerwar cum molendinis ac eciam tributo inibi exigi consveto, Newger ac Soltum ad prefatum castrum Sarvar spectantibus primo universis earumdem villarum vicinis et commetaneis inibi legitime convocatis presentibus eorumdem premissa castra et oppida necnon villas sub limitibus et terminis sub quibus idem dominus noster rex possedisset et tenuisset, pretitulatis venerabili in Christo patri domino Johanni archiepiscopo Strigoniensi ac magistris Nicolao et Stephano filiis Johannis filii Laurencii de Kanisa sub premisso impignoracionis titulo possidenda et habenda statuissent, et uti commisissent, nullo penitus ibidem nec coram nobis contradictore apparente. Datum quinto decimo die ultime diei statucionis prenotate, anno domini superius expresso.

Digitized by Google

Papíron, hátlapján pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 7. 41. dipl. oszt. 7633. 1390-ben Lőrincz napja szerdára, nagy asszony ünnepe pedig hétfőre esvén, az oklevélben az a mondat, hogy »die dominico videlicet in festo Assumcionis beate virginis« tollhibából eredhet.

350. *A vasvári káptalan előtt az Osl nemzetségből való Cykus Miklós fiai, Zanthou (Ottova) nevű birtokukat a Bulka vagy Selegh folyó mellett fekvő Nádas nevű réttel együtt, Asszonfalvi Ostfi Jánosnak eladják. 1390. oct. 15.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes significamus quibus expedit universis, quod Petrus et Gaspar filii Nicolai dicti Cykus de Zanthou Soproniensis comitatus de genere Osl, ut asseruerunt, coram nobis personaliter constituti ministerio vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi quindecim fundos curiarum ipsorum iobagionales integros in premissa possessione Zanthou vocata ab ecclesia beati Andree apostoli in eadem fundata versus orientem in ambabus lineis vicinatim habitos, videlicet rectam et equalem dimidietatem eiusdem possessionis apud manus ipsorum sub forma concambii habite, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis signanter terris arabilibus, silvis, pratis et nemoribus, aquis et virgultis ac aliis ad dictam medietatem possessionis memorate spectantibus et pertinentibus, notanter medietatem patronatus iuris ecclesie antedicte, magistro Johanni filio Johannis filii Osl de Azzonfalva, Gregorio, Ladislao et Sigismundo filiis eiusdem magistri Johannis proximis ipsorum pro trecentis et quinquaginta talentis seu libris denariorum latorum viennensium plene, ut asseruerunt, ab eisdem receptis vendidissent et tradidissent iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidere, tenere pariter et habere, imo vendiderunt et tradiderunt coram nobis; item unum pratum ipsorum Nadasreth dictum iuxta fluvium Bulka alio nomine Selegh dictum a parte orientali intra terminos premisse possessionis ipsorum Zanthou habitum pleno iure eisdem magistro Johanni et filiis suis antedictis sub feodo seu pacto feodali modo simili perpetuo irrevocabiter in filios filiorum

Digitized by Google

et heredum per heredes possidere, tenere pariter et habere collocarunt et tradiderunt nostri in presencia isto modo, ut iidem magister Johannes et filii sui antedicti, eorumdemque successores singulis annis quintam dimidiam pensas denariorum viennensium ecclesie memorate et in eadem nunc et pro tempore famulantibus solvere teneantur, hoc eciam adiecto et per eosdem filios Nicolai dicti Cykus assumto, ut ipsi et ipsorum posteritates ipsos magistrum Johannem et filios suos pretitulatos ac eorumdem successores ab omnibus racione premissorum lite mediante inquietantibus expedire et in eisdem conservare teneantur propriis laboribus ipsorum et expensis testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum pridie festi beati Galli confessoris, anno domini M° CCC° nonagesimo; honorabili viro domino Georgio preposito, viris discretis magistris Mathia cantore, Valentino custode, Petro decano, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

A vasvári káptalannak 1395-ben kelt átiratából melynek eredetije az Ostffy cs. ltárában őríztetik.

351. *Zsigmond király az örökös nélkül elhalt Pathli Lamer Márton fia Istvánnak birtokrészét Pathli és Büdöskut nevű birtokban, Pathli Tamás fia Jánosnak adományozza. Buda, 1391. jun. 17.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum laudedignis meritis, quibus fidelis noster Johannes filius Thome de Pathly nostris et regni nostri negociis et expedicionibus prosperis et adversis hactenus complacuit et complacere anhelat in futurum, in quorum premissorum serviciorum recompensam aliqualem, quasdam porciones possessionarias in possessionibus Pathly prefata et Bydeskuth nuncupatis habitas, in comitatu Soproniensi existentes, que olim

Digitized by Google

Stephani filii Martini dicti Lamer de Pathly memorata, hominis sine heredum solacio defuncti, prefuisse dinoscuntur, et que ad nostram maiestatem rite devolute existunt, cum omnibus earumdem utilitatibus, utputa culturis montanorum, terris cultis et incultis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, rivulis et ceteris quibuscunque integritatibus et pertinenciis earumdem universis quomodolibet vocitatis sub ipsarum veris metis et antiquis, quibus eedem per dictum Stephanum filium Martini de prefata Pathly tente fuerunt et possesse, ac omni eo iure, quo nostre spectant collacioni, antefato Johanni filio Thome de dicta Pathly et per eundem suis heredibus heredumque suorum successoribus et posteritatibus universis, de manibus nostris regiis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas salvo iure alieno, harum nostrarum testimonio literarum, quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude, tercio die festi beatorum Viti et Modesti martyrum, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo.

Zsigmond királynak 1399. kelt és a budai káptalan által 1410-ben átirt privilegiumából; a budai káptalan oklevele megvan eredetben az orsz. ltárban N. R. A. 593. 12. dipl. oszt. 7703. Ugyan ebben a pozsonyi káptalannak a beiktatásról szóló jelentése is átvan irva.

352. *A győri káptalan előtt Agyagosi Zeure Antal, Horpács nevű birtokában öt udvartelket Hőfleini Boelfel fiainak zálogba ad. 1391. jun. 24.*

Nos capitulum ecclesie Jauriensis tenore presencium significamus universis quibus expedit memorie commendantes, quod Anthonio dicto Zeure de Agyagos coram nobis personaliter constituto, per eundem propositum extitit viva voce, quod ipse pro quibusdam necessitatibus ad presens eundem urgentibus evitandis, quinque sessiones aut fundos curie in possessione sua Horpach vocata habitas et existentes cum omnibus utilitatibus et pertinenciis ad iamdictas sessiones sive curias pertinentibus Mertlino et Petro

Digitized by Google

filiis Boelfel de Höflen pro duodecim libris denariorum viennensium plene habitis et receptis pignori obligasset et obligavit coram nobis talimodo, quod quandocunque ab eisdem pro iamdicta rerum quantitate redimere valeret, liberam redimendi haberet facultatem et dicti Mertlinus ac Petrus rehabitis prius predictis eorum pecuniis annotatas quinque sessiones eidem Anthonio absque strepitu alicuius litis tenerentur pacifice resignare, assumentes preterea annotatus Anthonius, eosdem Mertlinum et Petrum in dominio prescriptarum quinque sessionum, contra quoslibet impetitores si qui usque tempus redemcionis earumdem existerent, pacifice conservare propriis suis laboribus et expensis; ubi autem in dominio earumdem quinque sessionum pacifice non valeret conservare, extunc in possessionibus suis in prescripta Agyagos et Saruold vocatis in dominio tantumdem sessionum tantarumque utilitatum et fructuositatum sicuti prefate quinque sessiones in prenominata Horpach existerent, deberet et teneretur indemniter conservare Anthonius prenotatus; adque se idem sponte obligavit coram nobis. Datum in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° CCC° nonagesimo primo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 575. 15. dipl. oszt. 7706.

353. *Kanizsai Miklós kir. tárnokmester, a kőszegi polgárok és a borsmonostori apát között bizonyos vitás földterület iránt folyt per eldöntése végett a feleket február 6-ra Kismartonba a király elé rendeli, arra az időre midőn ott a tárnok testvére násznnepélyét tartandja, s azon a király az egyház és országnagyjaival szintén jelen leend. Kismarton, 1392. jan. 10.*

Nicolaus de Kanisa inter ceteros honores magister tavarnicorum regalium, viro religioso abbati de Borsmonostra reverenciam cum salute. Licet nobis dominus noster rex, ipsam particulam terre, inter nos et cives de Kuzegh litigiose (habitam) nobis iuxta vestra instrumenta revidere et ratificare commiserat, tamen quia propter alias nostras ex-

Digitized by Google

pediciones ad premissa accedere non possimus, ideo dilectos nostros familiares videlicet Nicolaum dictum Zarka et alterum Nicolaum filium Daanch castellanum nostrum de Sarvar, ad premissa revidenda nostra in persona duximus destinandos; unde vestra religiositas dictam particulam terre, eisdem familiaribus nostris iuxta vestra literalia instrumenta demonstrare velitis, tandemque ipsa instrumenta huc ad Marton in presenciam domini nostri regis, cum frater noster carissimus solemnitates nupciarum suarum celebrabit, ubi idem dominus noster rex cum suis regni prelatis et baronibus constituetur, producere velitis, ubi factum inter eos et dictos cives habitum, effective decisivo *(igy)* determinantur. Hoc non tamen pretermisso, quod dictos cives in facto dicte terre pacificos commendatis, nec aliquas novitates eisdem inferri faciatis, terminum vero pro exhibendis dictis instrumentis modo prehabito coram regia maiestate, in dicta Marton fiendis, feria tercia proxima post festum Purificacionis beate virginis pro termino assignavimus, et aliud facere non velitis in premissis. Datum in Marton predicta, feria quarta proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo CCC° nonagesimo secundo.

Papíron, belől zöldviaszba nyomott gyürü-pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 6. 47. dipl. oszt. 7745. Marton alatt a mai Kismarton értendő, mely akkor a Kanizsaiak birtoka volt; hogy Zsigmond király 1392. február 8-án Kismartonban tartózkodott, említi Ráth Károly »Magyar királyok hadjáratai és utazásai« czimű munkájában második kiadás 90. l.

354. *Tamás szentgyörgyi gróf Oszlopon egy telket Sibenhirter Farkasnak zálogba ad. 1392. máj. 16.*

Wir Thoman Graff vnd Herre zu sand Jörigen der elder, vergehen vnd tün kchunt offenlich an disem offen prieff allen den dye disen offen prieff ansehent hörent oder lesent, daz wir vnserm sunderlieben getreuem Wolfharten Sibenhierter durch seine getrewen dinst willen dye er vns getan hat vnd noch fürbaz wol tün mag von sunder genaden, im vnd allen seinen erben Sün vnd Tochtern ein gancz lehen Akcher czu allem paw dye genant sind vberlent Akcher vnd czu chainer hofmarich nicht gehorent czu Oslupp, daz im vnser richter der Herrant daselbs czu Oslupp ausweysen wird, in rechcz lehen weis versaczt haben, für

Digitized by Google

czwainczig phunt wienner phening nach landes und versacztes lehen recht, mit allen den rechten nüczen vnd gesüchen dye daczu gehörnt nicht davon ausczu nemen vnd schullen vnd mugen auch damit tun vnd lay daz in nucz vnd gut ist czu sel vnd czu leib vnd mugen ez auch verseczen vmb alsouil obgenancz gelt doch daz ez vns vnd vnsern erben an der Lösung an schaden sei, wer auch daz der obgenant Sibenhirter an geschefft vnd an eriben abgieng, so scholl daz obgenant lehen an alle losung wider auf vns vnd vnser erben geeriben. Wer aber daz wir oder vnser eriben daz obgenante lehen von in lösen wolden, so schullen sy vns die lösung stat tün vnd schol auch nyempt anders von in lösen. Dez czu einem vrchund der worhait geben wir in disen offen prieff vnder vnserm anhangundem insigel vnd vnder vnsers lieben prüder Petreus auch Graffen vnd Herren czu sand Jörigen anhangundem insigel der der sach czeug ist mit seinem insigel. Der prieff ist geben do man czalt nach Christ gepürd dreiczehen hundert Jar darnach in dem czway vnd newnczigistem Jar, an dem nachsten phincztag vor vnsers herren auffarttag.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban. N. R. A. 555. **14.** dipl. oszt. 7790.

355. *Zsigmond király János győri püspököt es Kanizsai János kir. tárnokmestert utasitja, hogy Asszonyfalvi Ostfi Jánost, Lőkös fiát Jánost, Asszonyfalvi bán fiát Ferenczet, Ellerbahi Pertoldot, a szarvkői, lékai és kapui várnagyokat, továbbá a székesfehérvári, győri, kőszegi, csepregi, szombathelyi, rohonczi és körmendi város-birákat és esküttéket halgassák ki, hogy való e a soproni polgároknak az a panasza, hogy Herbortyai Osl egy soproni kereskedőt, midőn ez áruival az alvidékre utban volt, mindenéből kifosztotta és szolgájával együtt felakasztatta. Zolyóm, 1392. sept. 14.*

relacio domini Styborii comitis Posoniensis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis dilectis

Digitized by Google

reverendô in Christo patri domino Johanni episcopo Jauriensi, item magnifico viro domino Nicolao de Canisa magistro tavarnicorum nostrorum salutem et graciam. Quamplures fideles cives nostri de Sopronio in nostre maiestatis conspectu comparentes, nobis exposuerunt querulose, quomodo Osl de Herwordia propria ductus temeritate, cum suis famulis et complicibus, pridem quendam mercatorem de Sopronio Simon Woller dictum cum mercibus ad partes inferiores proficisci volentem, in publica strata nulla sua culpa exigente captivasset, et eundem omnibus bonis apud ipsum reperti(bus) videlicet quadraginta pannis de Colonia et septuaginta tribus pannis de Polonia, ac trecentis florenis, sex equis curruum et armis ac aliis rebus pluribus latrocinaliter depredasset et tandem eundemmet secundum *(igy)* cum uno socio suspendisset; de quo facto vobis prefato domino Nicolao magistro tavarnicorum nostrorum, item fidelibus nostris Johanni filio Ostel *(igy)* de Azzunfalua, Johanni filio Lewkus ac Francisco filio condam bani de dicta Azzunfalua, Pertoldo de Ellerbah, Gregorio filio Beleud castellano de Sarkew, Georgio Hagenaw castellano de Lewka et Emerico militi castellano de Capw, item iudicibus iuratis et communitatis cunctarum nostrarum de Albaregali, de Jaurino, de Kuzzeg, de Chepreg, de Zabaria, de Rohonch et de Gurmend asserebant constare certitudinem veritatis. Quare volentes de huiusmodi facto potenciario cercius informare, committimus vestre fidelitati imo vobis mandamus, quatenus universos predictos nobiles et de dictis civitatibus certos cives nostre maiestatis in persona ad certum locum et diem evocare faciatis, quos et nos presentibus evocare facimus, et tandem cum iidem comparuerint, a quolibet eorumdem singillatim inquiratis, ut per ipsorum fidem et fidelitatem, deo ac vobis et sacre corone debitam ipsi fateantur, quid ipsis constet de facto prenotato; quorum fassionem tandem in vestris literis nostre fideliter rescribi volumus maiestati. Datum Zolii, in festo Exaltacionis sancte crucis, sub sigillo domine Marie regine Hungarie consortis nostre karissime, propter absenciam sigilli nostri, anno domini M° CCC° nonagesimo secundo.

Papíron belől a királyné pecsétjével; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. L. IV. 86.

Digitized by Google

356. *A veszprémi káptalan Zsigmond királynak jelenti, hogy Garai Miklóst és Jánost két Kőszeg és Csesznek várak ugy Kőszeg város valamint ezek tartozékaiba, a többek között Sopron vármegyében Alsó- és Felső-Szakon és Locsmánd nevű birtokokba s Ambus nevű pusztába beiktatta. 1392. oct. 20.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. regi illustri, marchionique Brandenburgensi etc. domino ipsorum metuendo, capitulum ecclesie Wesprimiensis oraciones in domino debitas et devotas. Vestra noverit celsitudo literas vestras secreto sigillo consignatas, nobis preceptorie transmissas, omni cum reverencia, qua decuit, nos recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo Wesprimiensi, salutem et graciam. Refert nobis magnificus vir Nicolaus de Gara pridem banus filius condam Nicolai palatini sua ac Johannis carnalis fratris sui in personis, quod ipsi in dominium quorundam trium castrorum unius scilicet Kwzeg et alterius similiter Kwzeg ac civitatis murate eidem connexe, in Castriferrei et Cheznek vocatorum in Wesprimiensi comitatibus cum omnibus eorum pertinenciis existencium ipsosque vigore veri concambii, iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, ex parte nostri culminis rite concernencium legitime vellent introire; superquo fidelitati vestre firmissime precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Thomas de Fenyefew vel Nicolaus filius Pauli de Serky aut Blasius de Bedege sin Nicolaus ceu Johannes de eadem seu Franciscus de Azunfalva sive Paulus de Zenthe neve Benedictus filius Petri de Palagar an Thomas filius Pethew de Makwa aliis absentibus homo noster ad facies predictorum trium castrorum scilicet utriusque Kwzeg et Cheznek nuncupatorum ac civitatis antefate et cunctarum pertinenciarum eorumdem vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos virum magnificum Nicolaum pridem

Digitized by Google

banum et Johannem filios condam Nicolai palatini in plenum dominium castorum predictorum ac civitatis et cunctarum pertinenciarum eorumdem, statuatque dicta tria castra et civitatem cum suis universis pertinenciis filiis condam domini Nicolai palatini antefatis premisso concambii titulo perpetuo possidenda et tenenda pleno iure, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint citet ipsos contra annotatos virum magnificum Nicolaum pridem banum et Johannem fratrem suum in nostram presencium ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem, et tandem seriem ipsarum introduccionis et statucionis predictorum castrorum ac civitatis antefate et pertinenciarum eorumdem, cum nominibus villarum et tributorum piscinarum ac contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Themeswar, secundo die festi Assumcionis virginis gloriose, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo secundo. Nos itaque vestre sublimitatis preceptis semper obedire cupientes, ut tenemur, unacum predicto Paulo de Zenthe homine vestro, nostrum hominem videlicet honorabilem virum dominum Stephanum custodem ecclesie nostre sociumque et concanonicum nostrum ad premissa peragenda, pro nostro testimonio duximus transmittendum; qui demum exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, ut predictus homo vester simul cum eodem nostro testimonio, primo in festo beati Francisci confessoris proxime preterito, ad facies predictorum castrorum scilicet utriusque Kwzeg ac civitatis antefate similiter Kwzeg appellate eidem connexe in Castriferrei, et tandem feria quarta utpote in festo beati Dionisii martyris similiter de novo elapso et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies castri Cheznek nuncupatorum et cunctorum pertinenciarum eorumdem inWesprimiensi comitatibus predictis existencium vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introduxissent memoratos virum magnificum Nicolaum pridem banum et Johannem filios condam Nicolai palatini in plenum dominium castrorum supradictorum ac civitatis murate et cunctarum pertinenciarum eorumdem infranominatorum

Digitized by Google

statuissentque dicta tria castra et civitatem cum suis universis pertinenciis suprascriptis filiis condam Nicolai palatini pleno iure, nullo penitus contradictore apparente, legitimis diebus in dominio prescriptorum castrorum et omnium pertinenciarum ipsorum infradeclaratorum residendo. Nomina autem possessionum seu villarum terrarumque et prediorum ad iamdicta castra videlicet utriusque Kwzeg nominata et civitatem antefatam spectancium, sicuti in registo per dictos vestrum hominem et nostrum testimonium nobis allato continetur sunt hec: primo possessiones seu ville Gench cum predio Sebeteleky nominato, Dorozlow, Azonfalwa similiter cum predio Kazar nuncupato, inferior et superior Zakon cum tributis in eadem superiore Zakon et predicta civitate murata Kwzeg exigi consvetis, Themerd et Luchman modo prehabito, cum predio Ambus appellato, necnon terris arabilibus, usualibus, pascuis, pratis, silvis, nemoribus, molendinis, piscaturis, vineis et aliis singulis utilitatibus et utilitatum integritatibus; item consimiliter nomina villarum ad iamdictum castrum Cheznek vocatum pertinencium, pro modo simili in registo nobis per predictos, quos supra presentato, vidimus contineri similiter sunt hec, scilicet Nogrede cum tributo, Belse, Zombathel, Vyslaas, in fine ville Hanta nominate, Althezer, Cheten utraque Ozthlop, Waralya, Wamheg similiter cum tributo Kwger, Gyrolth (Sykator) ac porcio possessionaria in possessione Zenthkyral appellata existens, item terre vacue et habitatoribus destitute Zolgagyurkfelde, Feyentelek, Korombatelek, Porwa, Kysporwa, Wesentelek, Mochartelek et Chelestehegh nuncupato, modo quo supra cum terris arabilibus, usualibus, pascuis, pratis, silvis, nemoribus, molendinis et aliis omnibus utilitatibus et pertinenciis universis. Datum duodecimo die diei introduccionis et statucionis castrorum et pertinenciarum eorumdem supradictarum, anno domini prenotato.

Zsigmond királynak ugyancsak 1392-ben kelt megerősítő átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban őríztetik N. R. A. 1512. 26. dipl. oszt. 7768. 7769.

Digitized by Google

357. *Zsigmond király a győri káptalant kiküldi, hogy a Kanizsaiakat Oszlop várába és Seek, Zaka s Oka nevű birtokokba iktassa be. Buda, 1393. jan. 5.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo Jauriensi salutem et graciam. Dicitur nobis in personis reverendissimi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi ecclesie Strigoniensis necnon virorum magnificorum dominorum Nicolai magistri tavarnicorum et Stephani comitis siculorum nostrorum filiorum condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa, quod ipsi in dominium cuiusdam castri Zazlop vocati et quarundam porcionum possessionariarum in possessionibus Seek, Zaka et Oka vocatis in comitatu Soproniensi habiti et existencium emcionis et impignoracionis titulis ipsos tangentes legitime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michahel filius Bekew de Kerechen vel Johannes filius eiusdem, sin Nicolaus filius Ladislai de Harkal, seu Stephanus filius Galli de Valth sive Colomanus de Mathywsfalua aliis absentibus homo noster ad facies dictorum castri et porcionum possessionariarum vicinis et commetaneis ipsorum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat ipsos dominum Johannem archiepiscopum ac Nicolaum et Stephanum in dominium eiusdem et eorumdem, statuatque eosdem cum universis suis pertinenciis eisdem sub premissis titulis emcionis perpetuo possidendas et impignoracionis habendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos dominos Johannem archiepiscopum ac Nicolaum et Stephanum in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem, et post hec ipsorum castri et porcionum possessionariarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude,

Digitized by Google

die dominico proximo ante festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo CCC° nonagesimo tercio.

A győri káptalannak 1393-ben kelt jelentéséből, mely szerint a beiktatást Salamonvári János kanonok teljesitette; a káptalan jelentése megvan Zsigmond királynak 1395-ben »12° kalendas Decembriis« kelt privilegiumában az orsz. ltárban N. R. A. 606. 39. dipl. oszt. 8012.

358. *A budai káptalan előtt Tamás másképen Temel bazini és szentgyörgyi gróf azért, hogy magát Jodok morva őrgróf fogságából kiszabadithassa és hat ezer nyolczszáz forintban megszabott váltság díját kifizethesse, ennyi összegért Zazlop (Oszlop) várát összes tartozékaival együtt a Kanizsaiaknak eladja. 1393. jan. 7.*

Capitulum ecclesie Budensis, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod vir strennuus magister Thomas Themel dictus filius Petri de Bozen-Zenthgergh, ad nostram personaliter veniendo presenciam loquele sue modulis confessus est et palam detexit eo modo, quod quia ipse temporibus iam retroactis per illustrem principem dominum Jodocum marchionem Moravie, hostiliter sibi obesse satagentem, detentus et devictus in vinculis conservatus, penultimoque non aliter nisi dumtaxat cum eodem domino Jodoco in sex milibus et octingentis florenis auri convencione exinde prehabita et fideiussoribus fidedignis pro ipsa pecunie summa sibi in brevi per ipsum persolvi debenda datis et assignatis, de dicta captivitate usque certum terminum demptus et emissus extitisset, ipsamque pecunie quantitatem summa cum diligencia erga fratres, cognatos, amicos ac vicinos et commetaneos suos queritando et invenire ad sua iura possessionaria satagendo, nusquam et nequaquam eandem reperire et habere potuisset, regressurus penitus et invitus captivitatem dolorose in eadem extremum diem vite sue ibidem anxie prestulando eo facto, si domini subnotandi sibi constanter et incessanter postulanti pecuniam dare opportunam non spopondissent in premissis; ideo ipse pretextu liberacionis et redemcionis capitis

Digitized by Google

sui, cum eisdem fratribus, cognatis, vicinis et commetaneis suis prehabita exinde matura deliberacione, ex consilio et consensu unanimi eorumdem quoddam castrum suum proprium Zazlop nuncupatum in comitatu Soproniensi situatum, cum omnibus et quibuslibet eiusdem castri iuribus, iurisdiccionibus, proprietatibus, districtibus, villis, terris cultis et incultis, pratis, agris, vineis, montibus, silvis, nemoribus, aquis, piscaturis, molendinis, vadis et tributis ac generaliter cunctis suis commoditatibus, proventibus et utilitatibus, campestribus scilicet silvestribus et limphaticis ac pertinenciis universis sub suis veris et antiquis metis per ipsum hactenus possessum et servatum pro pretaxatis sex millibus et octingentis florenis auri reverendo in Christo patri domino Johanni archiepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comiti perpetuo ac serenissimorum principum dominorum Sigismundi regis et Marie regine summo cancellario, necnon viris magnificis Nicolao magistro tavarnicorum et Stephano comiti siculorum regalium filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa, ab eisdem ipsam pecunie summam plenarie recipiendo, perenniter vendidisset imo vendidit et effective perpetuavit coram nobis per ipsos et eorumdem virorum magnificorum heredes et successores universos perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendas pariter et habendum pleno iure; assumens nihilominus ipse magister Temel suo et cunctorum successorum et superstitum eius nominibus, memoratos filios condam magistri Johannis de Kanisa ipsorumque omnes posteritates in pleno et pacifica dicti castri ac universarum eiusdem villarum et pertinenciarum prescriptarum dominio et possessione a cunctis impetitoribus, causidicis et actoribus iugiter et ubique in iudicio et extra iudicium indemniter conservare, expedire et illese tueri propriis laboribus suis et expensis temporibus successivis universis, id clare interserto, ut si idem magister Temel aut sui successores filios condam magistri Johannis antefatos eorumque superstites in dominio dicti castri ac villarum et omnium pertinenciarum eiusdem prescriptarum conser vare et expedire refutarent aut non possent, tunc mox ipsis annotatus magister Temel aut iidem sui superstites

Digitized by Google

omnino consimilia et equipollencia cetera sua iura possessionaria pacifica et utilia absque ulla dilacione aut litigionaria accione et contradiccione dare, donare et assignare tenerentur effective sub condicionibus et perpetuis firmitatibus antefatis presencium patrocinio mediante; ad que omnia premissa illibate, iugiter et perenniter observanda annotatus magister Temel se ipsum et dictos suos superstites spontanea obligavit voluntate coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras privilegiales sigillique nostri munimine roboratas, alphabeto intercisas, ad peticionem parcium predictarum duximus concedendas. Datum per manus discreti viri Nicolai lectoris ecclesie nostre predicte, feria tercia proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo CCC° nonagesimo tercio; presentibus viris discretis Andrea cantore, Michaele custode, Nicolao, Paulo, Thoma, Blasio ceterisque canonicis fratribus nostris in dei ecclesia predicta regi iugiter famulantibus sempiterno.

Vörös selyem zsinóron függő pecsét romjaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 606. 37. dipl. oszt. 7831. Ugyanott Zsigmond királynak 1395. és 1406-ban kelt átirataiban is megvan; N. R. A. 606. 39. dipl. oszt. 8012.

359. *A budai káptalan előtt Templin (Tamás) szentgyörgyi gróf, az általa Roy Lászlótól és Széki Mihálytól zálogba birt Zeek és Zaka nevű birtokokat a Kanizsayakra átruházza. 1393. jan. 7.*

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod vir egregius comes Templinus de sancto Georgio ad nostram personaliter veniendo presenciam confessum extitit per eundem sponte coram nobis et relatum, quod pro expediendis quibusdam certissimis factis et ardius negociis suis, necnon evitandis eius necessitatibus ipsum ad presens urgentibus omnes et totales possessiones seu porciones possessionarias, quas ipse in comitatu Soproniensi a quibuscunque personis hominum signanter a Ladislao de Roy et

Digitized by Google

Michaele de Zeek in eorum possessionibus Zeek predicta et Zaka vocatis in dicto comitatu existentibus pro certis pecuniarum summis in literalibus instrumentis vigorosis exinde confectis limpidius explicatis titulo pignoris habuisset et possedisset et usquemodo conservasset cum earumdem omnibus utilitatum integritatibus per eum possessis et servatis deliberato animo et ex certa sua sciencia, reverendissimo in Christo patri domino Johanni archiepiscopo ecclesie Strigoniensis, necnon viris magnificis domino Nicolao magistro tavarnicorum regalium et magistri *(így)* Stephano comiti siculorum filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa, pro eisdem certis pecuniarum quantitatibus, per ipsos dominum archiepiscopum et suos fratres predictos plene, ut dixit, sibi numerando persolutis et effective traditis, pro quibus scilicet eedem ab ipsis Ladislao et Michaele aliisque prefati comitatus hominibus fuissent sibi vigore dictarum literalium instrumentorum obligate, tradidisset, reliquisset et obligasset, imo tradidit reliquit et obligavit per ipsos possidendas et pleno iure pacifice conservandas, hoc modo, ut quandocunque temporum in eventu prefati Ladislaus et Michael aut alii dicti comitatus homines seu heredes aut superstites eorumdem dictas possessiones seu porciones possessionarias redimere maluerint, extunc ipsi easdem non a dicto comite Templino vel suis heredibus aut aliquibus aliis hominum personis nisi et preterquam a prefatis domino Johanne archiepiscopo et suis fratribus predictis vel eorumdem fratrum suorum heredibus pro dictis pecuniarum quantitatibus redimere valeant atque possint. In cuius rei testimonium presentes literas nostras dictis domino archiepiscopo et fratribus suis duximus concedendas. Datum feria tercia proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem M° CCC° nonagesimo tercio.

Zsigmond királynak 1393-ban kelt átiratából; melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik. N. R. A. 642. 29. dipl. oszt. 7833.

Digitized by Google

360. *A pozsonyi káptalan előtt Héderváry Héder fia Jakab beleegyezését adja, hogy a Paharaad Jánosnál kétszáz arany forintért zálogba lévő Cyl vagy Rust nevű birtokát, veje Miklós bazini gróf kiválthassa. 1393. okt. 10.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus per presentes, quod magister Jacobus filius Hedrici de Hedrehwara coram nobis personaliter constitutus organo vive vocis confessus extitit in hunc modum, quod quia ipse porcionem suam possessionariam videlicet medietatem possessionis Cyll, in teutonico Rust vocate, in comitatu Soproniensi circa lacum Fertew existentis nobili domine Clara vocate filie sue, consorti comitis Nicolai de Bozin, mediantibus literis religiosorum virorum conventus beati Martini de sacromonte Pannonie per ipsum perpetue datam, nunc apud manus providi viri Johannis dicti Paharad civis Posoniensis, vigore literarum honorabilis capituli ecclesie Jauriensis in ducentis florenis aureis titulo pignoris habitam, ad presens ab eodem Johanne Paharaad redimere non valeret, ideo ipse dictam porcionem suam possessionariam predicto comiti Nicolao filio Nicolai de Bozin generi suo, qui eciam presencialiter aderat, mediantibus aliis literis nostris, pro eisdem ducentis florenis aureis a predicto Johanne redimere annuisset et commisisset, et idem Johannes premisse redemcioni consensum prebuisset, qui eciam personaliter aderat; ob hoc ipse prefatum Johannem Paharaad racione predicte redemcionis et resignacionis iamdicte porcionis sue possessionarie, ut premittitur medietatis dicte possessionis Cyll, commisisset expeditum, et ab omnibus impetitoribus previa racione impedire volentibus assumsisset defensare, imo ipsum Johannem Paharad commisit expeditum, ut pretactum est, racione premissorum ab omnibus impetitorihus assumsit expedire et defensare propriis suis laboribus et expensis; insuper eundem Johannem Paharad super omnibus et singulis damnis, quibus ipsum hucusque incusasset, commisit expeditum et quitum coram nobis testimonio presencium mediante. Datum

Digitized by Google

feria sexta proxima post festum beati Dionisii martyris, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo tercio.

Hátlapján kerek pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 377. 8. dipl. oszt. 7897.

361. *A győri káptalan előtt Deesi Pál fia István, Vrk nevű birtokát a Fertő tava mellett, Kanizsai Miklósnak és Istvánnak száz font bécsi denárért eladja. 1393. november 25.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris harum noticiam habituris salutem in domino sempiternam, ut ea, que in tempore geruntur, apud posteros irrevocabiliter perseverent, literarum testimonio solent perennari, proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod accedens ad nostram presenciam magister Stephanus filius Pauli de Dees comitatus Soppronіensis sponte et libere oraculo vive vocis confessus extitit, ut ipse pro quibusdam arduis suis negociis ad presens ipsum urgentibus sublevandis quandam possessionem suam Vrk vocatam in dicto comitatu Soproniensi penes lacum Fertew habitam et existentem, ubi ecclesia lapidea in honore sancti Jacobi constructa existit, viris magnificis videlicet Nicolao magistro tavarnicorum necnon Stephano comiti siculorum regalium, filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanisa et ipsorum heredibus ac successoribus cum cunctis suis utilitatibus tam terris arabilibus quam aquis, pratis, pascuis, nemoribus et aliis quibuslibet pertinenciis quovis nomine appellatis, quibus ad eum pertinere dinosceretur pro centum libris denariorum viennensium, libram quamlibet sex pensis computando, plene persolutis et receptis perpetuo et irrevocabiliter vendidisset et dedisset, imo vendidit et dedit nostri in presencia nullum ius nullamque proprietatem sibi et suis heredibus ac posteritatibus a modo reservando, sed omne ius in eosdem dominos Nicolaum et Stephanum ac ipsorum heredes et posteritates convertendo; assummens nihilominus idem magister Stephanus contra quoslibet impetitores prefatos magistros Ni-

Digitized by Google

colaum et Stephanum ac ipsorum heredes et successores in dominio predicte possessionis et suarum pertinenciarum pacifice conservare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, presentes literas nostras privilegiales exinde fieri facimus maioris et autentici sigilli nostri appensione munitas et roboratas. Datum in festo beate Katharine virginis et martyris, anno domini M° CCC° nonagesimo tercio; presentibus honorabilibus viris ac dominis Andrea preposito decretorum doctore, Valentino miseracione divina tituli sancte Sabine presbitero cardinali lectore, Johanne cantore, Demetrio custode, aliisque dominis canonicis ecclesie nostre existentibus et deo iugiter famulantibus; cuius par ad ragestrum *(igy)* communitas conscribi facimus uberiorem ad cautelam.

Zöld selyem zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 641. 34. dipl. oszt. 7905.

362. *A vasvári káptalan előtt Herbortyai János leányai, Szép-asszony Razina-Kereszturi Jánosné és Hölgy-asszony Bikszádi Péterné, a többek között Vásárosfalu, Csáva, Magyarfalu, Keresztur, Horpács és Imlócs nevű birtokokban örökrészeiket atyjuk testvérére Osthra átruházzák. 1394. jan 27.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Nicolaus filius Johannis de Razynakerezthwr et nobilis domina Zypazzon vocata, consors eiusdem Johannis, mater utputa prelibati Nicolai, ac nobilis domina Hewlgazzon nuncupata consors Petri de Bykzad, filie scilicet condam Johannis filii Stephani de Herborthya ab una, parte vero ab alia egregius Osth filius antefati Johannis filii Stephani de dicta Herbortya coram nobis personaliter constituti, prefati Nicolaus filius Johannis et domine Zyppazon et Hewlgazzon spontanea ipsorum bona voluntate dixerunt et confessi extiterunt in hunc modum, quomodo ipsi universa iura ipsorum possessionaria ac porciones possessionarias, quas videlicet et que ipsi Nicolaus et domine in possessionibus Herbortya predicta, alio nomine Razyna vocata et utraque

Digitized by Google

Zegenye, necnon villis ad easdem spectantibus in Crisiensi, item aliis possessionibus Wasarusfalw, Chawa, Magerfalw, Keresthwr, Horpach et Imloch vocatis in Soproniensi comitatibus existentibus habitas, quoquomodo et qualitercunque ac de iure quocunque haberent et habere possent, seu sperarent annotato Osth filio Johannis suisque heredibus et posteritatibus sexus utriusque ob amorem fraternalis dilecciouis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas annuissent et consensissent, nil iuris aut proprietatis seu dominii ipsi Nicolaus et domine in prescriptis possessionibus ac earumdem pertinenciis pro se ipsis reservando, sed totum ius et proprietatem dominii, quod videlicet, et que predictos Nicolaum filium Johannis et dominas Zypazzon et Hewlgazzon vocatas in predictis possessionibus Herbortya et utraque Zegenye ac villis ad easdem spectantibus, necnon Wasarusfalw, Czawa, Magerfalw, Kerezthwr, Horpach et Imloch nuncupatis, qualitercunque concerneret et concernere posset, in prelibatum Osth, filium Johannis, heredesque suos predictos utriusque sexus transtulissent, pleno cum effectu, imo iidem Nicolaus et domine annuerunt et consenserunt atque transtulerunt coram nobis presencium literarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum octavo die festi beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Keszthelyen a gróf Festetics cs. ltárában. Sopron, 3. a.

363. *A vasvári káptalan előtt Viczai Tamás fia János, Bala, Chala és Lobl nevű birtokokban a maga részét Höfleini Belyd fiának Gergelynek eladja. 1394. nov. 2.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Johannes filius Thome de Vycha, de cuius noticia Lucas filius Gregorii et provida domina consors eiusdem cives de Castroferreo regali nos certificarunt, coram nobis personaliter constituti ministerio vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse universas porciones suas possessionarias in possessionibus seu prediis Bala, Chala et Lobl vocatis habitas cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis

Digitized by Google

universis magistro Gregorio filio Belyd de Henfleng pro centum marcis promtorum denariorum latorum viennensium decem pensis computando vendidisset et tradidisset iure perpetuo irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidere, tenere pariter et habere, imo vendidit et tradidit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum secundo die festi Omnium Sanctorum, anno domini M° CCC° nonagesimo quarto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban, Lozsi fasc. 1. Nb. 22.

364. *Ilsvai Leustach nádor előtt Buthkai Pál fiai és társaik, Mayad, Zazlop, Zabomarton, Meggyes, Bánlaka és Örpordán nevű birtokok elfoglalásától, Kanizsai János érseket és testvéreit tiltják. Visegrád, 1395. apr. 24.*

Nos Leustachius dei gracia regni Hungarie palatinus co(mes Albensis, memorie commendamus), quod Johannes et Ladislaus filius Pauli de Buthka, Jacobus filius Andree de Mark, ... el Ladislaus filius Lorandi de Raska, ad nostram venientes presenciam per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit *(igy)*, quod sicut ipse percepisset reverendissimus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, Nicolaus filius Johannis de Kanisa magister tavarnicorum regalium et Stephanus pridem comes siculorum fratres eiusdem, necnon dominus Temmel condam banus, quasdam possessiones ipsorum Mayad, Zazloph, Zabomarton, Meggyes, Banlaka at Ewrpordan vocatas in comitatu Sopproniensi existentes pro se ipsis occupare niterentur, in ipsorum preiudicium valde magnum; unde facta huiusmodi protestacione, memoratos dominos Johannem archiepiscopum, Nicolaum et Stephanum fratres eiusdem ac Temmel condam banum necnon alios quoslibet ab occupacione, utensione ac sibi ipsis perpetuacione, fructuum que et quarumlibet utilitatum eiusdem percepcione, necnon quovismodo se in dominium earumdem intromissione quoquomodo factis vel faciendis prohibuerunt coram nobis contradicendo, testimonio presencium mediante. Datum in

Digitized by Google

Wyssegrad, in festo beati Georgii martyris, anno domini M° CCC° nonagesimo quinto.

Eredetije szakadozott papíron a Dessewffy cs. margonyai ltárában. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

365. *A vasvári káptalan előtt Cziráki Mihály, Veszkény és Család nevű birtokokban fele birtok részét Cziráki Miklós fia Micskre átruházza. 1395. jun. 6.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Michael filius Johannis de Zyrak coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipse rectam et equalem dimidietatem possessionum seu possessionariarum porcionum suarum in possessionibus Vezeken et Chalad vocatarum, necnon cuiusdam molendini in dicta possessione Zyrak in fluvio Repche habiti, cum omnibus eius utilitatibus et pertinenciis universis, quovis nomine vocitatis, Mychk filio Nicolai de dicta Zyrak fratri suo patrueli racione dileccionis naturalis dedisset, donasset, contulisset iure perpetuo irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidere, tenere pariter et habere, imo dedit, donavit et contulit coram nobis isto modo, ut idem Mychk in altera earumdem parte pacifice conservare teneatur, fructus et utilitates earumdem sibi pleno iure aministrando testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas, medioque alphabeto intercisas. Datum in festo sancte Trinitatis, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo quinto; honorabili viro domino Georgio preposito, viris discretis magistris Luca cantore, Laurencio custode, decanatu vacante, ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Hártya foszlányon függött pecsétje elveszett, felül chyrographummal; eredetije a gr. Esterházy cs. galantai ltárában, 28. 13 Ugyanott megvan a vasvári káptalannak ugyancsak a fönnebbi napon kelt oklevele arról, hogy Cziráki Mihály Berkalfalu nevű birtokban a maga részét Cziráki Micsknek szintén átadta.

Digitized by Google

366. *A pozsonyi káptalan előtt Szántói Cykus fiai, Bikifölde nevű birtokukat a Seleg vagy Vulka folyó mellett és egy malmot a Seleg vizén, Pordán és Szántó nevű birtokok között, Potly Jánosnak eladják. 1396. mart. 24.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus capitulum ecclesie Posoniensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petrus et Gaspar filii Cykus de Zanto comitatus Soproniensis, pro se et predictis Gaspar *(így)* pro Stephano filio suo, cuius onus super se assummebat, in nostri presencia personaliter constituti, oraculo vive vocis confessi sunt in hunc modum, quod ipsi totalem porcionem ipsorum possessionariam in possessione Bikifeldeu in dicto comitatu Soproniensi penes fluvium Seleg, in teutonico Bulka, habitam, nunc populis destitutam, ipsos iure hereditario concernentem, cuius alias *(igy)* medietas esset Johannis filii Thome de Potly, et unum molendinum in dicto fluvio Seleg, alio nomine Bulka, a parte inferiori inter possessiones Pordan et Zanto habitum et decurrens, cum omnibus utilitatibus videlicet terris arabilibus et non arabilibus, pratis, silvis, aquarum decursibus, pecorum pascuis et aliis quibuslibet pertinenciis, ad dictam porcionem eorum spectantibus, prefato Johanni filio Thome et per eum suis heredibus heredumque suorum posteritatibus, pro ducentis et quinquaginta libris denariorum viennensium plene ab eodem receptis, dedissent et vendidissent, imo dederunt et vendiderunt iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, habendam pariter et possidendam coram nobis vigore presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini Millesimo tricentesimo nonagesimo sexto.

A budai káptalannak 1410-ben kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 593. 22. dipl. oszt. 4758.

Digitized by Google

367. *A vasvári káptalan előtt Ostfi János leánya Anna Rohonczi Andrásné és nővére Apollonia, anyjukat és fivéreiket Zemenye nevű birtok elidegenitésétől, Vathi Istvánt pedig annak megszerzésétől tiltják. 1396. jun. 22.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Georgius filius Johannis de Hene in personis nobilium domine Anna consortis Andree filii Herrici de Rohonch et puelle Apolina nominatarum, filiarum condam magistri Johannis filii Osl de Azzonf. lua, ad nostram accedendo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit, ut ipse perciperent, nobilis domina relicta, Gregorius et Ladislaus filii dicti condam magistri Johannis filii Osl, quandam possessionem Zemenye vocatam, apud manus ipsorum in pignore habitam, ipsos commune tangentem Stephano filio Johannis de Voth remittere et resignare niterentur; unde facta protestacione huiusmodi, ipsos nobiles dominam relictam, Gregorium et Ladislaum absentes in resignacione et remissione dicte possessionis, ipsum vero Stephanum nostri in presencia personaliter repertum, a redemcione et pecuniaria solucione ipsis nobilibus domine, Gregorio et Ladislao facta vel facienda prohibuit contradicendo coram nobis (testimonio presencium) mediante. Datum feria quinta proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste a(nno domini M° CCC° nona)gesimo sexto.

Papíron; hátlapján pecsét nyomaival, eredetije az Ostffy cs. ltárában.

368. *Az alispán és a szolgabirák az ország nádorának jelentik, hogy a kőhalomi kir. jobbágyok a borsmonostori apátság Felsőlászló nevű birtokán hatalmaskodtak. Csepregh, 1396. szept. 25.*

Nos magister Emericus Zarka de Pechel vicecomes et iudices nobilium comitatus Soproniensis debitam obedienciam cum salute. Vestre magnificencie literas noveritis nos honore, quo tenemur, recepisse hunc tenorem continentes: Nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Suproniensis, pro religioso viro domino fratre

Digitized by Google

Nicolao abbate de Borzzmonostra *(így)* Lewstachius de Ilswa regni Hungarie palatinus et comes Albensis, nobilibus viris comiti vel vicecomiti ac iudicibus nobilium comitatus Soproniensis debitam reverenciam cum salute. Dicitur nobis in persona religiosi viri domini fratris Nicolai abbatis de Borsmonostra, quod universi populi et iobagiones regales de Kwhalom, circa festum beati Georgii martyris proxime preteritum universas metas possessionis ipsius domini abbatis Felsewlaztow vocate a parte predicte ville regalis Kwhalom potencialiter destruxissent, perarassent et anihilassent in preiudicium ipsius domini abbatis valde magnum; super quo vestram nobilitatem presentibus petimus diligenter, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis suo modo rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo sancte Trinitatis, anno domini M° CCC° nonagesimo sexto. Nos autem cupientes vestre magnificencie mandatis obedire prout tenemur, alios ex nobis videlicet comites Nicolaum dictum Forgo de Sag et Jacobum de Bosti ad prescriptam inquisicionem faciendam destinavimus, qui tandem ad nos reversi nobis retulerunt, quod ipsi feria quinta videlicet post quindenas festi Penthecosten proxime preteritis *(így)* convocatis inibi universis vicinis et commetaneis, diligenti et conscienciosa inquisicione palam et occulte facta, omnia ea singula, ut premittitur sic fieri vidimus et audivimus, vigore presencium mediante. Datum in Chepreg, feria secunda proxima ante festum Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° nonagesimo sexto.

Papíron, belől három pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostor. 27. 46. dipl. oszt. 8186.

369. *A vasvári káptalan előtt Szelestei Gyurk és Ligvándi Vaytan fia s ezek rokonai, déd és nagyanyjaik hitbérének s leány negyedének kiadásáról Lócsi Pétert és Mihályt nyugtatják. 1396. szept. 25.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Nicolaus et Johannes filii Gyurk de Zeleste, Stephanus et Johannes filii Vaytan, Jacobus filius Fynta et

Digitized by Google

nobilis domina Clara vocata filia Konya de Nyguan coram nobis personaliter constituti oraculo vive vocis confessi extiterunt eo modo, ut ipsi Petrum filium Georgii et Michaelem filium Nicolai de Looch, super universis iuribus dotaliciis et quartalibus nobilium dominarum Anne et matris filiorum Gyurk et filiorum Vaytan ac abavie et avie ipsorum Jacobi et nobilis domine Clare olim scilicet coniugi et filie Georgii de dicta Looch de universis possessionibus seu possessionariis porcionibus annotati condam Georgii ubilibet, signanter in dicta Loch apud manus dictorum Petri et Michaelis habitis, ipsoque Georgio de medio sublato in ipsos Petrum et Michaelem iure successorio devolutis, sibi de regni consvetudine provenientibus, receptis ab eisdem omnimodam satisfaccionem pure et per omnia expeditos reddidissent atque satisfactos imo reddiderunt et commiserunt coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCC° nonagesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

370. *Zsigmond király a vasvári káptalannak meghagyja, hogy Peczöli Zarka Miklóst Ligvánd, Karakó, Balenthfölde nevű Sopron vármegyei és másik Karakó nevű Vasvár megyei birtokokba iktassa be. Buda, 1397. máj. 13.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei, salutem et graciam. Dicit nobis Nicolaus dictus Zarka de Pechel, quod ipse in dominium quarumdem possessionariarum porcionum in possessionibus Nygwan in Soproniensi ac Karako, Balentfelde et alia Nygwan alio nomine Kysfalu vocatis in eodem Soproniensi existentibus habitarum, ac cuiusdam possessionis Karako vocate in Castriferrei comitatibus habite, ipsum emcionis titulo contingencium apud manus suas habitarum legitime vellet introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide-

Digitized by Google

dignum, quo presente Petrus de Kapach vel Michael filius Mayus aut Nicolaus filius Pauli de Megyehyd neve Demetrius sin Thomas aut Petrus filii Tanko de Bwkuth, neve Johannes filius Egidii de Bozay aliis absentibus homo noster ad facies premissarum porcionum possessionariarum ac possessionis, vicinis et commetaneis earumdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Nicolaum in dominium earumdem, statuatque easdem cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet eidem, premisse emcionis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Nicolaum, in presenciam regni nostri palatini ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros; et tandem ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, eidem domino palatino more solito rescribatis. Datum Bude, octavo die festi beati Johannis ante portam latinam, anno domini M° CCC° nonagesimo septimo.

A vasvári káptalannak 1397-ben kelt, a beiktatást tanusító bizonyság leveléből, melyet Zsigmond király ugyancsak 1397-ben »sexto kalendas mensis Augusti» több oklevéllel együtt átirt és megerősített; a király privilegiumának eredetijét a N. Muzeumban őrzik.

371. *Az alispán és szolgabirák a győri káptalant megkeresik, hogy Rokendorfi Chamas Miklóson, a borsmonostori apát által elkövetett hatalmaskodás dolgában vizsgálatot teljesitsen. Csepregh, 1397. oct. 2.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Jauriensis. Nos magister Mathias dictus Feketew de Vnyan vicecomes et iudices nobilium comitatus Soproniensis amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona religiosi viri domini fratris Nicolai abbatis de monte sancte Marie, quod vulgo dicitur Borsmonostra. quomodo Nicolaus dictus Chamas de Rokendorf, unam silvam ipsius abbatis simulcum virgulto in Engud existens in latitudine et longitudine quinquaginta iugerum terrarum arabilium omnino anihilando succidisset cum suis complicibus; et ceterum quod quadraginta iugera

Digitized by Google

terrarum arabilium in possessione Engud coniacencia et octo falcastra feni similiter ibi coniacencia et tria iugera in Prozna atque triginta iugera terrarum arabilium in possessione Sydan coniacencia a monasterio predicto alienasset idem Nicolaus Chamas manu sua potenciaria occupando, insuper duas metas terreas inter possessiones Rokendorf et Sydan, predictus Nicolaus destruxisset in detrimentum suum valde grande, ut et ipse Nicolaus per antefatum Nicolaum abbatem fuisset detentus minus iuste, ut nobis dicitur, et per suos ductus in castrum Farechnow, ut ipse Nicolaus dictus Chamas in ipsa captivitate ducentas libras denariorum viennensium damna percepisset. Cum tamen idem dominus abbas in premissis innocens esset penitus et immunis, super quo vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Franklo vel Bartholomeus de Vys seu Paulus dictus Fyle de Chemyen aliis absentibus homo regius ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis veritatem experiatur; et post hec seriem ipsius inquisicionis nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Chepreg, feria secunda proxima post quatuortemporum beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC° nonagesimo septimo.

A győri káptalannak vizsgálatáról szóló 1397-ben kelt jelentéséből, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban, Borsmonostra. 27. 48. dipl. oszt. 8255.

372. *Zsigmond király a vasvári káptalant kiküldi, hogy a borsmonostori apátság Peresznye, Felső-Zsidány, Pleigrob és Alsó-László nevű birtokaiban határjárást teljesítsen. Visegrád, 1397. nov. 10.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Dicitur nobis in persona religiosi viri domini fratris Nicolai abbatis ecclesie de Borsmonostra, quod quedam possessiones sue Peresnye, Felseu-Sydan, Plegrob et Alsoulazta vocate, nunc apud manus suas existentes legitima reambulacione et metarum ereccione ac renovacione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis

Digitized by Google

hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus filius Roman de Wys vel Stephanus de Enyd aut Laurencius de Gyaloka sive Georgius de Salamonfalua seu Andreas de Kyssira aliis absentibus homo noster, ad facies predictarum possessionum vicinis et commetaneis eorum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet ipsas per eorum veras metas antiquas, novas iuxta veteres, ubi necesse fuerit, erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionariis iuribus separatas et distinctas relinquat easdem ipsi domino abbati eo iure, quo sibi et ecclesie sue antedicte dinoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores, vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum dominum abbatem in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis ipsorum reddituros; et post hec seriem omnium premissorum, prout expediens fuerit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, in vigilia festi beati Martini confessoris, anno domini M° CCC° nonagesimo septimo.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban, Borsmonostora. 27. 47. dipl. oszt. 8272.

373. *A csornai convent előtt Pinnyei István fia Miklós, Csornai Mihály özvegyét s fiait és ezek közt Györgyöt szepesi prépostot, Osl nevű birtokban bizonyos halászó helynek eladásától tiltja. 1398 jan. 29.*

Nos conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna memorie commendamus, quod Nicolaus filius Stephani de Preynye *(így)* (in nostram) personaliter veniendo presenciam per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, quod prout ipse a relatu proborum virorum (percepisset), magister Ladislaus filius Michaelis ac nobilis domina relicta Michaelis de Chorna et honorabilis vir dominus Georgius prepositus ecclesie santi Martini de Scepus et Stephanus frater eiusdem uterinus filii predicte nobilis domine, necnon Nicolaus filius Georgii dicti Kun et fratres eiusdem Nicolai uterini, quandam piscinam seu aquam intra metas possessionis Osl habitam, qua eidem iure here-

Digitized by Google

ditario contingeret, perpetuare et eisdem statui facere niteretur in preiudicium ipsius Nicolai filii Stephani valde magnum; unde facta huiusmodi protestacione predictus Nicolaus filius Stephani sua ac fratrum suorum in personis prenominatos magistrum Ladislaum filium Michaelis ac nobilem dominam relictam Michaelis de prefata Chorna, honorabilemque virum dominum Georgium prepositum ecclesie predicte sancti Martini de Scepus et Stephanum fratrem eiusdem uterinum, necnon Nicolaum filium Georgii dicti Kun et fratres eiusdem Nicolai uterinos, signanter vero universos populos iobagiones prescriptorum dominorum de predicta Chorna ab utensione predicte piscine et aque ac utilitatum eiusdem percepcione et percipi faccione necnon sibi ipsis perpetuacione et statuifaccione nunc facta vel facienda, alios quoslibet prohibuisset imo prohibuit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria tercia proxima ante festum Purificacionis virginis gloriose, anno domini M° CCC° nonagesimo octavo.

Papiron, hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

374. *Zsigmond király Kanizsai Miklóst Sopron, Vas és Zala vármegyék főispánját felhatalmazza, hogy a borsmonostori apát familiarisaitól, Répczefői Perloph fiától Jenseltől és társaitól, kik mint árulók a szomszéd osztrákokkal titkos összeköttetésben állottak, minden jószágaikat elveheti. Ujlak, 1398 apr. 14.*

relacio Stiborii voivode.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fideli suo dilecto magnifico viro domino Nicolao de Kanysa comitatuum Zaladiensis, Soproniensis et Castriferrei comiti salutem et graciam. Quia nos ex serie et continenciis literarum universitatis nobilium dicti comitatus Castriferrei fuimus clare et evidenter informati, quomodo nonnulli nobiles dicti comitatus et alterius status homines et signanter Jensel filius Perloph de Rapchafey, Ewel et Georgius ac alii familiares abbatis de Borsmonostra Ladislaus filius Janko bohemi, Bayz de Ewr et villicus de

Digitized by Google

Zenthelek malo imo iniquo ducti consilio varias prodiciones per ipsorum exploratores de nostris regnicolis plerumque australibus faciendo, archana et secreta regni nostri tanquam dolosi exploratores dictis australibus pandere et revelare, ac incessanter notificare non formidarunt, et propter huiusmodi eorum dolosas prodiciones dictum regnum nostrum ab ipsis australibus circa regni nostri confinia gravia sustinuit incendiorum, devastacionum spoliarum et damnorum dispendia, capciones et abducciones nobilium personarum. Verum quia nos huiusmodi iniquas prodiciones sub dissimulacione nullatenus impune velimus pertransire, fidelitati igitur vestre firmo damus regio sub edicto omnino volentes, quatenus habita presencium noticia universas et quaslibet possessiones, hereditates et bona prefatorum Jensel, Ewel et Georgii, Ladislai Bayz et villici de Zenthelek et aliorum ipsorom complicum nostra auctoritate mediante vobis in hac parte attributa occupare, occupatasque pro nostra conservare debeatis maiestate tamdiu, donec a nobis aliud super his habueritis in preceptis. Datum in Wylak, in dominica Quasimodo geniti, anno domini M° CCC° nonagesimo octavo.

Papiron, belől meglehetősen ép gyürü pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 46. 12. dipl. oszt. 8309.

375. *Zsigmond király Fraknó várát Fraknói Pál örököseitől, kik a várat bizonyos Lyncher nevű hütlen németnek őrizetére bizták, elveszi, s a Kanizsaiaknak adományozza. Ujlak, 1398. apr. 14.*

commissio propria domini regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. notum facimus universis quibus incumbit per presentes, quod quia alias condam Paulus dictus Groff de Frahthno, dum vixit in humanis, conservacionem et gubernacionem eiusdem castri Frahthno cuidam teutonico Lyncher nomine commisisse et eundem in tutorem filiorum et heredum suorum constituisse dinoscitur; iidem eciam filii et heredes annotati condam Pauli nunc viventes et predictum castrum possidentes, licet

Digitized by Google

ipsis cuncta maleficiorum genera ipsius Lyncher, per eum plerisque nostris fidelibus regnicolis vario modo patrata fuerint nota et manifesta, iidem tamen iamdictum Lyncher teutonicum ab ingressu et habitacione castri memorati minime prohibentes, quin pocius malo malefacere consencientes, gubernacionem et conservacionem dicti castri more patris ipsorum prenotati temerarie perhibentur commisisse, et sic idem Lyncher in dictum castrum pluribus forensibus et extere nacionis hominibus, presertim teutunicis, ad se congregatis et plurimorum armatorum cetu acquisito, cum eisdem in regno nostro, fidelibus regnicolis nostris in contemtum nostre regie dignitatis derogominaque et iacturam eorumdem fidelium nostrorum, non modicas guerras et depredaciones, immaniter committere, ac capciones et abducciones eciam nobilium regni nostri subdole procurare veritus non extitit et facere non cessavit. Quodque deterius est, Lyncher antefatus mala malis accumulans, non advertensque illud vere obediencie et sincere fidelitatis indicium, ut si ipse, aut alii quipiam sub corona nostre celsitudinis constituti, adversus quospiam fideles nostros regnicolas quicquam accionis vel questionis habuisset aut habere sperasset, id iuris ordine observato in nostre maiestatis presencia, ubi cuilibet iusticiam postulanti sufficiens iuris et iusticie exhiberetur complementum, prosequi debuisset et deberent, treugam pacis, nostris fidelibus prelato et baronibus utputa reverendissimo in Christo patri domino Johanni archiepiscopo ecclesie Strigoniensis, summo nostro cancellario, necnon viris magnificis, domino Nicolao comiti Zaladiensi ac Stephano de Kanysa ianitorum nostrorum magistro fratribus eiusdem in opprobrium nostre claritatis et contra ritum approbatum regni nostri et legem eiusdem consvetudinariam more teutonico remittendo, et ipsos diffidando, presertim eo tempore, quo dira barbaries et magna potencia Bayzath turcorum imperator regnum nostrum hostiliter invadere satagebat, prefatusque dominus Johannes archiepiscopus et sui fratres antedicti, fideles prelati et barones nostri, iuxta nostre maiestatis edictum et specialem commissionem, cum eorum vexillis, contra et adversus eosdem sevissimos paganos

Digitized by Google

patriam defensuri neeessario egredi et exercituancium more accedere debuissent, unacum dictis teutonicis forensibus, per ipsum ad dictum castrum Frahthno congregatis, pretaxatis fidelibus prelato et baronibus nostris damna non modica, guerras, ingentesque depredaciones et incendia varia in eorum hereditatibus castro ab eodem in dicto regno nostro, uti novus predo, facere et committere non expavit, et committi per alios procuravit, pro eo nos, cui interest officio nostri regii regiminis incumbente, pro republica et eiusdem quieto statu solicite invigilare, volentes ut huiusmodi actus nepharii, malignaque dicti Lyncher protervia ipsorumque condam Pauli filiorum et heredum presumcio temeraria in regno nostro locum non habeat radicatum, unacum prelatis, baronibus plurimisque dicti regni nostri proceribus mature super his nobiscum deliberantibus sanximus decernentes, quod quia idem Lyncher gesta facinora premissa signanter incendia et desolaciones eisdem domino archiepiscopo et suis fratribus, sicut moto suo proprio sinistro, sic non minus ex permissione filiorum seu heredum dicti condam Pauli predictorum, prout premisimus, absque speciali nostre maiestatis consensu et annuencia, ac contra approbatam et consvetudinariam dicti regni nostri legem, de dicto castro et suis pertinenciis intulisse, exercuisse, procurasse perhibetur et perpetrasse, ideo nos memoratis fidelibus prelato et baronibus nostris dilectis annuimus seriose ipsis committentes, ut iidem pretextu premissorum damni, incendii, desolacionis et disturbii prefatis regnicolis nostris, et specialiter iamdictis fidelibus prelato et baronibus nostris per eundem Lyncher de dicto castro et suis tenutis maliciose patratorum et fieri procuratorum, nocumenta, molescias, desolaciones et oppressiones, quecunque et quascunque ac qualitercunque inferre, ipsi Lyncher ac heredibus dicti condam Pauli, in dictis castro et suis pertinenciis seu inferri facere poterunt, eas et eadem ipsi liberam, tutam et omnimodam faciendi et inferendi habeant facultatem auctoritate nostra presentibus eis concessa mediante; et insuper castrum Frathno memoratum, cum cunctis suis ubilitatum integritatibus in casu si dum et ubi, ipsum castrum idem dominus Johannes archi-

Digitized by Google

episcopus et sui fratres antedicti, a manibus antefati Lyncher et filiorum Pauli prescriptorum qualitercunque aufferre et quoquomodo recipere poterunt et optinere, eisdem scilicet domino Johanni archiepiscopo et suis fratribus pretaxatis, eorumdem suorum fratrum heredibus et successoribus universis, sicut nunc sic et tunc, et sicut atunc, dato casu premisso sic et nunc, nostre regie nove donacionis titulo conferimus perenniter et in evum donabimus, imo damus eisdem, donamus et conferimus, perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum harum nostrarum testimonio literarum; quas eciam ob maioris rei certitudinem potissime pro eo, ne per hoc, ut prefatus dominus Johannes archiepiscopus, officio fungitur cancellariatus, nostre maiestatis temporum in eventu scrupulum in his oriatur hesitacionis aliquale, secreciori sigillo nostro rotundo penes quod sigilla fidelium baronum nostrorum videlicet dominorum Stibory de Styborich voivode nostri Transsilvani et Nicolai de Gara regnorum nostrorum Dalmacie et Croacie predictorum ac Sclavonie bani, apponendo roborantes, iussimus communiri. Datum in Wylak, in dominica Ramispalmarum, anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

Belől három pecséttel, a király pecsétje veres, Stibor vajdáé zöld, Garai Miklósé barna viaszba van nyomva; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 621. 13. dipl. oszt. 8306.

376. *A vasvári káptalan előtt Szántói Chikus fia Miklósnak fiai, Annus nevű nővérüknek, Simaházi Tristian nejének, szopori zálogos birtokukat lekötik. 1398. máj. 15.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Petrus filius Nicolai dicti Chikus de Zanthow sua ac Gaspar fratris sui carnalis in personis, cuius honus et gravamen per omnia super se assumsit, coram nobis personaliter constitutus, oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut quia ipsi nobilem dominam Annus nominatam sororem ipsorum carnalem Stephano filio Tristiani de Symonhaza rite et iuxta formam sancte matris ecclesie in coniugem tradidissent, eandemque, ut deceret, vestibus nupcia-

Digitized by Google

libus adornare non valerent, ideo ipsi totam possessionariam ipsorum porcionem in possessione Zopor in sex marcis in pignore habitam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis universis prefatis nobili domine et Stephano domino et marito eiusdem dedissent, donassent et contulissent iure perpetuo irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes natorum et nascendorum possidere, tenere pariter et habere, imo annotatus Petrus sua, ut premittitur, et dicti fratris sui in personis dedit, donavit et contulit coram nobis istomodo, ut idem Stephanus eandem a premisse impignoracionis honere deliberare teneatur testimonio presencium mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas medioque alphabeto intercisas. Datum in vigilia festi Ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° nonagesimo octavo; honorabili viro domino Johanne preposito, viris discretis magistris Petro cantore, Laurencio custode, Paulo decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Függő pecsét nyomaival, felül chyrographummal; eredetijét közlé velem Balázs György ipoly-nyéki plebánosa, Történelmi Társulatnak Hont vármegyei kirándulásán 1869. évben.

377. *A pozsonyi káptalan előtt Raychondorfi János neje Ilona, Selgi-Ilmicz nevű birtokból járó leánynegyedi járandóságát Patly Jánosnak eladja. 1399. jun. 6.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie Posoniensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam futororum harum serie volumus pervenire, quod nobilis domina Elena vocata consors Johannis literati de Raychondorf filia videlicet condam Jacobi filii Andree de Selgi Ilmech, coram nobis personaliter constituta vive vocis oraculo confessa extitit in hunc modum, quod ipsa dotalicium suum necnon quartam puellarem ac universa iura ipsius quovis nominis vocabulo vocitata in porcione possessionaria dicti Jacobi patris sui in predicta possessione Selgi Ilmech habitam et habita, ipsam iure here-

Digitized by Google

ditario contingentis, cum omnibus suis utilitatibus, integritatibus et pertinenciis universis, ad dictum dotalicium et quartam puellarem, necnon predicta iura sua spectantibus nobili viro Johanni filio Thome de Patly et suis heredibus heredumque suorum posteritatibus universis pro quadraginta tribus libris denariorum viennensium, ut asseruit plene ab eodem habitis et acceptis, dedisset et vendidisset imo dedit et vendidit iure perpetuo irrevocabiliter tenenda, habenda pariter et possidenda coram nobis, nullum ius nullamque iuris proprietatem pro se aut suis heredibus in premissis reservando, sed totum ius et dominii proprietatem in ipsum Johannem et ipsius heredes transferendo pleno iure. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria sexta proxima post octavas festi domini, anno eiusdem Millesimo tricentesimo nonagesimo nono.

A budai káptalannak 1410-ki átiratából; melynek eredetije megvan az orsz. ltárben N. R. A. 593. 22. dipl. oszt. 4758.

378. *A győri káptalan előtt Harkai Péter megengedi, hogy Harka és Egered nevű birtokokban a maga részét, melyet Ayzel nevű németujhelyi zsidó négyszáz frtért zálogban birt, Sopron városa kiválthassa s az uzsora-kamatot is megfizetvén, ötszáz frtért zálogban birhassa. 1400. apr. 28.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Sagax humane nature adinvenit prudencia, ut res gesta oblivione preventa, ne labatur hominum memoria, verum patrocinio scripturarum solidata, ad posterorum memoriam dirigatur, per scripta perpetuo duratura; proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam, harum serie volumus pervenire, quod vir nobilis Petrus filius Stephani de Harka civis Soproniensis ad nostram personaliter veniens presenciam, organo vive vocis sponte et libere confessus extitit eo modo, quod ipse

Digitized by Google

porciones suas possessionarias in eadem possessione Harka, et in possessione Egered, ipsum rite concernentes existentes in comitatu Soproniensi, et in commetaneitate tenuti civitatis Soproniensis, que quidem porciones possessionarie olim a pluribus retroactis temporibus pro nonnullis suis necessitatibus ad hoc tunc ipsum urgentibus sublevandis, Ayzel iudeo et suis fratribus ac heredibus de Nova Civitate mediantibus certis literis, super huiusmodi contractu confectis, pro quadringentis florenis auri boni et iusti ponderis pignori obligate extitissent, et nunc ab ipsis iudeis, et eorum potestate, ne contra mores pene facto in premisso accrescerent, eedem porciones possessionarie per cives eiusdem civitatis Soproniensis unacum usuris super dicta summa aggregatis, pro quingentis florenis auri similiter boni et iusti ponderis, seu pecunia equivalenti, redemte haberentur, easdem porciones possessionarias cum cunctis suis utilitatibus, videlicet terris arabilibus, cultis et incultis, silvis, aquis, nemoribus, pratis, pascuis et quibuslibet aliis pertinenciis, quovis nominis vocabulo vocitatis, eisdem civibus Soproniensibus presentibus et futuris, pro premissis quingentis florenis auri modo premisso boni et iusti ponderis, seu pecunia equivalenti, pignori obligassent, imo obligavit nostri in presencia possidendas, tenendas pariter et habendas, tamdiu donec pro premissa summa pecunie eisdem per eundem obligantem, aut ipsius heredes et successores redimerentur. Assumens nihilominus idem Petrus, obligans prenominatos cives et ipsorum successores, in dominio dictarum porcionum possessionariarum et suarum pertinenciarum temporis iu processu contra quoslibet impetitores, si qui fierent, tueri ac defensare, propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo; honorabilibus et circumspectis viris dominis Andrea preposito, item reverendissimo in Christo patre et domino Valentino cardinale ecclesie Quinqueecclesiensis iura lectoris ecclesie nostre gubernante, Michaele cantore, Demetrio

Digitized by Google

custode ceterisque dominis in dicta ecclesia nostra deo iugiter famulantibus et devote.

Zöld zsinóron függő ép pecséttel; eredetije Sopron sz. k. város ltárában Lad. G. I. 30. Ugyanott megvan Zsigmond királynak »in Chorna feria quarta proxima post festum apparicionis beati Michaelis archangeli« **1400.** évben kelt levele, hogy Harkai Dénes fiai László és Miklós, Harkai Pétert a föntirt birtok részeknek valamint Küllő máskép Németfalu birtoknak elidegenítésétől tiltsák.

379. *A győri káptalan előtt Kanizsai Miklós, Kishöflein nevű birtokban a maga részét, höfleini Belyd fiának Gergelynek a zálogból kibocsátja, viszont ez Csornán négy udvartelket Kanizsai Miklósnak örökjogon átad. 1400. jun. 14.*

Capitulum ecclesie Jauriensis omnibus Christi fidelibus presentibus atque futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus fieri manifestum, quod magister Gregorius filius Belyd de Hoffling pro se personaliter et pro Johanne ac Nicolao filiis suis onus eorumdem, si infrascripta temporum in processu quovismodo infringere niterentur ad se assummendo, coram nobis constitutus, confessus est oraculo vive vocis in hunc modum, quod quia possessio sua Kyshofflyngh vocata in comitatu Soproniensi habita, quam condam Nicolaus filius Belyd frater suus uterinus magnificis viris dominis Nicolao et Stephano filiis condam magistri Johannis filii Laurencii de Kanysa pro quingentis libris denariorum viennensium pignori obligaverat, sibi per eundem dominum Nicolaum filium Johannis filii Laurencii quo ad porcionem ipsius domini Nicolai videlicet ducentarum quinquaginta librarum denariorum viennensium fuit et est sine difficultate libere relaxata et remissa, ideo ipse in condignam recompensacionem relaxacionis earumdem ducentarum quinquaginta librarum denariorum viennensium sibi per dictum dominum Nicolaum de Kanysa facte, quosdam quatuor fundos curiarum seu sessiones suas integras in possessione Chorna vocata in dicto comitatu Soproniensi existente, penes sessionem condam magistri Georgii Kun de dicta Chorna versus plagam orientalem

Digitized by Google

situatas et eundem magistrum Gregorium iure hereditario concernentes, cum omnibus eorumdem quatuor fundorum curiarum seu sessionum utilitatibus, iuribus et pertinenciis ad easdem ab antiquo spectantibus, eidem domino Nicolao et per ipsum suis heredibus ac posteritatibus universis iure perennali possidendas, tenendas pariter et habendas dedisset, donasset et contulisset, imo dedit, donavit et contulit coram nobis presencium testimonio mediante. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eidem domino Nicolao concessimus literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas uberiorem ad cautelam. Datum secundo die festi sancte Trinitatis, anno domini Millesimo quadringentesimo; honorabilibus viris dominis Andrea preposito, item reverendissimo in Christo patre domino Valentino cardinale Quinqueecclesiensi, iura lectoratus ecclesie nostre gubernante, Michaele cantore, Demetrio custode existentibus, ceterisque dominis canonicis in dicta ecclesia nostra deo iugiter famulantibus et devote.

Vörös és zöld szinü selyem-zsinóron függő pecsét romjaival; eredetije az orsz. ltárban 716. 4- dipl. oszt. 24699; megvan ugyanott patens alakban is N. R. A. 643. 8. dipl. oszt. 8568. Ugyanott őriztetik a győri káptalannak 1400-ban kelt jelentése a beiktatásról; a kijelelt kir. emberek ezek valának «Nicolaus Bondor, Laurencius magnus de Paztor, Jacobus parvus de Korumzo» N. R. A. 952. 2. dipl. oszt. 8581. Megvan még ugyanott Zsigmond királynak Csornán úrnapján 1400-ik évben kelt levele, mely szerint Kanizsai Miklós Kishöflein birtok visszabocsátására való készségét élőszóval a király előtt is kijelentette. N. R. A. 621. 19. dipl. oszt. 8570.

380. *Zsigmond király a csornai conventet kiküldi, hogy Vadosfalvi Péter fiait az általuk pénzen szerzett vadosfalvi birtokrészbe iktassa be. Csorna, 1400. junius 17.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis conventui de Chorna salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Georgii, Johannis, Joseph et Emerici filiorum Petri de Vadasfalua, quod ipsi in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in eadem Vadasfalva in comitatu Soproniensi, apud manus ipsorum habite et existentis iure emticio ipsis pertinentis, legitime vellent introire, si cuiuspiam contra-

Digitized by Google

diccio ipsis non obviaret in hac parte; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius filius Stephani de Pothyond vel Dominicus filius Stephani de Chaford aliis absentibus homo noster ad faciem memorate porcionis possessionarie vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat annotatos Georgium, Johannem, Joseph, Dominicum et Emericum in dominium eiusdem statuatque eandem ipsis iure premisso perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra eosdem Georgium et Johannem et alios supradictos in nostram specialem presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem; et post hec seriem huiusmodi introduccionis et statucionis vel nomina contradictorum et citatorum cum termino assignato eidem nostre presencie speciali, fideliter rescribatis. Datum in eadem Chorna, in festo sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo.

András prépost és a csornai conventnek 1400. évi a beiktatásról szóló bizonyságleveléből, melynek eredetijét a N. muzeumban őrzik.

381. *A vasvári káptalan előtt Vezekényi István özvegye a férje után járó hitbéri járandóságát valamint Mihály fia után járó követelését, második férjére Harkai Lászlóra ruházza át. 1400. jun. 21.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod nobilis domina Margaretha nominata olim relicta Stephani filii Stephani de Vezeken nunc vero consors Ladislai filii Dionisii de Harka filia videlicet Michaelis rufi de Bikche coram nobis personaliter constituta oraculo vive vocis confessa extitit eo modo, ut ipsa universa iura sua dotalicia et quartalia a possessionariis porcionibus dictorum condam Stephani domini et mariti ac Michaelis patris suorum sibi de regni consvetudine proveniencia ad possessionarias suas porciones tam emticias quam impignoraticias, item homagium seu homicidium Michaelis filii sui a prefato Stephano

Digitized by Google

priore domino et marito suo geniti pleno iure pacifice prefato Ladislao nunc domino et marito suo ad aquirendum, reoptinendum, ubique perpetuo percipiendum, si ipsum autem prefatum Ladislaum vitam contingeret terminare temporalem *(igy)* dedisset, donasset et contulisset imo dedit, donavit et contulit coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Milesimo quadringentesimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredetije Pozsonyban a gr. Esterházy cs. galantai ltárban: 27. 10.

382. *Az alispán és szolgabirák bizonyságlevele arról a hatalmaskodásról, melyet Linkoháti (Miháli) Domokos fiai Kisfaludi Simon birtokán elkövettek. Bogyoszló, 1400. nov. 8.*

Nos magister Benedictus de Koppan vicecomes de Rabakuz comitatus Soproniensis et iudices nobilium de eadem damus pro memoria, quod feria secunda proxima ante festum beati Demetrii martyris proxime elapsa, Laurencius dictus Bondor de Paztor in persona nobilis domine consortis videlicet magistri Simonis de Kysfalud coram nobis constitutus, nobis curavit significare, quod tum feria quarta proxima post festum beati Laurencii martyris proxime preterita magister Johannes filius Dominici de Linkohata unacum suo fratre Vgron nominato et suis familiaribus Georgio et Emerico dicto Molnar sagenas magistri Laurencii in frusticulas decidisset seu decidi fecisset, extunc in redeundo idem magister Johannes de dicto Linkohata, unacum suo fratre et suis familiaribus memoratis in possessione sua Kisfalud vocata unam suam pecudem interfecisset seu interfici fecisset et suis canibus rodere omnino facere seu comedere non desinasset; unde inquisicione huiuscemodi facta a nobis nostrum postulans hominem ad inquisicionem prefate domine veritatis. Nos quidem in sede nostra iudiciaria una nobiscum assedentibus Blasium de Edwy iudicem nobilium dicti comitatus unum ex nobis ad hoc duximus destinandum, qui quidem demum ad nos reversus (retulit), ut ipse feria tercia videlicet a die

Digitized by Google

festi beati Demetrii martyris proxime preterita in provincia Rabakuz dicti comitatus procedendo a nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus, a quibus decuit et licuit palam et occulte talem scire potuisset veritatem, ut hec omnia premissa et quevis singula ac premissorum genera per memoratum Johannem filium Dominici de dicta Linkohatha et suum fratrem ac suos familiares memoratos contra eandem sepefatam nobilem dominam consortem dicti magistri Simonis de Kysfalud facta fuissent et perpetrata. Datum in Bogizlow, feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris, anno domini M° CCCC°.

Papiron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

383. *Zsigmond király Kanizsai János esztergomi érseknek és testvéreinek a haza és trón irányában tanusított érdemeit felsorolván, Kapu, Borostyánkő és Léka várakat Csepreg mezővárossal együtt nekik adományozza.*

1401. febr. 17.

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex ac marchio Brandenburgensis, sacri romani imperii archicamararius, necnon Bohemie et Lucenburgensis heres, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore et pacis. Quoniam ea, que principum sanccione diffinitive terminantur, presertim, que legum imperatrix regia pertractat auctoritas, perpetuo illibata permanere, et semper inconcusse debent observari, ne falsitas veritati prevaleat et iniquitas preiudicet equitati, illa literarum regalium vivacitate convenit solidari, ut non labantur cum tempore, que in tempore congesta pariter et patrata fuere, sane ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire literarum, quod cum castra Kapw in Soproniensi, Porosthyan in Castriferrei et Lewka vocata in Castriferrei comitatibus adiacencia et existencia, cum oppidis, villis, prediis, sessionibus et presertim

Digitized by Google

decimis, lucro camere, in tenutis dicti castri Porostyan exigi consvetis, ac eciam lucro camere, et decimis in villis Zyl et Barathy vocatis, que possessiones udvornicales prefuerunt, exigi solitis, et prout eciam erga manus regias extiterunt, item oppidum Chepregh in Soproniensi, ac possessiones Azaar, et Thothrede vocatas in Vesprimiensi comitatibus adiacencia et situatum, simul cum iuribus, iurisdiccionibus, tributis, obvencionibus ac eciam aliis cunctis ipsorum castrorum et oppidi necnon possessionum, et villarum universis pertinenciis et emolumentis, commoditatibus, obvencionibus, redditibus, cunctarumque utilitatum eorumdem, et ipsarum quarumlibet pertinenciarum et tenutarum integritatibus, quibusvis nominis vocabulo vocitatis, ad prenominata castra rite spectantibus, fidelibus nostris predilectis reverendissimo in Christo patri et domino Johanni de Kanisa archiepiscopo alme ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comiti perpetuo, necnon primati et apostolice sedis legato auleque nostre maiestatis summo cancellario, et magnificis quoque viris dominis, Nicolao pridem tavarnicorum et Stephano de dicta Kanisa ianitorum nostrorum regalium magistris, fratribus suis concarnalibus, filiis videlicet condam magistri Johannis filii Laurencii de dicta Kanisa, pro ipsorum meritoriis obsequiis ac virtuosis sincerisque complacenciis, de quibus quedam brevi stylo in cumulum meritorum laudis et honoris eorumdem duximus presentibus succincte propalanda: potissime nobis sacro diademate dicti regni Hungarie propicia divinitate, non sine ope et aminiculo eiusdem domini Johannis archiepiscopi et fratrum suorum, imo nobis eorumdem magnifice assistente favore, auxilio et consilio opportunis feliciter laureatis, ac sceptra et solium regni nostri gloriose adeptis, tandem copioso exercitu fidelium nostrorum gencium armigerarum preassumto et congregato, una cum eisdem fidelibus, et presertim prefatis filiis ipsius condam magistri Johannis de Kanisa, precellentis potencie magnitudine cum binis eorum vexillis gencium armigerarum numerosa pluralitate stipatis, nostris obsequiis indesinenter insudantibus, versus et in regnum Rascie adinstar exercituancium in manu potenti castra metati et ibidem castra Cheznek et

Digitized by Google

Borych appellata, intra ambitum dicti regni Rascie, erga manus rasciensium nostrorum emulorum habita, diucius fortiter expugnando ipsi siquidem filii condam magistri Johannis, eorum consilio et auxilio pre ceteris nostris subditis, tanto fidelitatis fervore nobis adesse et prodesse constanter didicerunt, ut ipsis nostris emulis devictis et dictis duabus castris ablatis, et nostris ac nostrorum fidelium manibus laudabiliter applicatis, indemnes et illesi votive ad ipsum regnum nostrum Hungarie regressum habuimus cum triumpho; porro cum regna nostra Dalmacie et Croacie antefata per boznenses ab olim fuissent occupata, nostris plerisque infidelibus, scilicet Paulo episcopo et Johanne bano de Horvathy, cum ipsorum complicibus et fautoribus in castro Dobor vocato, in districtu terre Wzura vocate, regis videlicet Bozne, per ipsos infideles contra nostram maiestatem in confiniis regni nostri constructo et preparato insidiantibus, et non modica maleficia regnicolis nostris perversa machinacione sedule inferentibus, pro ipsis regnis nostris deo opitulante recuperandis, aggregato fidelium nostrorum armigero ingenti cetu, ultra fluvium Zave versus ipsum castrum Dobor, annotato Johanne bano, nostro adventu agnito, repente avulso et profugiente et eodem potenter et patenter nos progredientes, ipsis fidelibus nostris filiis condam Johannis de Kanisa, prelato et baronibus nostris dilectis, cum eorum personis et gentibus armigeris, nostro lateri iugiter adherentibus, castra metati fuimus, et eorum peritis consiliis et potencia adeo nobis opitulamina multe laudis preconio attolenda ibidem exhibentibus, ut ipso castro Dobor obtento, tandem ipsum castrum concremari et in cinerem redigi fecimus et favillam, et ipsis regnis nostris Dalmacie et Croacie reobtentis, et nostris dominio et dicioni reannexis, quin imo eciam annotatum regnum Bozne cum rege et incolis suis, subiective obediencie amictu trabeatis nostrum ad conspectum pergentibus et ad omnia beneplacita pariter et fidelia obsequia iugiter nobis et sacre corone impendenda, se ipsos fideliter, et sincero nisu offerentibus commoda, et quietem regnicolis nostris reparando, eadem regna statum reduximus insignite ad pristinum; et his cunctis

Digitized by Google

utiliter et condigno moderamine iuxta libitum nostre voluntatis precipue mediante ipsorum nostrorum fidelium filiorum condam magistri Johannis ope et opere consummatis et votive expeditis, ad regnum nostrum Hungarie prospere reduximus gressus nostros. Preterea vero ad territoria terre nostre Moldvane nobis et subditis nostris hostiliter indefesse resistentis, et rebellantis nostro valido exercitu instaurato, prefatus vir magnificus Stephanus de Kanisa protunc comes siculorum nostrorum existens, cum suis complicibus et gentibus ac siculis nostris ante ingressum nostrum ad dictam terram Moldvanam, ut accessus noster tucior preesset, potenter irruens, et plurima nocumenta, incendia et predam grandem inibi perpetrans, nobisque confestim per reliquam viam, et ipso domino Johanne archiepiscopo cum sua armigera comitiva nobis fideliter et iugiter assistente ad dictam terram Moldvanam progredientibus, idem dominus Stephanus comes siculorum ad nos regrediens, et viam magis tutam nobis attribuens, variosque conflictus in alpibus et indaginibus densis, cum ipsis olahis et Stephano voivoda eorum viriliter committendo et sic in terram Moldvanam antefatam circa larem seu domum proprie residencie ipsius Stephani voivode domino coadiuvante fuimus castra metati, et annotatus Stephanus voivoda cum suis complicibus et olahis universis, ad nostra servicia, venia prius et gracia de inobediencia et negligencia suis a nostro culmine postulatis propicius et optentis, iugiter, fideliterque explenda donaque solita nostro fisco regio in recognicionem domini naturalis temporibus congruis persolvendo humiliter se ipsum inclinavit et subdere studuit effective, literis vigorosis, iuramentoque exinde prestito vallatis, se ipsum cum suis complicibus in omni fidelitate et obediencia propensius obligantes in premissis nostre maiestati. Preterea his laudabiliter cum ipsis nostris fidelibus iam finitis et solidatis post ingressum nostrum ad regnum Hungarie factum, instaurato per nos et preassumto exercitu in partes Transalpinas, ubi olahorum et turcorum nobis in regnis nostris obesse satagencium et insidiancium valida agmina versabantur, annotato viro magnifico domino Stephano de Kanisa personaliter proprium

Digitized by Google

vexillum, suarum videlicet, et dicti magistri tavarnicorum nostrorum, fratris eiusdem carnalis, tunc ad regem Francie et cetera loca Italie in arduis nostris et regni nostri agendis et legacionibus per nos destinati, et per ipsum ad nostri honoris incrementa eisdem deductis et prosecutis, numerosa multitudine gencium armigerarum copiose stipatum habente, vestigiis nostris et obsequiis continue insudando ingressum facientes, ipsos olahos et turcos cum ipsorum precessoribus et capitaneis in fugam convertentes, minus castrum Nikapolis nuncupatum in dictis partibus transalpinis situatum, erga manus ipsorum habitum expugnando, et cum maxima cruoris effusione fidelium nostrorum nece, presertim ipsius magnifici viri Stephani de Kanisa, complicum inibi ferventer dimicancium, et lethaliter sauciatorum sanguinis effusione Christo aminiculante obtinuimus et nostrorum castellanorum manibus prorsus duximus applicandum et reliquendum; denique medio tempore et interim dum hec fierent et agerentur, inclita princeps domina Maria regina felicis reminiscencie condam conthoralis nostra precara, domino celi imperante, rebus est exemta humanis, Varadinique telluris gremio summo cum decore extitit commendata, annotato domino Johanne archiepiscopo pro tuicione regni nostri per nos in nostri absencia protunc deputato, ibidem adherente et cuncta exequiis incumbencia regalibus insignite moderante et peragente, ac his expeditis versus Cassoviam ad confinia regni nostri, per que Wladizlaus rex Polonie regnum nostrum occupaturus moliebatur subintrare, idem dominus Johannes archiepiscopus cum nonnulis aliis fidelibus subditis nostris sibi associatis, cum plerisque suis armigeris gentibus obviam ipsius Wladizlai regis protinus progrediens et viam ingrediendi sibi et suorum armatorum cetui prorsus precludens et vetans, omnes tumultus et errores, insultus ac cuncta iurgia, qui et que pretextu obitus ipsius reginalis, et absenciam nostre maiestatum, intra ambitum et in confiniis regni nostri emergi, suboriri et contingere potuissent, sua pericia interveniente, sano dogmate extinxit, sopivit et sedavit, pretaxata quoque regna nostra condigno moderamine prefulciendo, sub pacis debita tranquilitate, indemniter et illese pro nostra

Digitized by Google

reservavit maiestate. Penultimo itaque nostre consideracionis intuitum ad graves, imo gravissimas christicolarum anguscias pie compassionis zelum dirigentes, quomodo per turconicam feritatem christicolarum grex infligeretur crudeliter, aliis in vilissimam servitutem abductis, aliis per conculcacionem eorum in ore gladii in excidium viliter missis, hic timor, hic ploratus, hic ululatus in regione christiana, in confusionis immense opprobrium, et scandalum christianitatis, salvatorisque contumeliam, ex compassione denique et sincero zelo defensionis et causa vindicte atrocium iniuriarum christicolarum, imo verius nostri redemtoris, et pro republica invocatis gentibus armigeris, nostri videlicet, et ceterorum Regnorum incolis diversarum nacionum pluralis numeri iugiter convocatis et aggregatis, pre ceterisque nostris fidelibus primatibus et subditis, eisdem domino Johanne archiepiscopo, et Stephano filiis scilicet condam magistri Johannis de Kanizsa, cum propriis, eorum geminis seu binis ac magnifici viri domini Nicolai fratris ipsorum carnalis magistri tavarnicorum nostrorum, ex edicto nostro de regno Bulgarie antefato, ad ipsum regnum nostrum Hungarie pro tuicione eiusdem remeantis, cum tercio vexillis validis nobilium virorum militancium, precipueque consanguineorum ipsorum armata cohorte laudabiliter, insigniteque suffultis et stipatis, una nobiscum personaliter et potenter progredientibus, adversus et contra turcorum et impiissimi Bayzat imperatoris eorumdem ac ceterorum crudelium paganorum, regni nostri et nostrorum infestorum, capitaliumque inimicorum territoria et confinia regni nostri creberrime hostiliter devastancium, seviciam comprimendam et feritatem elidendam castra metati, et dum ad climata dicti regni Bulgarie, ubi ipsorum Bayzat imperatoris et turcorum ac ceterorum sismaticorum grandis cetus pollulabat, applicuissemus, fortissimisque civitatibus et castris Bidinio et Orehow nuncupatis, per ipsos turcas retentis et vendicatis, per nos in brachio excelso gloriose expugnatis et deo aminiculante reobtentis et nostris dicioni et dominio prorsus annexis et subiectis, ulterius castra metati fuimus versus castrum maioris Nicapolis, ubi bellica certamina cum predictis paganis regni nostri et

Digitized by Google

nostris emulis personaliter aggrediendo, diuciusque in area ipsius certaminis cum pretaxata fideli nostra comitiva adversus eosdem paganos ferventer bellando, alternataque vicissitudine bellica certamina committendo et non modicam falleratam ipsorum turcorum cohortem armorum acumine in necis exterminium concuciendo et stragem grandem inter ipsos immanes paganos et sismaticos eorum sequaces perpetrando, tandemque nobis fortuna adversante et perversa facie nostro exercitui sinistre arridente hostili ipsorum turcorum terribili impetu et insultu eorum prevalescente viribusque pro dolor! nostri exercitus, permittente occulto dei iudicio, a quo est omnis potestas, sub cuius imperio reges regnant, et principes dominantur, ipse quidem est exercituum dominus, acies instruens, roborans, animos docens, manus ad prelium et iustificaciones suas potenti virtute mirificans, quos vult subiicere, subiicit et quibus vult victoriam, impertitur, fere demolitis et oppressis, ac prefatis fidelibus nostris sequacibus, presertim pluribus eorumdem filiorum magistri Johannis de Kanisa fidelium prelati et baronum nostrorum complicibus et nobilibus viris ac proximis et consanguineis in prima, secunda et tercia generacionis lineis eisdem annexis et attinentibus, et plerisque militibus eorumdem antefatis sub ipsorum trinis vexillis totis nisibus pro nostro et tocius regni nostri commodo, imo verius pro republica diligenter dimicantibus, tandemque per ipsorum turcorum seviciam elisis et devictis ac interemtis, ex quibus fere nemo vivens supermansit, invitis nutibus versus dictas partes nostras transalpinas terga vertendo, retroflexos gressus cum eisdem domino Johanne archiepiscopo et Stephano fratre suo ac aliis paucis fidelibus nostris, urgente adversitate facere coacti fuimus et compulsi, et denuo cum eisdem nostris fidelibus, domino Johanne archiepiscopo et Stephano de dicta Kanisa nostro lateri pro tuicione nostre persone fideliter ac ferventer, iugiterque adherentibus, per Danubii et pelagi flumina in galeis remigando ad civitatem Constantinopolitanam perveniendo, ibidem christicolas degentes, et per ipsos turcos obsessos et oppressos, virtute dei confortando et in nomine domini prefulciendo ac ab eadem civitate

Digitized by Google

Constantinopolitana per ipsius freti amnes, in prefatis galeis eminus proficiscendo, extremo deo duce, ad climata regnorum nostrorum Dalmacie et Croacie predictorum ingrediendo, memorati dominus Johannes archiepiscopus et Stephanus fideles nostri dilecti pre ceteris nostris subditis gentibus ipsorum armigeris et consangvineis necis voragine, ut prefertur, in nostris, et regni nostri premissis expedicionibus penitus consumtis et absorptis ac thesauris et cunctis bonis ipsorum ingentis precii et valoris, tunc ibidem in pretaxata regni nostri expedicione, pro opitulamine et decore nostris allatis et secum existentibus prorsus deperditis et alienatis, nos et nostra obsequia inchoata et regni nostri agenda fideliter et finaliter virtuose consummando et exponendo, deserere nullatenus voluerunt, se ipsos, uti inter fideles fideliores, ac ipsorum propria, et dictorum nobilium virorum complicum et consangvineorum suorum capita et cuncta bona, pro nostre regalis persone et regni nostri virtuosa tuicione et immensa utilitate regni nostri casibus fortune, calamitati et periculis fideliter et ferventer submittendo et exponendo, universis, pro quibus et aliis ineffabilibus obsequiis et complacenciis eadem et illas nove nostre donacionis titulo, nec non possessiones Barathy in Jauriensi, Barbach, Sarkany, Kisfalu in predicto Soproniensi, Ghelsw, Iharus, Bekchenheyl et Egerzegh in Zaladiensi comitatibus, cum villis prediis et ceteris sessionibus ac pertinenciis quibuslibet, ad easdem possessiones spectantibus, pro aliis consimilibus et coequalibus nobisque placibilioribus et utilioribus possessionibus eorumdem domini Johannis archiepiscopi et fratrum suorum concambiali titulo, mediantibus aliis literis nostris superinde confectis dederimus, perpetuo donaverimus, contulerimus, tradiderimus et assignaverimus pleno iure. Que quidem castra et eorum pertinencie, nec non possessiones et ville prenominate a diebus antiquis et ab eo tempore citra, in cuius contrarium memoria hominum non existit, apud manus predecessorum nostrorum felicium reminiscenciarum regum Hungarie iusto iuris titulo semper pacifice habita et tente fuerunt, et consequenter eadem et eedem cum suis pertinenciis similiter ad manus nostras regias de-

Digitized by Google

venta et redundate per nos et inconcusse quieteque et absque omnis impeticionis et contradiccionis obice servata et possesse, et tandem de manibus nostris regiis eisdem domino Johanni archiepiscopo, suisque fratribus prenominatis ac eorumdem fratrum suorum heredibus perenniter collata et donate extitere, et fuerunt profecto, prout regni nostri antiqua et approbatissima dictat lex et consvetudo multifarie multisque modis districtus, castra, civitates, oppida, ville, possessiones et iura possessionaria, tributa ac alie hereditates de regnicolis nostris cuiuscunque status, dignitatis, condicionis et preeminencie existentibus, interdum propter notam infidelitatis, cum eciam ob nonnullarum aliarum criminalium offuscacionum facinora et excessus, utputa propter cusionem falsarum monetarum, sigillorum falsificacionem et falsarum literarum exhibicionem seu delacionem, et propter aliarum falsariarum et nefandorum scelerum enormitates et delicta, plerumque vero propter seminis defectum, aut heredum solacio destitucionem et carenciam, nonnunquam vero concambiali titulo, aliis quoque contractibus et multiplicibus de causis ad manus regias applicari, devenire, devolvi et redundari solent, et per consequens omnia disposicioni et collacioni regie spectare et pertinere debent; sed quia instrumenta literalia, per que et quorum vigoribus huiusmodi districtus, castra, civitates, oppida, ville, predia, tributa ac cetera iura possessionaria et hereditates tente fuerunt, habite et possesse, ad manus nostras regias nequeunt plerumque pervenire, sicque eisdem literalibus instrumentis occulte et clandestine reservatis antiquo dierum posset per quarundam cavillaciones et pretensas cautelas in iudicio et eciam extra iudicium quandoque contra formam et vim nostrarum collacionum et provisionum regiarum temere procedi et attentari, quod utique in nostrum preiudicium et iacturam vergi censeremus et attentari; volentes igitur cavillacionibus et pretensis cautelis viam precludere, presertim recensentes prenarrata fidelissima et ineffabilia serviciorum genera et virtuosas complacencias, eorumdem domini Johannis archiepiscopi et fratrum suorum, quorum intuitu prelibatos dominum Johannem archiepiscopum, et

Digitized by Google

eius fratres prenominatos, fratrumque suorum heredes, nostro et successorum nostrorum regum Hungarie nominibus et in personis assummimus, spondemus iugiter et expresse pollicemur, in pleno reali, corporali ac pacifico dominio predictorum castrorun Kapw, Borosthyan et Lewka vocatorum, et quarumlibet pertinenciarum iuriumque eorumdem, et presertim cum prerogativa exemcionis et solucione lucri camere et decimarum, que, ut prefertur, ab olim apud manus regias nostrorum videlicet precessorum regum Hungarie, et ex consequenti eciam apud manus nostras semper pacifice prefuerunt et extiterunt, a cunctis impetitoribus, causidicis et actoribus ubique intra et extra iudicium expedire, defensare, tueri et manutenere, indemnes et illesos temporibus successivis universis; expedit quippe, quod nos et nostri successores reges, eosdem dominum Johannem archiepiscopum fratresque suos et eorumdem fratrum suorum heredes in dictis castris et eorum pertinenciis ac iuribus universis prenominatis, tanquam in nostra regia donacione et collacione ac provisione conservemus et conservent; ideo de prelatorum et baronum nostrorum consilio prematuro et de plenitudine regie potestatis, ex certa quoque nostra sciencia, omnibus et singulis cuiuscunque status, condicionis, dignitatis et preeminencie existant, de et super prosecucione, accione et impeticione eorumdem, occassione dictorum castrorum et suarum quarumlibet pertinenciarum, iurium quoque premissorum perpetuum silencium auctoritate regia imponimus per peresentes decernentes, quod nullus iudicum, iusticiariorum regni nostri presencium et futurorum prefatos dominum Johannem archiepiscopum, fratresque suos prenominatos aut eorumdem fratrum suorum heredes, ad cuiuspiam instanciam pretextu dictorum castrorum et suarum pertinenciarum ac iurium in toto, vel in parte aliquatenus iudicare aut ipsos seu aliquem ex ipsis suo astare iudicatui compellere audeat quoquo modo in premissis, ita quod predicto casu occurrente, non ipsi sed nos, nostri heredes aut successores reges Hungarie pro eisdem respondere teneamur et teneantur, prout fuerit opportunum. Quocirca vobis palatino et iudici curie nostre, vestrasque vices in

Digitized by Google

iudicatu gerentibus, cunctis eciam aliis iudicibus et iusticiariis regni nostri nunc constitutis et in futurum constituendis et cuilibet vestrum in solidum, quibus presentes ostendentur, firmis damus regiis sub edictis, quatenus prefatos dominum Johannem archiepiscopum et eius fratres fratrumque suorum heredes ad quorumpiam instanciam, accione premissorum, vestri in presenciam convenire vel in causam attrahere satagencium et adversus ipsos causam seu litis materiam movere volencium, contra formam premissi nostri decreti regalis nequaquam iudicare audeatis nec ad respondendum cuipiam astringere aut aliquatenus iu iudiciis aggravari presummatis, sed tales causidicos, impetitores et actores in nostre serenitatis aut nostrorum successorum regum Hungarie conspectum dirigatis et transmittatis, quibus nos circa premissa respondebimus et post nos nostri successores reges Hungarie, ut fuerit conveniens, respondebunt; in casu vero, quo nos aut nostri successores circa premissa tepidi essemus et essent, aut remissi, et pro antefatis domino Johanni archiepiscopo et suis fratribus ipsorumque fratrum suorum heredibus, ut prefertur, non responderemus, aut non responderent ipsos manutenendo in eisdem, nihilominus vos prefati iudices et iusticiarii regni nostri nullatenus eadem et ipsa cuipiam adiudicare aut perpetuacioni seu statucioni aliquam de ipsis, eciamsi in processu huiusmodi cause contra eosdem terminos compleverint iuridicos, facere audeatis, imo nec possitis, decernentes irritum et inane, si secus a quoquam quavis auctoritate quoquomodo, scienter vel ignoranter contingerit attentari, presentis scripti nostri patrocinio mediante. In cuius rei memoriam fiirmitatemque perpetuam presentes concessimus eisdem literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Verum quia prefatus dominus Johannes archiepiscopus Strigoniensis, nostri cancellariatus fungitur officio et honore, et obhoc erga manus ipsius eciam utrumque par sigilli nostri autentici duplicis predicti habetur, ad evitandam et removendam cuiuslibet suspicionis ambiguitatem et hesitacionis scrupulum, quod previa racione evenire posset fortassis, per quempiamve allegari, sigilla

Digitized by Google

autentica fidelium nostrorum dilectorum virorum magnificorum Detrici Bubek regni nostri palatini et comitis Frank de Zechen iudicis curie nostre, penes predictum autenticum sigillum hinc et inde appendi mandavimus, in certitudinem et robur ac uberiorem cautelam premissorum. Datum per manus eiusdem reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis de Kanisa archiepiscopi alme ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui nec non primatis et apostolice sedis legati ac aule nostre regie summi cancellarii dilecti nostri et fidelis, anno domini Milessimo quadringentesimo primo, tredecimo kalendas mensis Marcii, regni autem nostri anno quarto decimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis Valentino tituli sancte Sabine sacro sancte romane ecclesie presbitero cardinali et ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, ac eodem domino Johanne ipsius Strigoniensis, Colocensi sede vacante, Andrea Spalatensi et altero Andrea Ragusiensi archiepiscopis, Luca Varadiensi, Nicolao electo Transsilvaniensi, Eberhardo Zagrabiensi, Thoma Agriensi, Johanne Boznensi, Michaele Vesprimiensi, Johanne Jauriensi, sede Vaciensi vacante, Petro Nitriensi, fratre Gregorio Chanadiensi, Sirimiensi sede vacante, Grisogono Traguriensi, Francisco Scardonensi, Ladizlao Tyniniensi, Johanne Nonensi, Anthonio Sibinicensi, Nicolao Corbaviensi et Leonardo Segniensi ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; necnon magnificis viris eodem Detrico Bubek regni Hungarie palatino, Styborio de Styborich voivoda nostro Transsilvano et comite de Zolnuk, dicto comite Frank filio condam Konye bani iudice curie nostre, Nicolao de Gara Dalmacie et Crovacie predictorum ac tocius Sclavonie et Johanne de Maroth Machoviensi banis, honore banatus Zeuriniensis vacante, Georgio filio Jakch de Kusal tavarnicorum, Stephano de dicta Kanisa ianitorum, Johanne Grof dapiferorum, Emerico de Peren pincernarum, Johanne filio magistri Ladislai filii condam comitis Stephani Bubek agazonum nostrorum magistris, eodem Styborio comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Hártyán, selyem zsinóron függő három pecséttel, melyek közül az

Digitized by Google

országbiróé meglehetősen ép állapotban van; az olajfoltoktól sokat szenvedett eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 716. 6. dipl. oszt. 8635. őriztetik. Ugyanott átiratban is megvan Kanizsai János érsek, Kanizsai István és néhai Kanizsai Miklós fiai János és István részére ugyancsak Zsigmond királynak 1406. 19° kalendas Februarii kiállított jeles alaku oklevelében, N. R. A. 716. 6. dipl. oszt. 8636. Ugyancsak 1401. évből a föntebbi napról megvan Zsigmond királynak különben egészen hasonló szövegü adománylevele, N. R. A. 568. 12. dipl. oszt. 8634., melyben a király a hűtlen Laczkfiak Tolna vármegyei Simontornyai várát és Row várát Sopron vármegyében, mely a németek és osztrákok birtokában volt, Kanizsai János esztergomi érseknek és testvéreinek adományozza, Endréd és Zereglyen nevű Sopron vármegyei birtokokkal együtt, melyek előbb a hűtlen Saaz Mátyásé voltak.

384. *Az alispán és szolgabiráknak Edvi Balázs szolgabiró jelenti, hogy Vásárosfalvi Osl özvegye és fia János panaszára ezek birtokainak elfoglalásától Vadasfalvi Györgyöt intette. Bogyoszló, 1401. jul. 11.*

Nos magister Benedictus de Koppan vicecomes de Rabakuz comitatus Soproniensis et iudices nobilium de eodem damus pro memoria, quod cum feria secunda proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris proxime ventura Blasius de Edwy iudex nobilium dicti comitatus coram nobis astando dixit tali modo, ut coram ipso nobilis domina relicta magistri Osl de Wasarusfalua, iam dicta feria secunda Georgium de Wadusfalwa, sua et sui filii Johannis in personis ab usu ipsarum possessionum seu quovismodo percepcione fructus earumdem iam dictarum possessionum in facie eiusdem possessionis coram ipso facie ad faciem repertum prohibuit et inhibuit et contradixit inhibendo regni ritu requirente. Datum in Bogizlow, feria secunda supra dicta, anno domini M° CCCC° primo.

Papiron, eredetije a gr. Teleki cs. gyömrői ltárában, Pogány csomag. Közölve Pesty Frigyes másolatából.

385. *A pozsonyi káptalan előtt Szántói Chykus fiai, Szántó nevű helységben a Bulka folyó mellett birtokrészeiket Pathli Jánosnak eladják. 1401. aug. 8.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam intuentibus capitulum ecclesie Posoniensis salutem in vere salutis largitore, ne ea, que in tempore fuerint et contingunt, simul cum tempore defluant et labantur, ad labentem memoriam huiusmodi revocandam stili solent patrocinio perennari. Proinde ad universorum igitur noticiam

Digitized by Google

tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Petrus et Gyappar *(igy)* filii Chykus de Zantho, comitatus Soproniensis, de quorum noticia personali Puchhardus iuratus civis civitatis Posoniensis nos adsecuravit, pro se ipsis personaliter et pro universis ipsorum heredibus sine literis procuratoriis honera eorumdem super se assummendo in nostri presencia constituti ministerio vive vocis confessi extiterunt in hunc modum, quod ipsi quilibet eorum suam porcionem possessionariam in predicta Zantho nunc apud manus ipsorum habitam penes flumen Bulka vocatum in dicto comitatu Soproniensi existentem ipsos iure hereditario contingentem, cum omnibus utilitatibus videlicet terris arabilibus cultis et incultis, pecorum pascuis, pratis, arundineis, aquis, piscaturis aliis eciam quibuslibet pertinenciis quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictam porcionem ipsorum possessionariam spectantibus nec non iuribus illis, que ipsi in ecclesia parochiali in prefata Zantho constructa habere dinoscuntur, sub eisdem metis et metarum decursibus, quibus idem actenus habuissent et possedissent, nobili viro Johanni filio Thome de Pathly, ipsiusque heredibus universis pro sexingentis libris denariorum viennensium, libram quamlibet sex pensis computando, dedissent et vendidissent, imo dederunt et vendiderunt iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, habendam pariter et possidendam coram nobis vigore presencium mediante, nullum ius nullamque iuris proprietatem annotati Petrus et Gaspar in predicta possessione Zantho et suarum pertinenciarum supra nominatarum pro se ipsis ac ipsorum heredibus et posteritatibus reservando, sed omne ius et dominii proprietatem iamdicte possessionis Zantho ipsiusque pertinenciarum in predictum Johannem filium Thome et ipsius heredes universos transferendo pleno iure. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras literas concessimus sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum beati Laurencii martyris, anno domini Milesimo quadringentesimo primo.

A budai káptalannak 1410-ben kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 593. 16. dipl. oszt. 4973.

Digitized by Google

386. *Zsigmond király a vármegye nemeseit és egyéb lakosait utasítja, hogy a midőn őket Kanizsai János és testvérei a határszélek megvédésére Vilmos osztrák herczeg ellen felszólítják, mint hadviselők fölkeljenek s az érseknek és testvéreinek segitségére siessenek. Beszterczebánya, 1401. nov. 30.*

relacio Ladislai Foris de Gordwa.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis universis et singulis nobilibus et alterius cuiusvis status et condicionis hominibus comitatus Soproniensis ubivis existentibus salutem et graciam. Revera percipientes quorumdam emulorum nostrorum videlicet Vilhelmi ducis Austrie potenciam nostram in obprobrium confinia nostri regalis dominii velle hostiliter subintrare, ad tuicionem eorumdem confiniorum nostrum fidelem devotum reverendissimum patrem dominum Johannem archiepiscopum Strigoniensem ac fratres suos duximus deputandos; ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus dum et quandocunque fueritis requisiti per annotatos dominum archiepiscopum vel fratres suos aut ipsi nostri parte vobis commiserint, illico more exercituancium vos promtuando ipsis in adiutorium accedere debeatis, tociens quociens fuerit opportunum, et aliud sub pena nostre indignacionis non facturi. Datum Zoly Novo, nostro regio sub sigillo, in festo beati Andree apostoli, anno domini M° quadringentesimo primo.

Papíron, belől gyürű pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban dipl. oszt. 8681.

387. *A vasvári káptalan előtt Cziráki Miklós és rokonai úgy Győrai Dániel, Kanizsai János esztergomi érseket és fivéreit a Rába folyónak más irányban való vezetésétől, és ez által Czirák, Dénesfalva, Család és Győró nevű birtokaiknak elpusztitásától tiltják. 1402. febr. 15.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Nicolaus filius Nicolai de Zyrak in sua ac

Digitized by Google

Ladislai et Thome filiorum necnon Michaelis filii Johannis de eadem patruelibus *(így)* ac Nicolai filii Petri generacionalium et condivisionalium fratrum suorum, item Michaelis filii Johannis filii Cosme de Vezeken ac Danielis filii Ladislai filii Stephani de Gyurov personis ad nostram veniens presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit, quod venerabilis in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus ecclesie Strigoniensis ac Nicolaus tavarnicorum et Stephanus ianitorum regalium pridem magistri filii scilicet Johannis de Kanisa, fluvium Rabe de pristino seu antiquo suo meatu seu alveo excipiendo contra ipsorum prohibiciones legitimas in alium meatum in desolacionem possessionum ipsorum videlicet Zyrak, Dyenysfalua, Chalad et Gyurov vocatarum ac ipsorum preiudicium per quamplurimas fossuras fodi fecissent; unde facta huiusmodi protestacione eosdem dominos Johannem archiepiscopum, Nicolaum et Stephanum fratres eiusdem et alios quoslibet adiutores et adherentes eorumdem a dicti fluvii Rabe de pristino suo meatu excepcione et in alium locum et meatum fodifaccione prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis testimonio presencium mediante. Datum feria quarta proxima ante dominicam Reminiscere, anno domini M° quadringentesimo secundo.

Papíron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Eszterházy cs. galanthai ltárban 27. 3.

388. *Zsigmond király előtt Lozsi Jakab fia Beled és összes rokonai, Pinnyei István fiaival kibékülnek. Ikervár, 1402. nov. 22.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator memorie commendamus per presentes, quod Beleed filius Jacobi de Loos ab una, onera omnium proximorum et consanguineorum suorum, si in infrascriptis temporum in processu resilire maluerint, super se assummendo, parte vero ab alia Anthonius, Nicolaus et Ladislaus, filii Stephani

Digitized by Google

nobiles de Prwnye *(igy)* onera tamen Blasii filii eiusdem Stephani fratris ipsorum concarnalis, omniumque proximorum et consanguineorum ipsorum, si in infrascriptis temporum in eventu persistere nollent, super se assummentes, coram nobis personaliter constituti per eosdem uniformiter ministerio vive vocis confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod licet humani generis inimicus semper malorum intencione, cuius dolositatis astucia pacem in cordibus hominum non sinit perennari, instigante et zizaniam seminante super morte seu interemcione nobilis domine Katherina vocate sororis ipsorum uterine alias consortis utputa ipsius Beled per eundem Beled dyabolica suggestione casualiter perpetrata ac super nonnullis factis potenciariis, iniuriis, damnis, nocumentis, vulneribus et verberum illacionibus. sanguinum effusionibus hucusque inter ipsos contencionis materia diucius mota, ventilata et exorta extitisset, tamen ipsi deo, cuius nutu singula disponuntur, annuenteque proborum et nobilium virorum quamplurimorum pacem parcium zelancium ordinativa composicione interveniente, ut omnis litis, ire, rixe, invidie et rancoris fomes de ipsorum medio prorsus evelleretur et extirparetur ac fame pacis succingeretur ipsique et eorum successiva posteritas in pacis amenitate alternatim quierent gratulari, omnibus litibus et causis ipsorum quovismodo hactenus inter eos habitis et exortis renunciatis, cassatis et annulatis super prescripta interemcione annotate nobilis domine Katherina vocate per predictum Beled, ut prefertur, casualiter perpetrate, omnibusque iniuriis, damnis, nocumentis, vulnerum verberum illacionibus, sanguinum effusioonibus et quorumlibet malorum generibus qualicunque, modo usque nunc inter eos et per eos factis et perpetratis sese in alterutrum expeditos prorsus et per omnia absolutos reddentes et commitentes ad talem pacis et concordie unionem inter ipsos perennaliter duraturam devenissent et devenerint coram nobis eo modo, ut prefatus Beled annotatis Anthonio, Nicolao, Blasio et Ladislao nobilibus, de dicta Prunnye pretextu satisfaccionis interemcionis prescripte nobilis domine Katherina vocate, sororis ipsorum octoginta marcas denariorum, singulam marcam cum decem pensis

Digitized by Google

denariorum viennensium computando, in tribus terminis infrascriptis, utputa quarta parte earumdem octoginta marcarum denariorum prescripti compoti, videlicet viginti marcas denariorum in die diei medii Quadragesime et totidem viginti marcas denariorum in die festi Penthecostes, residuas vero quadraginta marcas denariorum compoti predicti in festo beati Martini confessoris terminis videlicet post sese consequenter proximis affuturis, absque decima et nona partibus promta in pecunia, semper coram testimonio conventus de Chorna, dare et persolvere assumsisset imo assumsit nostro in conspectu, tali obligamine interposito, quod si ipse Beled ipsam primam solucionem in predictis termino et loco in non solvendo obmitteret, extunc ipse in pena dupli eiusdem prime solucionis convinci deberet, si vero primam persolveret et secundam in non solvendo negligeret, extunc ipsa prima solucio pro non soluta haberetur, si autem premissas duas soluciones faceret, ultimam vero solucionem in non solvendo obmitteret, extunc premisse due soluciones pro non solutis haberentur, et insuper idem Beled in pena dupli premissarum solucionum ac in facto potencie contra eosdem Anthonium, Nicolaum, Blasium et Ladislaum convinceretur eo facto. Nihilominus ultra hec in maiorem recompensam et satisfaccionem premissorum idem Beled assumsisset et assumsit, ut ecclesiam filialem annotatorum Anthonii, Nicolai, Blasii et Ladislai in predicta Prwnye in honorem gloriose virginis Marie constitutam, que ecclesie sue parochiale de dicta Loos annexa fore dinosceretur, ab eadem sua ecclesia matrice disiungeret et sequestraret, eandem filialem ecclesiam de Prwnye ab episcopo suo dyecesano utputa Jauriensi et eciam ab aliis ad quos dicta parochialis ecclesia de Loos de iure spectare dinosceretur, suis laboribus et expensis libere a dicta parochiali ecclesia de Loos disiungi et sequestrari permittere, eandemque parochialem et matricem ecclesiam de iure fieri posse procurando absolute relinquere faceret. Hoc tamen presentibus clare adiecto, ut si qua parcium predictarum ac proximorum et consanguineorum ipsorum premissa aliquo temporum in eventu observare resiliret aut verbo vel facto alter alterum previa racione

Digitized by Google

molestare niteretur, et hoc pars partem pacis tollerans contra partem premissa observare rebellantem evidentissimis documentis comprobare posset, extunc talis pars contra partem alteram in pacis pulchritudine perseverantem in facto potencie succubitus duelli convinceretur eo facto, ita ut neque nos neque successores nostri domini reges Hungarie capiti et bonis huiusmodi partis premissa observare rebellantis graciam facere possimus aut possint superinde. Ad que premissa et quevis premissorum singula, partes antelate coram nobis viva voce spontanea se obligaverunt voluntate. Datum in Jkurwar, feria quarta proxima ante festum beate Katharine virginis et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo secundo.

Belől pecsét nyomaival; eredetije a hédervári ltárban lozsi csomag 1. 23. Közölve Kovács Nándor másolatából. Az Egervári családnak a Vas vármegyei ltárban letett irományai között megvan András csornai prépost és a convent bizonyságlevele **1403**-ból, hogy Pinnyei Antal és rokonai a convent előtt Pünkösd napján megjelentek, Jakab fia Beled azonban elmaradt és az akkor lejárt pénzösszeget nem fizette meg.

389. *A pozsonyi káptalan előtt Széki Péter és fia, Schaka vagy Oka nevű birtokban a maguk részét százkilenczvennyolcz font bécsi denárért Sichisdorfi Siebenhirter Gangelnak és társának eladják. 1402. nov. 22.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum intuentibus, capitulum ecclesie Posoniensis, salutem in salutis largitore. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Michael filius Nicolai de Schek et Petrus filius eiusdem de eadem, ad nostram personaliter venientes presenciam per eosdem confessum extitit et relatum ministerio vive vocis in hunc modum, quod ipsi quibusdam necessitatibus ipsis ad presens imminentibus totalem porcionem ipsorum possessionariam in possessione Schaka alio nomine Oka vocata habitam, ipsos iure hereditario contingentem, in comitatu Soproniensi existentem, cum omnibus utilitatibus videlicet sessionibus populosis et non populosis, terris ara-

Digitized by Google

bilibus cultis et incultis, necnon quibuslibet pertinenciis et integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad dictam porcionem possessionariam spectantibus sub eisdem metis et cursibus metarum, quibus ipsi hactenus habuissent et possedissent nobilibus viris Bolfgongh alio nomine Gangel Wel Schibenhyerter dictis de Sichisdorf ipsorumque heredibus et posteritatibus universis pro centum et nonaginta octo libris denariorum viennensium dedissent et vendidissent, imo dederunt et vendiderunt iure perpetuo et irrevocabiliter coram nobis tenendam, habendam pariter et possidendam, tali tamen condicione interposita, quod quandocumque predicti Gangel et Wel Schibenhyerter predictam porcionem possessionariam vendere vel impignorare vel quovismodo alienare niterentur, tunc heredibus et consanguineis ac proximis predictorum Michaelis et Petri vendere vel impignorare teneantur, ubi autem heredes et consangvinei ac proximi prefatorum Michaelis et Petri prelibatam porcionem possessionariam emere et recipere ad se non possent aut non curarent, extunc memorati Gangel et Wel annotatam porcionem possessionariam cuicunque voluerint vendendi vel impignorandi et a se quovismodo alienandi omnimodam habebunt facultatem; assummentes iidem Michael et Petrus prelibatos Gangel et Wel ipsorum heredes et posteritates ab omnibus amicis et proximis ipsorum racione premisse porcionis possessionarie molestare volentibus ubique defensare et expedire propriis eorum laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria quarta videlicet in festo beate Cecilie virginis et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo secundo.

Zöld zselyem zsinóron függő pecsétje elveszett; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 621. 15. dipl. oszt. 8764.

Digitized by Google

390. *Zsigmond király előtt Kendertói Domokos fiai, János és Ugrin, Miháliban, a Rába folyón, egy malmukat, Asszonyfalvi Ostfi Gergelynek zálogba adják. Brewks, 1403. febr. 23.*

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii generalis vicarius et regni Boemie gubernator memorie commendamus per presentes, quod Johannes filius Dominici de Kenderthow in sua ac Vgrini fratris sui uterini personis, cuius onus et gravamen, si in successu temporum persistere nollet, super se assummendo, in nostram personali veniendo presenciam, per eundem confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod quia fidelis noster magister Gregorius filius Osth de Azonfalwa sibi pro certis suis necessitatibus ipsum urgentibus decem et octo florenos auri amicabiliter mutuavit, ideo totalem porcionem suam cuiusdam molendini in fluvio Raab vocato decurrentis, in possessione Myhald nuncupata constructi, apud manus eius pacifice habitam pro dictis decem et octo florenis auri duxit impignorandum, imo impignoravit effectualiter coram nobis cum omnibus ipsius utilitatibus et proventibus in tamdiu tenendum, habendum et possidendum, donec ipsi magistro Gregorio vel suis heredibus de dictis decem et octo florenis auri satisfaccio impensa fuerit quoad plenum; dictus autem magister Gregorius mutuans et sui heredes rehabita in successu temporum ab ipso Johanne impignoranti, vel suis heredibus, libere remittere et resignare debebit et tenebuntur nihil iuris vel proprietatis in ea sibi vel ipsis reservando, harum nostrarum testimonio literarum. Datum in Brewks, feria sexta proxima ante festum beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo tercio.

Papíron alul pecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

Digitized by Google

391. *A csornai convent előtt Cziráki Miklós fiai és egyik rokonuk, Kanizsai János esztergomi érseket és ennek testvérét Istvánt, valamint György szepesi és István esztergomi prépostot, ugy Csornai Kun György utódait, a Vezekén-Család nevü birtokhoz tartozó erdő levágásától és elpusztitásától tiltják. 1404. jul. 26.*

Nos Andreas prepositus et conventus monasterii beati Michaelis archangeli de Chorna memorie commendamus, quod Nicolaus filius Nicolai de Zyrak sua necnon Ladislai, Thome, Johannis, filiorum suorum ac Michaelis filii Johannis de eadem Zyrak in personis in nostram personaliter veniens presenciam reverendum in Christo patrem dominum Johannem archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, item magnificum virum dominum Stephanum olim magistrum curie regie maiestatis, filios Johannis de Kanisa, honorabiles et discretos viros dominos Georgium ecclesie de Sepes ac Stephanum ecclesie de promontorio Sancti Thome in Strigonio site prepositos, filios videlicet Ladislai filii Michaelis, nec non strennuum militem alterum Ladislaum filium Michaelis, Benedictum et Petrum filios Georgii dicti Kun de Chorna et alios universos a decisione et secacione quarumdam silvarum in faciebus possessionum suarum Wezeken-Chalad vocatarum in comitatu Supruniensi existencium nec non ab usione et utificacione earumdem et aliarum possessionum et porcionum possessionariarum ubilibet et in quibuslibet comitatibus cum possessionibus dicti reverendissimi patris domini Johannis ac predicti domini Stephani fratris sui metaliter adiacencium habitarum similiter a decisione silvarum, fructuum et utilitatum percepcione et percipifaccione se quovismodo in dominium earum intromissione qualitercunque factis et faciendis prohibuit contradicendo coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in festo beate Anne matris (Marie), anno domini M° quadringentesimo quarto.

Papiron hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában. **27. 34.**

Digitized by Google

392. *A pozsonyi káptalan előtt Pirichendorfi vagy Zeki Conrád, Zek nevű birtok felerészét, a Sár vagy Lajtahegy felől, Kishöfleini Beled fiának Gergelynek elzálogosítja. 1404. dec. 13.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie Posoniensis salutem in omnium salvatore. Ad universorum igitur noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Conradus dictus Sberczer de Pirichendorff alias de Zeky in comitatu Soproniensi pro se personaliter, et pro domina Katherina consorte sua, cuius onus et gravamen super se assummebat, in nostri presencia constitutus ministerio vive vocis fassus est in hunc modum, quod ipse cum consensu et bona voluntate Michaelis filii Nicolai et Petri filii eiusdem Michaelis de dicta Zeek medietatem iamdicte possessionis Zeky videlicet lineam a parte possessionis Sarhegh alio nomine Laytaperg scilicet viginti sex medios laneos in eadem linea sitos et existentes, exceptis duobus mediis laneis, in quorum uno Perendorffar et in alio vero Lueger haberent residenciam, ac duos integros laneos in campo sitos cum omnibus utilitatibus eorumdem videlicet terris arabilibus cultis et incultis, pratis, silvis, nemoribus, pecorum pascuis, aquis et quibuslibet utilitatibus, prout ipse Conradus et antecessores sui hactenus habuissent et possedissent, a festo beati Nicolai confessoris nunc proxime preterito incipiens Gregorio filio Beled de Kyshefflingh et suis heredibus ac posteritatibus universis pro ducentis libris denariorum viennensium bone monete pignori obligasset imo obligavit et ad utendum collocavit coram nobis tali modo, quod quandocunque idem Conradus ac domina consors eiusdem ipsorumque heredes dictam medietatem possessionis Zeky, ut prefertur, cum suis utilitatibus cum dictis ducentis libris denariorum viennensium redimere voluerint, tunc semper octavo die predicti festi beati Nicolai confessoris redimere possint ab eodem, si vero redimere non possent aut non curarent, extunc tamdiu possiderent, donec eidem dicte ducente libre denariorum viennensium persol-

Digitized by Google

verent plene et integre; assummens nihilominus prelibatus Conradus in sua et predicte domine Katherine consortis sue personis, prefatum Gregorium et suos heredes in dominio eorumdem conservare nec non contra quoslibet impetitores defensare et expedire propriis ipsorum laboribus et expensis. In cuius testimonium ipsiusque rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum in festo beate Lucie virginis et martyris, anno domini M° quadringentessimo quarto.

Zöld és piros zsinóron függő pecséttel; eredetije a hédervári ltárban, lózsi csomag 1. 25. Közölve Kovács Nándor másolatából.

393. *A vármegye alispánja és szolgabirái Zsigmond királynak jelentik, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Peresznyei István özvegye utóbb férjezett Harkai Lászlóné Vezekén és Középgyóró, úgy Tomaj vagy Czirákfölde nevű a Cser erdő mellett fekvő birtokok elfoglalása által elkövetett, megvizsgáltatták. 1405. márc. 9.*

Magnifico viro domino Nicolao de Gara regni (Hungarie) palatino domino eorum Anthonius de Chafford vicecomes et iudices nobilium comitatus Soproniensis. Noverit vestra magnificencia nos literas (serenissimi) principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie nobis directas summa qua decuit *(igy)* recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia rex Hungarie ..... etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii vicarius et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis comiti vel vicecomiti, iudicibus nobilium comitatus Soproniensis ad sedem Csepregh existentibus salutem et graciam, dicit nobis Mykch aliter Nicolaus filius Nicolai de Zyrak sua ac Ladislai, Thome et Johannis filiorum suorum nec non Michaelis filii Johannis de eadem in personis, quod licet ipse scilicet Mykch cum nobili domina relicta Stephani filii Stephani de Peresnye racione et pretextu interemcionis seu mortis Michaelis filii eiusdem domine nec non dotis et rerum paraffernalium eiusdem ac aliorum factorum *(igy)* potenciariorum, iuxta continenciam literarum

Digitized by Google

conventus de Chorna, in ducentis marcis denariorum, possessionarias porciones predictorum, condam Stephani filii Stephani et Michaelis interemti in possessionibus Peresnye, Zyrak, Chalad et Vezeken habitas, ad ipsos eisdem defunctis de iure devolutas, eidem nobili domine matri eiusdem Michaelis tamdiu, donec de eisdem ducentis marcis denariorum satisfacere posset et valeret, dedisset et assignasset, tamen eadem nobilis domina relicta ipsius condam Stephani nunc vero consors Ladislai de Harka et idem Ladislaus alias porciones ipsorum possessionarias in possessionibus Vezeken predicta, unam sessionem ab aquilone, in qua Johannes dictus Fekete resideret ac in Kuzepgyuro emticia necnon Thomay aliter Zyrakfelde vocatas iuxta Cher adiacentem potencialiter et sine lege pro se ipsis occupassent occupatisque uterentur de presenti, in eorum preiudicium et damnum valde ingens. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui (ab omnibus), quibus incumbit, meram de premissis experiantur veritatem, quam tandem regni nostri palatino more solito rescribatis. Datum Zoly, in vigilia festi Epiphaniarum domini, anno domini M° CCCC° quinto. Nos igitur mandatis vestre excellencie in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, Stephanum de Velchei unum ex nobis, ad premissa peragenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, tandem idem exinde ad nos reversus retulit nobis eo modo, quod ipse in festo Kathedre beati Petri apostoli in comitatu Soproniensi pariter procedendo ab omnibus videlicet nobilibus et ignobilibus, a quibus decuisset, talem scivisset veritatem, quod omnia premissa et quevis premissorum singula sic facta fuisse scivisset, prout regie dictum extitisset maiestati. Datum in Cheppregh, feria secunda proxima post dominicam Invocavit, anno domini supradicto.

Papiron, hátlapján három pecsét maradványaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárban. 28. 15. A Répcze-Szemerei határban a tagosztály előtti időkig a Tomaji és Cseralatti dülök ismeretesek voltak.

Digitized by Google

394. *Az alispán és szolgabirák bizonyitják, hogy Szopori Benedek özvegyének hitbérét és hozományát, Szopori Imre és társai kifizették. Csepreg, 1405. máj. 11.*

Nos Antonius de Chafford et Laurentius de Sarad in persona viri magistri Gregorii filii Johannis filii Osl de Azzonfalva vicecomites comitatus Sopruniensis nec non iudices nobilium eiusdem comitatus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Stephanus filius Pauli de Veulchei iudex nobilium, unus ex nobis, de nostri medio personaliter exsurgendo confessus est in hunc modum, quomodo nobilis domina Margaretha vocata filia Georgii de Beren relicta vero Benedicti filii Johannis de Zopor, ac mater ipsius Benedicti sua in presencia id fassa exstitisset, quod ipsa Emericum filium Martini, Nicolaum filium Matthius et Petrum filium Jacobi de eadem Zopor racione dotis et rerum suarum parafernalium de porcione possessionaria memorati Benedicti domini et mariti sui sibi de iure pervenire debende habitis prius a preallegatis nobilibus de Zopor quindecim pensis denariorum viennensium reddidisset expeditos atque per omnia satisfactos, in cuius assercionis ipsius Stephani testimonium presentes eisdem concessimus, communi iusticia svadente. Datum in Cheppreg, feria secunda proxima post festum apparicionis beati Michaelis archangeli, anno domini M° CCCC° quinto.

Hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije az alsószopori Nagy cs. levéltárában.

395. *A vármegye rábaközi alispánjának és szolgabirainak jelentése Zsigmond királyhoz, melyben a Kisfaludi Miklós deák és Linkóháti Domokos, János és Pál fiai között több rendbeli hatalmaskodás iránt folyt ügyet, a királyi curiára felülvizsgálat végett fölterjesztik. Németi, 1405. aug. 3.*

Serenissimo principi domino eorum domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc.

Digitized by Google

marchionique Brandenburgensi etc. sacri romani imperii generali vicario et regni Bohemie gubernatori Blasius de Vaag vicecomes et iudices nobilium de Rabakuz comitatus Supruniensis obsequium cum perpetua fidelitate. Noverit vestra maiestas, quod Nicolaus literatus videlicet filius Stephani de Kysfalud feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli proxime preteritum in figura nostri iudicii comparendo iuxta continenciam nostrarum literarum prorogatoriarum contra Johannem et Vgrinum filios Dominici de Linquohath, Petrum filium Johannis, alterum Petrum et Jacobum filios Pauli de eadem accionem et acquisicionem suam proposuit eo modo, quod ipsi in dominica Letare proxime preterita ipsum ad ordinandam composicionem in villam Kerestvr invitassent et convocassent, ibi verbis illicitis et vituperosis pertractassent, aliisque minarum generibus comminassent ipsum interficere velle, ortumque suum in superficie porcionis sue possessionarie Kysfalud vocate habitum succidi et devastari facere asseruissent; insuper quinque literas inquisitorias nec non duas iudiciales, quarum quinque literarum inquisitoriarum unam Benedicti de Koppan predecessoris vicecomitis nostri comitatus prescripti, aliam magistri Gregorii filii Johannis filii Osth de Assonfalva comitis prescripti comitatus et iudicum nobilium eiusdem in diversis datis et terminis confectas nobis presentarat, declarantes sub uno sensu, quod in persona predicti Nicolai querulose dictum extitisset, quomodo predicti nobiles de dicta Linquohath unanimi consensu manibus armatis et potenciariis in dictam possessionariam porcionem suam veniendo, sagenas suorum iobagionum de aqua fluminali in facie sepedicte porcionis decurrenti exponendo expositasque succidissent et succidi fecissent vi et auctoritate eorum mediante; unde ad inquirenda et investiganda premissa Blasium de Edvy iudicem nobilium cum eodemque Georgium nobilem de Pothyond duxissent transmittendum, qui exinde reversi consona voce retulissent, quod ipsi in comitatu Supruniensi predicta procedendo a nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus manifeste et occulte inquirendo talem scivissent

Digitized by Google

veritatem, quod omnia premissa sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivissent, prout per ipsum Nicolaum querulose dictum extitisset; item tres literas inquisitorias nostras nova facta potenciaria in se exprimentes, in diversis literis et dictis emanatis *(igy)* in se continentes, quomodo dicti Johannes, Vgrinus et Petrus filius Johannis ad porcionem suam prefatam potenti manu venientes, quandam silvam suam Avas decidi et secari fecissent, eciam ipsi Vgrinus et Johannes quendam iobagionem suum Laurencium nomine diris verberum et vulnerum plagis sauciassent, de novo sagenas suorum iobagionum in dicta fluminali aqua disposita et preparatas exponendo, succidi fecissent et pro se succidissent, lite tamen interim inter ipsos vigente, in grande preiudicium ipsius Nicolai eciam et periculum et iacturam suorum iobagionum insufferibilem; unde eciam ad inquirenda premissa Blasium de Edwy iudicem nobilium cum eodemque Georgium de Pothyond et Josa de Vadusfalva nobiles duximus destinandos; qui demum ad nos regressi nobis unanimi voce retulissent, quod ipsi in comitatu predicta procedendo ab omnibus videlicet nobilibus et ignobilibus ceterisque cuiusvis status et condicionis dicti comitatus hominibus palam et occulte diligenter investigantes, omnia premissa et quevis premissorum singula sic et eatenus facta et perpetrata fuisse rescivissent, prout iuxta dicti *(igy)* Nicolai nobis dictum extitisset. Insuper duas literas iudiciales nobis porrigebat, quas recepimus ambas in hec verba: Nos magister Benedictus de Koppan vicecomes de Rabakuz, comitatus Supruniensis et iudices nobilium de eadem damus pro memoria, quod feria secunda proxima, die videlicet beati Jacobi apostoli Paulus Jungher, Jacobus et Petrus filii eiusdem, ac Johannes Vgrom et religiosus vir frater Ladislaus de Linquohath, coram nobis legitime citati contra Nicolaum literatum de Kysfalud comparere debuissent; ipso termino adveniente idem Nicolaus comparuit ut debebat coram nobis, preallegati autem Paulus, Jacobus et Petrus filii eiusdem Pauli ac Johannes et Vgron et religiosus vir frater Ladislaus non venerunt neque miserunt pro se ipsis aliquam personam responsabilem, unde eosdem et quem-

Digitized by Google

libet eorum per se in penis trium marcarum damni permisimus fore convictum. Datum in Bodizlo, feria secunda proxima die videlicet beati Jacobi apostoli, anno domini M° quadringentesimo primo. Qua proposicione audita et perceptis *(igy)* dictus Petrus filius Johannis pro se personaliter, item Ladislaus dictus Veres pro dictis Ioanne, Vgrino, Petro et Jacobus *(igy)* cum sufficientibus literis procuratoriis in nostram astantes presenciam, nobis super omnibus premissis quietanciales et . . . . . in termino per ipsos assumto nobis exhibuerunt; que quidem litere continebantur tenore et sensu per hunc modum: Sigismundus dei gracia rex Hungarie etc. memorie commendamus per presentes, quod Johannes et (Vgron) filii Dominici, Petrus filius Johannis, alter Petrus et Jacobus filii Pauli de Linquohath ab una, parte vero ab alia Benedictus de Dery in persona Nicolai filii Stephani de Kysfalud cum procuratoriis literis cruciferorum domus hospitalis sancti Stephani regis de Albaregali coram nobis personaliter constituti confessum extitit per eosdem et relatum, quod ipsi tum composicione et ordinacione proborum et nobilium virorum, tum eciam ex amore fraternalis dileccionis, ut ipsi unione et pacis zelo possint congaudere, super universis litibus, controversis, contencionibus hucusque inter ipsos motis et versis, mutuo se, salvis litibus factum possessionariarum porcionum tangencium, reddidissent et commisissent quittos et expeditos *(igy)* universas literas causales, tam iudiciales quam inquisicionales sub quacumque forma verborum processas, reddidissent, commisissent vanas, cassas et viribus carituras, exhibitorum earum nocituras. Cuius quidem litere vestre maiestatis emanacio, continebatur in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno donimi M^mo^ quadringentesimo quinto. Perceptis et intellectis literarum vestre maiestatis plenum sensum, dictus Nicolaus e contrario spospondebat *(igy)*, quod ipse quoslibet procuratores suos hactenus in quocunque capitulo et conventu constitutos oneribus suis revocaret et revocavit coram nobis, quod antedicta composicionalis fassio, non suo ex consensu facta foret; in vim comprobacionis maioris iusticie dictis Petro et Ladislao procuratoribus in causam

Digitized by Google

attractorum signum duelli porrigebat, quod duellum recipere recusarunt. Ex parte quorum idem iudicium et iusticiam impertiri inter se postulabat. Nos itaque attendentes et intelligentes proposicionem, responsionem et allegacionem prefatarum parcium premissam causam iudicantes decrevimus eo modo, quod ipsa allegacio Nicolai iuri consonet veritate, quoslibet procuratores suos oneribus consvetis revocari potuit et causa sua antefata vigore et statu in eodem permanere, ac ipsam causam ut in antea prosequebatur exequi valeat atque possit, sed quia dicti Petrus et procurator prefatorum nobilium de Linquohath in dictis nostris iudiciis minime se continentare allebagant *(igy)*, et per vestras literas introduccionales seu transmissionales causarum in curiam vestre serenitatis et presenciam universorum baronum et procerum regni transmitti edixissetis, pro eo prefatam causam in presenciam vestre maiestatis ac baronum et regni vestri procerum opportunius decidendam, decretandam ad octavas festi beati Jacobi apostoli proxime venturas duximus prorogando transmittendam; seriem autem vestre adiudicacionis in nostram sedem iudiciariam dirigi postulamus. Datum in Nempthy, quinto decimo die adiudicacionis predicti termini, anno domini M^mo^ quadringentesimo quinto.

Papiron, zárlatán három pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

396. *A pozsonyi káptalan előtt Martonházi Marczel fia Péter, Martonházi nevű birtokát Patly Tamás utódainak örökáron eladja. 1405. okt. 8.*

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie Posoniensis salutem in salutis auctore. Sagax humane nature adinvenit prudencia, ut res gesta oblivione preventa, ne labantur ab hominum memoria verum patrocinio scripturarum solidata, ad posterorum memoriam dirigantur per scripta perpetuo duratura. Proinde ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Petrus

Digitized by Google

filius Marchel de Morthonhaza coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus est in hunc modum, quod ipse duas medias sessiones seu laneos penes invicem ipsum hereditarie contingentes, in eadem possessione Morthonhaza sitas et habitas, penes sessionem Johannis filii Michaelis existentes, cum omnibus utilitatibus videlicet terris arabilibus et non arabilibus, fenetis, aquis, piscaturis, arundinibus, pecorum pascuis et aliis quibuslibet pertinenciis ad dictas duas medias sessiones spectantibus Leonardo, Georgio et Johanni filiis Johannis filii Thome de Patly, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis pro quadraginta quatuor libris denariorum viennensium dedisset et vendidisset, imo dedit et vendidit iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, habendas pariter et possidendas coram nobis vigore presencium mediante, nullum ius nullamque iuris proprietatem prefatus Petrus in predictis duabus mediis sessionibus sibi et suis heredibus reservando, sed totum ius et dominii proprietatem earumdem in prelibatos Leonardum, Georgium et Johannem eorumque heredes et posteritates universos transferendo pleno iure. In cuius testimonium ipsiusque rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria quinta proxima post festum beati Francisci confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo quinto.

A budai káptalannak **1410**-ben kelt átiratából, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. **593. 22.** dipl. oszt. **4758.**

397. *Zsigmond király a csornai conventet kiküldi, hogy Váthi Pál fiát Istvánt és ennek nejét Zsuzsánnát s Layko asszonyt Agyagosi Zeure János özvegyét, kik Győrai László gyermekeinek Győró és Agyagos nevü birtokait elfoglalták, idézze meg. Viscgrád, 1405. nov. 6.*

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie *(igy)* etc. (marchioque Brandenburgensis) sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis conventui ecclesie de Chorna, salutem et graciam. Dicitur nobis in personis Danielis (filii nec non)

Digitized by Google

nobilium domine Mytharth relicte et puelle Katherine filie condam Ladislai filii Stephani de Gyurow, quod Stephanus filius Galli de Walth ac nobiles domine Susanna coniunx eiusdem et Layko vocate relicta condam Johannis Zeure dicti de Agyagas, possessiones ipsorum Gyurow et Agyagas vocatas, nec non molendina ipsorum dudum cuius iam octava vel citra instaret revolucio annualis, pro se ipsis minus iuste et indebite occupassent, occupatasque conservarent et uterentur, universasqne res et bona nec non boves arabiles ipsorum prorsus abstulissent propria potencia eorum mediante in preiudicium ipsorum valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mychk de Zyrak vel Nicolaus Ewz de eadem aut Laurencius de Kysgeresd sin Antonius de Saford aliis absentibus homo noster, scita premissorum mera veritate, evocet prefatos Stephanum et nobiles dominas contra annotatum Danielem nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante in hac parte, et post hec ipsarum inquisicionis et evocacionis seriem, cum nominibus evocatorum terminoque assignato, eidem speciali presencie nostre maiestatis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, feria sexta proxima post festum Omnium Sanctorum, anno domini M^mo^ quadringentesimo quinto.

András csornai prépostnak és a conventnek **1405.** dec. **2**-án kelt jelentéséből, melynek eredetije a Kisfaludy cs. ltárában a N. Muzeumban őriztetik.

398. *A zalavári convent előtt a Nádasd nemzetségből származó Gersei Petőfi László, Pető és Dénes, két Páli nevű és több más birtok elfoglalásától Roh mestert pápoczi prépostot és társait tiltják. 1405. nov. 25.*

Nos conventus monasterii beati Adriani martyris de Zala memorie commendamus, quod Ladislaus filius Johannis filii Pethew filii Mark filii Laurencii filii comitis Chapo de genere Nadasd sua ac Pethew et Dionisii fratrum suorum

Digitized by Google

carnalium in personis ad nostram veniens in presenciam per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curavit, ut ipsi honorabiles viros magistros Roh comitem capelle beati Lodovici in ecclesia Albensi constitute ac prepositum de Papoch nec non priorem ordinis sancti Augustini de eadem, Ladislaum dictum Zambo de Mezeulak et nobilem dominam consortem Georgii literati de Bokwd et alios quospiam ab occupacione, detencione sibique ipsis perpetuacione possessionum ipsorum Papoch, Myhalolch, Nagymakwa, Hwziupah alio nomine Nemethpah, Zenthandraspah, Sarfeumezado, Nagymakwa in Zaladiensi et Castriferrei comitatibus, nec non Derze in Beregh, Pazman, Ech, uterque Paly vocatarum in Jauriensi et Soproniensi similiter comitatibus existencium usuum fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione vel percipi faccione ac se in easdem quovismodo vel colore quesito intromissione facturos et fiendos prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum in festo beate Katharine virginis et martyris, anno domini Millesimo quadringentesimo quinto.

Papiron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a gr. Festetics cs. ltárában Keszthelyen, Castriferrei 114.

399. *Zsigmond király az ország összes hatóságait utasitja, hogy a csornai prépost jobbágyainak ügyeiben ne biráskodjanak, mert a nagyobb bünténvek kivételével, a panaszok elintézése a prépostot mint földesurat illeti meg. 1405. dec. 20.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis eorumque rectoribus, iudicibus et villicis, presentes literas inspecturis salutem et graciam. Cum antiqua regni nostri consvetudinaria lege requirente, quilibet prelatus et vir ecclesiasticus ut puta possessionatus, suos populos resi-

Digitized by Google

dentes, in causis quibuslibet, exceptis dumtaxat manifestis, videlicet furtu, latrocinio, homicidio et ceteris publicis causis criminalibus, ipsemet iudicandi habeat facultatem, fidelitati igitur vestre firmissimo damus regio sub edicto per presentes, quatenus a modo in posterum, populos et iobagiones ac famulos impossessionatos religiosi viri domini fratris Andree prepositi ecclesie de Chorna in quibuslibet suis possessionibus commorantes, in nullis causis et causarum articulis demto solummodo premissis, iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, resque et bona eorumdem in vestris tenutis, possessionibus, honoribus ac vestri medio arestare, prohibere seu arestare et prohiberi facere quoquomodo presummatis, signanter pro debitis et excessibus aliorum; si qui enim ex vobis quidquam accionis contra prefatos iobagiones et famulos impossessionatos dicti Andree prepositi habent vel habuerint, id prius in presencia officialium ipsius prepositi vel suorum successorum legitime prosequantur; qui si in reddenda cuipiam iusticia tepidi extiterint aut remissi, extunc non iidem iobagiones et famuli impossessionati, contra quos agitur, sed annotatus Andreas prepositus vel sui successores in nostram vel alterius sui iudicis ordinarii presenciam per querulantes legitime evocentur, racionem abnegate iusticie reddituri. Ex parte quorum nos vel idem iudex ordinarius meri iuris et iusticie ac satisfaccionis indilate exhibebimus seu exhibebit complementum cuilibet querulanti, prout dictabit ordo iuris, aliud igitur gracie nostre sub obtentu facere non ausuri in premissis. Datum Bude, die dominico proximo ante festum beati Thome apostoli, anno domini M° quadringentesimo quinto.

Belől gyürü-pecséttel; eredetije az orsz. ltárban praeposit. de Csorna, **35. 43.** dipl. oszt. 9098. Hasonló tartalmu okmánya van Zsigmond királynak **1414**-böl «Wisegrad in festo sancti Anthonii confessoris», hogy az ország hatóságai «contra quosvis cives, mercatores, populos et iobagiones religiosi viri domini fratris Anthonii prepositi et conventus ecclesie Chorna» hasonló módon járjanak el; u. o. **35. 48.** dipl. osztály **10165.** A király ugyanily privilegiumot adott Miklós borsmonostori apátnak **1406**-ban Orbán napján, melynek eredetije u. o. őriztetik, dipl. oszt. **9208.**

Digitized by Google

400. *Margit neuembergi őrgrófné, Budától egész Borsmonostorig felállított tisztjeivel és vámszedőivel tudatja, hogy a borsmonostori apátságnak minden áruii után vámmentességet engedélyezett. Buda, 1406. máj. 4.*

Margaretha dei gracia Purkcravissa Neuembergensis dilectis nobis universis et singulis castellanis officialibus et tributariis nostris, nec non alterius cuiusvis status et condicionis hominibus nostra tributa tam in terris tam super aquis tenentibus abhinc usque Borsmonostra constitutis et existentibus firmissime precipimus et mandamus, quatenus de rebus et bonis religiosorum virorum fratrum de Borsmonostra predicta, alias monasterii montis sancte Marie cuiuscunque generis vel maneriei existant pro commutandis vel comparandis frugibus huc ad Pesth deferendis et eorum vectoribus ac ductoribus nullum tributum nullamve tributariam exaccionem petere et exigere petique et exigi facere nullatenus presummatis, sed dictas res et bona ac fruges cum eorum ductoribus et vectoribus tam in eundo quam redeundo de locis tributorum vestrorum recedere et abire permittatis pacifice et quiete et absque solucione tributi aliqualis, salvis eorum rebus et personis, secus pro nostra dileccione nullomodo facere ausuri in premissis; presentes perlectas semper reddi iubemus presentanti. Datum Bude, feria tercia proxima post festum Invencionis sancte crucis, anno domini Millesimo quadringentesimo sexto.

Papiron, belől a szöveg alatt vörös viaszba nyomott ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban. Borsmonostor. 27. 50. dipl. oszt. 9205

401. *A vasvári káptalan előtt Kanizsai István s ennek unokaöcscse János egyrészről, másrészről pedig Harkai Péter és fiai, Füles és Harka nevű birtokokban a kölcsönös örökösödést megszakadás esetében egymásnak kikötik. 1406. jun. 24.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magnificus vir dominus Stephanus de Canisa alias ianitorum regalium magister, pro se personaliter, ac

Digitized by Google

pro Johanne filio Nicolai fratre suo patrueli sine literis procuratoriis, onus eiusdem super se assummendo, ab una, parte vero ex altera, Petrus filius Perthold de Harka, civis Soproniensis, ac Ladislaus et Nicolaus filii Dionisii de eadem Harka, coram nobis personaliter constituti, matura deliberacione inter eos prehabita, sunt confessi oraculo vive vocis in hunc modum, quod ipsi ordinacione et composicione multorum proborum et nobilium virorum talem disposicionem et ordinacionem decrevissent et composuissent, quod si eosdem dominos Stephanum et Johannem fratrem eiusdem nutu divino volente absque heredum solacio, quod absit, de hoc seculo decedere contingerit, extunc possessio eorum Fyles vocata, in comitatu Soproniensi existens, in prenotatos nobiles Petrum, Ladislaum et Nicolaum de dicta Harka redundari et revolvi debeatur pleno iure; e converso vero, si temporis in processu contingerit, quod prelibati nobiles Petrus, Ladislaus et Nicolaus nutu divino volente, quod absit, absque heredum solacio mori contingerint, tunc possessio eorum Harka, similiter in dicto comitatu habita, in predictos dominos Stephanum et Johannem nec non ipsorum heredes cum omni plenitudine sui iuris revolvi et redundari ac condescendi debeat et teneatur perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum ipsorum possidere, tenere semper et habere, ad quod se partes predicte coram nobis spontanea obligarunt voluntate. Datum in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo quadringentesimo sexto.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 500. 50. dipl. oszt. 9215.

402. *A vasvári káptalan előtt Kanizsai István és öcscsei, Ujkér nevű birtok felét Peczöli Zarka Miklósnak, ki a másik felerészt Czenk nevű birtok helyett már ugy is zálogban birta, elzálogositják. 1406. aug. 31.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei, memorie commendamus, quod vir magnificus dominus Stephanus filius Johannis de Kanisa pridem ianitorum regalium magister sua, item

Digitized by Google

reverendissimi in Christo patris domini Johannis Strigoniensis archiepiscopi fratris, Ladislai filii Johannis et Stephani filiorum condam domini Nicolai olim tavarnicorum regalium magistri similiter fratris sui carnalis in personis, onera eorumdem et gravamina per omnia in se assummens coram nobis constitutus organo vive vocis confessus extitit in hunc modum, quod ipse directam et equalem dimidietatem possessionis ipsorum Vyker vocate, in comitatu Soproniensi existentis, cum omnibus eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibusvis, locis videlicet sessionalibus, aliisque quibusvis utilitatum integritatibus, cuius scilicet possessionis Vykeer vocate alia dimidietas per suam impignoracionem apud manus magistri Nicolai dicti Zarka de Pechel similiter cum omnibus suis utilitatibus mediantibus literarum nostrarum vigoribus in quatringentis florenis auri puri et legitimi ponderis ex eo, quia ipse eundem magistrum Nicolaum in dominio possessionis Chenc vocate, quam ipse pro eisdem quatringentis florenis eidem impignorasset tenere et conservare non valuisset, in pignore haberet pro sexaginta libris denariorum viennensium quamlibet sex pensis computando impignorasset, imo idem dominus Stephanus sua et dictorum superius nominatorum onera scilicet in se assummendo in personis ipsum magistrum Nicolaum contra quosvis lite mediante impetitores propriis suis laboribus et expensis in dominio eiusdem ... lis possessionis tenere et conservare assummens impignoravit coram nobis isto modo, ut a die emanacionis presencium quandocunque potuerit et voluerit, aut iidem filius et fratres sui voluerint, liberam et securam pro premissis quatringentis florenis auri et sexaginta libris denariorum, sed non in estimacione redimendi habeant facultatem, hoc interserto, ut quandocunque ipse aut sui filius et fratres de dicta quantitate pecunie ipsi magistro Nicolao decem libras denariorum viennensium vel novorum, aut super easdem decem libras reddere et restituere valeant, idem magister Nicolaus easdem decem libras denariorum superfluumque earumdem semper usque plenariam solucionem eiusdem quantitatis pecunie rehabere super eisdemque literas expeditorias ipsis dare, usque plenariam autem solucionem

Digitized by Google

eorundem quatringentorum florenorum auri, ac sexaginta librarum denariorum idem magister Nicolaus in dominio totalis dicte possessionis Vyker vocate existere et remanere debeat, vigore presencium mediante. Datum feria tercia proxima ante festum beati Egidii abbatis, anno domini Millesimo quatringentesimo sexto.

Hátlapján pecsét nyomaival: eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 21. 83. dipl. oszt. 9234.

403. *Zsigmond király Harkai Lászlót és nejét, kik Cziráki Miklósnak és fiainak Középgyóró, Veszkén, Tomaj vagy Czirákfölde és Pereznye nevű birtokaiból bizonyos részt elfoglaltak, a csornai convent által megidézteti. Buda, 1406. szept. 24.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis conventui ecclesie de Chorna salutem et graciam, dicit nobis Nicolaus filius Nicolai de Syrak in sua ac Ladislai, Johannis, Thome et Nicolai filiorum suorum nec non Michaelis filii Johannis de eadem personis, quod Ladislaus de Harka et nobilis domina consors eiusdem quandam possessionem Kyuzepgyureu vocatam ipsum scilicet Nicolaum filium Nicolai exponentem emcionis titulo concernentem pro se occupassent et occupatis a diu uterentur, nec non unam sessionem in facie possessionis eorum Vezeken vocate existentem, in qua Johannes Fekethe dictus descendisset moraturus et fere decem annis residisset in eadem a parte scilicet aquilonis, ac aliam possessionem ipsorum Thomay alio nomine Zyrakfelde vocatam consimiliter pro se ipsis occupando uterentur; his non contenti in anno cuius nunc quarta instaret revolucio unum vas vini (vinee) ipsorum in possessione Pereznye vocata constructe in eadem possessione reperiendo deferri, nec non fruges et fena falcata iobagionum in possessionibus Zyrak predicta et Dyenesfalua vocatis commorancium omnino destrui et annihilari fecissent potencia mediante in preiudicium ipsorum et damnum valde magnum; super quo fide-

Digitized by Google

litati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laurencius de Cheer vel Nicolaus filius Petri de Syrak aut Johannes de Potyund an Paulus de eadem sin Ladislaus de Chafford sive Laurencius de Saagh aliis absentibus homo noster scita premissorum mera veritate, evocet prefatos Ladislaum de Harka et dominam consortem eiusdem contra iamdictum Nicolaum filium Nicolai nostram in presenciam ad terminum competentem racionem premissorum reddituros, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; et post hec ipsarum inquisicionis et evocacionis seriem cum nominibus evocatorum terminoque assignato (nobis) fideliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta post festum beati Mathei apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo sexto.

A csornai convent jelentéséből, mely szerint a convent a panaszoltakat Czirákon megidéztette; a convent jelentésének eredetije megvan a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában 28. 14.

404. *A rábaközi alispánok és szolgabirák Zsigmond királynak jelentik, hogy azt a hatalmaskodást, melyet Zsebeházi Zámbó és Vinczló a csornai convent erdejének levágása által Páli nevű birtok szomszédságában elkövettek, megvizsgáltatták. Németi, 1407. jan. 24.*

Serenissimo principi domino Sigismundo regi Hungarie domino ipsorum naturali vicecomites de Rabakez comitatus Soproniensis nec non duo iudices nobilium de eodem obsequium promtum cum fidelitate. Serenissime princeps et domine noster metuende, literas vestre excellencie honore quo decuit noveritis nos recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Soproniensis sedis de Rabakez salutem et graciam. Dicitur in persona conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna, quomodo Zambo et Vynchlo de Sebehaza ac Johannes et Benedictus de eadem nec non Dominicus de Vadasfalua a multis tem-

Digitized by Google

poribus retrolapsis signanter in instanti ieme (hyeme) quandam silvam ipsius conventus in vicinitate possessionis Paly vocate adiacentem succidi et annihilare fecissent ipsorum potencia mediante in preiudicium dicti conventus et damnum valde magnum; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, (qui) ab omnibus quibus incumbit meram et omnimodam de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis; presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Eberhardi ecclesie Varadiensis aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consigillari. Datum in Vissegrad, feria sexta proxima ante festum Circumcisionis, anno eiusdem Millesimo CCCC^mo^ sexto. Nos igitur literis vestre excellencie obedire cupientes, ut tenemur, unacum eodem homine vestro Emerico de Paztor hominem nostrum videlicet Gregorium unum ex nobis iudicem nobilium ad suprascripta duximus transmittendum; qui quidem homo vester demum ad nos rediens presente et audiente dicto testimonio nostro nobis retulit isto modo, quod ipse unacum eodem testimonio nostro in octavis festi Epiphaniarum domini proxime preteritis, a nobilibus et ignobilibus et aliis cuiusvis status condicionis in comitatu *(igy)* Rabakez existentibus diligenter investigando palam et occulte talem de premissis scire potuissent veritatem, quod predicti nobiles omnia premissa premisso modo fecissent. Datum in Nemethy, feria secunda proxima ante festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo septimo.

Papiron belől három pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1081. 13. dipl. oszt. 9277.

405. *A vasvári káptalan előtt Felsőliszkói Domokos, Zunya-Geresd nevű birtokát abból az okból, mert azt a németek folytonos rablásai miatt meg nem tarthatja, Egervári Mihálynak eladja. 1407. jan. 31.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Dominicus filius Georgii alias de Felsevlyzko nunc vero hospes de Zenthbalas, personaliter in nostram

Digitized by Google

veniens presenciam, organo vive vocis confessus extitit in hunc modum, quod ipse possessionariam suam porcionem totam in possessione Zunyageresde existentem, per magistrum Michaelem filium Nicolai de Egervar pro concambio et permutacione possessionarie sue porcionis in dicta possessione Felsewlyzko ipsum concernentis perpetuo sibi traditam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibusvis et quovis nominis vocabulo vocitatis, ex eo quia eandem propter continua spolia teutonicorum servare et in facie eiusdem domos et alia edificia edificari facere non valeret, eidem magistro Michaeli, cui eadem magis quam aliis quibuspiam ad emendum conveniret, pro decem marcis promtorum denariorum, carum quarumlibet decem pensis computando, iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidendam, tenendam, utendam et habendam vendidisset et tradidisset, imo vendidit et tradidit coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum purificacionis virginis Marie, anno domini Millesimo quatringentesimo septimo.

Hátlapján pecséttel; eredetije a Meskó családnak a N. Muzeumban letett iratai közt.

406. *A vasvári káptalan bizonyságlevele, hogy Udvardi Mátyás és fia Orbán Udvard nevü birtokuk felét bizonyos föltételek alatt a borsmonostori conventnek hagyományozták. 1407. apr. 24.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nobilis domina Anna relicta condam Mathie de Odwar ac circumspecti Martinus Czewthel et Gregorius Gaspar de Myelsdorff nostram personaliter veniendo in presenciam, de literatorio regio mandato per nos super infrascriptis requisiti et examinati deposito prius iuramento more solito ad fidem eorum deo debitam dixerunt et confessi sunt nobis in hunc modum, quod alias prefatus condam Mathias de dicta Odwar et Vrbanus filius eiusdem totalem porcionem ipsorum possessionariam in possessione Odwar

Digitized by Google

predicta in comitatu Soproniensi existente habitam, puta directam et equalem medietatem eiusdem possessionis cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, quovis nominis vocabulo nuncupatis ad dictam medietatem prefate possessionis de iure spectantibus et pertinere debentibus, exceptis duntaxat decem iugeribus terrarum arabilium et uno prato, conventui monasterii de Monte Marie, alio nonime Borsmonostra vocati consequenterque venerabili ac religioso fratri Valentino abbati, suisque suscessoribus canonice intrantibus in eodemque pro tempore constitutis et existentibus universis coram ipsis et aliis nonnullis probis utriusque sexus hominibus tempore testamentarie disposicionis in extremis ipsorum, ob salutem animarum suarum inducti sempiternam, perpetuamque legavissent elemosinam, talibus condicionibus intersertis, quod puelle Katherina, Barba et Elizabeth vocate filie dicte domine Anne a prefato condam Mathia procreate supervixerint, nutuque divino temporis in processu proles masculini sexus protulerint, et eandem porcionem pro se rehabere voluerint, extunc iidem conventus et abbas in eodem protunc existentes, eandem porcionem ipsis pro condigna redemcione sine omni litigionario processu remittere deberent et resignare, et quod eandem dominam Annam relictam dicti condam Mathie, vita sua comite nutrire et sustentare deberent et tenerentur, ad que iidem conventus et abbas se sponte obligassent; ad quorum fassionem et attestacionem presentes literas nostras testimoniales sub sigillo nostro confectas et emanatas, memoratis conventui ac fratri Valentino abbati pro nunc in eodem existentibus duximus concedendas, communi iusticia requirente, iuris ipsorum uberiorem ad cautelam. Datum die dominico proximo ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo septimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival eredetije az orsz. ltárban Borsmonostra **27. 134.** dipl. oszt. **20562.**

Digitized by Google

407. *A csornai convent előtt a borsmonostori convent egyik tagja Peczöli Zarka Miklóst Zaka nevű birtok elidegenitésétől, Undi Miklós fiát Pétert s társait annak megvételétől tiltja. 1407. jul. 6.*

Nos conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna memorie commendamus, quod religiosus vir frater Martinus cellerarius monasterii sancte Marie virginis de Borsmonostra ordinis cisterciensis ad nostram veniens presenciam in sua ac conventus loci eiusdem personis per modum protestacionis nobis significare curavit, quod ipse percepisset, quomodo Nicolaus Zarka de Peczel directam medietatem possessionis Zaka vocate in comitatu Soproniensi existentis iuribus suis ascribendo Petro filio Nicolai, Benedicto filio Valentini, Nicolao et Thome filiis Johannis de Ond precio in perpetuum vendidissent, cum tamen tota ipsa possessio Zaka in dicto comitatu existens semper et ab antiquo ecclesie eorum prenotate fuisset et extitisset, in preiudicium et iuris derogamen eiusdem ecclesie non modicum. Unde facta huiusmodi protestacione memoratus frater Martinus nominibus quibus supra annotatum Nicolaum Zarka et alios quoslibet a vendicione, impignoracione, perpetuacione ac alio quovismodo alienacione dicte dimidietatis iamfate possessionis Zaka, prenominatosque Petrum filium Nicolai, Benedictum filium Valentini, Nicolaum et Thomam filios Johannis et alios quoslibet ab emcione pro pignore et alio quovismodo pro se ipsis appropriacione, usurpacione, usu et occupacione, sibi ipsis statuifaccione, fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione seque in dominium eiusdem intromissione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis vigore presencium mediante. Datum octavo die festi beati Petri apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo septimo.

Papiron hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 27. 52. dipl. oszt. 9329. Knauz N. Kortan 239. l. mondja, hogy Péter apostol napja szintén jun. 29-re teendő.

Digitized by Google

408. *Az alispánok és szolgabirák bizonyitják, hogy Linkoháti Domokos fia János egyik jobbágyát Himodi Péter, Mikó és ezek társai megölték. Németi, 1408. junius 18.*

Nos magistri Nicolaus dictus Kachor de Gench et Anthonius de Pynye vicecomites et iudices nobilium comitatus Soproniensis memorie commendamus, quod cum ad instanciam Johannis filii Dominici de Lynkohath unum ex nobis videlicet Georgium de Vadasfolva et Johannem de Sebehaza ad infrascriptam inquisicionem duxissemus transmittendum, qui cum ad nos exinde reversi nobis retulerunt eo modo, quod cum ipsi feria quinta proxima ante festum beati Georgii martyris proxime preteritum in dicto comitatu procedendo talem de infrascriptis scivissent veritatem, quomodo Petrus et Myko de Hymod associatis sibi duobus aliis videlicet Johanne Mezes et Nicolao Molnar de Kysfalu manibus armatis unanimiter quendam iobagionem prefati Johannis filii Dominici in terra sua dyabulo instigante interemissent, interemtumque in fluvium Raba proiecissent, in preiudicium dicti Johannis filii Dominici valde magnum; ad quorum fassiones eidem Johanni presentes concessimus ad cautelam sui iuris. Datum in villa Nemethy, feria secunda proxima post festum corporis Christi, anno eiusdem Millesimo CCCC^{mo} octavo.

Papiron, hátlapján három pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

409. *A pozsonyi káptalan előtt Zeki Mihály és fia, a Zek, Hof és Felchakan nevü birtokok közt fekvő Horros és Romsaw nevü erdőket s a romsawi szőllők után járó hegyvámot, Sárfenéki Frigyesnek elzálogositják. 1408. aug. 1.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Michael filius Nicolai et Petrus filius eiusdem Michaelis de Zyeky ad nostram personaliter venientes

Digitized by Google

presenciam per eosdem vive vocis oraculo confessum extitit et relatum, quod ipsi medietatem cuiusdam silve Horros appellate et similiter medietatem alterius silve ipsorum Romsaw vocatam, necnon redditus sive census mediam libram denariorum viennensium facientem racione terragiorum alio nomine perigrecht de quibusdam vineis in predicta Romsaw situatis ipsis provenire debentis, inter possessiones videlicet Hoff et Felchakan ac predictam possessionem Zyeky habitas, in comitatu Soproniensi existentes, ipsos iure hereditario concernentes, strennuo militi domino Friderico de Scharfnekch et ipsius heredibus universis pro quinquaginta libris denariorum viennensium pignori obligassent imo obligarunt et ad utendum collocarunt coram nobis tamdiu tenendam, habendam et possidendam, donec cum predictis quinquaginta libris denariorum viennensium a predicto domino Friderico vel a suis heredibus redimere possint, tali condicione mediante, quod prenominati Michael et Petrus quandocunque dictas quinquaginta libras denariorum viennensium memorato domino Friderico et suis heredibus persolvere poterunt, tunc dictas medietates ipsarum silvarum ac redditus terragiorum scilicet dictam mediam libram denariorum viennensium statim et immediate idem dominus Fridericus et sui heredes eisdem Petro et Michaeli sine strepitu iudicii aliqualis remittere et resignare tenebuntur, hoc eciam interiecto, quod si prelibati Michael et Petrus medietates predictarum silvarum necnon redditus terragiorum vendere niterentur, tunc prius annotatum dominum Fridericum et ipsius heredes de huiusmodi vendicione, utrum emere vellent an non, ammonere debeant et teneantur. Et si idem dominus Fridericus aut sui heredes emere voluerint, tunc nemini alteri nisi memorato domino Friderico et suis heredibus vendere teneantur, ubi autem sepedictus dominus Fridericus aut sui heredes premissa, ut preferuntur, emere nollent aut recusarent quovismodo, extunc annotati Michael et Petrus ipsas medietates silvarum ac redditus medie libre denariorum viennensium cuicunque maluerint omnimodo vendendi habeant facultatem. Assummentes nihilominus iidem Michael et Petrus in dominio dictarum medietatum silvarum et medie

Digitized by Google

libre denariorum viennensium reddituum ipsum dominum Fridericum et suos heredes usque tempus redemcionis conservare necnon contra quoslibet impetitores defensare et expedire propriis eorum laboribus et expensis. In cuius testimonium ipsiusque rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum in festo beati Petri apostoli ad vincula, anno domini Millesimo CCCC^{mo} octavo.

A pozsonyi káptalannak Trelecz András, Pozsony város birája kérésére 1418-ban kiállított átiratából, melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik, N. R. A. 401. 20. dipl. oszt. 9443.

410. *Zsigmond király az ország összes bíróságait utasítja, hogy Kanizsai János esztergomi érsek és testvérei részére Kapu, Léka, Ravo és Oszlop várakról s Csepreg mezővárosról és egyéb birtokokról s javadalmakról kiadott adományleveleket új pecsétje alatt megerősítvén, mind ezeknek további igazolására a Kanizsaiakat ne kényszerítsék. Buda, 1409. mart. 17.*

commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis magnificis viris palatino et iudici curie sue eorumque vices gerentibus aliis eciam cunctis regni sui iudicibus et iusticiariis ecclesiasticis et secularibus nec non omnibus et singulis literalium instrumentorum omnium regnicolarum nostrorum, que alias iuxta nostre celsitudinis decretum sub moderno et autentico sigillo nostro confirmari debuerunt revisuris, ipsorumque examinatoribus, possessionumque illarum in factis, quarum litere nostre confirmatorie non haberentur, occupatoribus, in quibusvis comitatibus regni nostri nunc constitutis et in futurum constituendis presencium noticiam habituris salutem et graciam. Cum fideles nostri dilecti reverendissimus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Strigoniensis, nec non vir magnificus Stephanus filius condam magistri Johannis de Kanisa alias ianitorum

Digitized by Google

nostrorum magister nec non heredes condam domini Nicolai tavarnicorum nostrorum magistri fratris eorumdem carnalis tempore iam dudum retrolapso iuxta novum decretum per nos eisdem aliisque regnicolis nostris ad id generali promulgacione in regno nostro prehabita deputato, omnes et quaslibet literas et literalia eorum munimenta factum videlicet castrorum, oppidorum et possessionum ipsorum infrascriptorum nec non libertatum, graciarum et prerogativarum eorumdem immunitates limpide exprimentes et concernencia: primo si quidem eorum literas graciosas in et super eo emanatas, ut ipsos super factis castrorum eorum Kapu, Lewka et Porosthian vocatorum et pertinenciarum eorum ac oppidi Chepreg nec non possessionum Azar et Tothrede appellatarum, item super facto castrorum ipsorum Symonthornya et Rawo vocatorum pertinenciarumque eorumdem nullus omnino iudicum et iusticiariorum regni nostri possit iudicare; item super relaxacione decimarum et lucri camare in tenutis dicti castri Porosthian ac eciam super relaxacione lucri camare et decimarum in ipsorum villis Zyl et Barathy appellatis exigi consvetarum; item super omnibus castris, civitatibus, oppidis et possessionibus eorum acquisitis, quas ipsi non obstantibus nostris statutis et decretis alias in Themesvar per nos editis in perpetuum possidebunt; preterea factum possessionum eorum Germath et Zenthmihal nec non castri ipsorum Zazlop, nec non possessionum Gelse, Lak et Zygeth vocatarum; item castri eorum Porosthian predicti et suarum pertinenciarum, ceterum factum possessionum eorum Azar et Tothrede ac castri eorum Rawo predicti; item possessionum Barathy et Barbach ac suarum pertinenciarum nec non possessionum Johannis filii Georgii de Zenthe signanter eiusdem Zenthe ac possessionum Iharos et Endred pertinenciarumque eiusdem Endred; item Kismarton et ut populi de eadem Kismarton tricesimam solvere non debeant; item super facto castri eorum Kapu et suarum pertinenciarum; item super facto dictorum castrorum suorum Simonthornya et Leuka ac suarum pertinenciarum et oppidi Chepreg; item possessionum eorum Egerzeg, Bakolnuk et Zepethnek ac pertinenciarum eiusdem; item utrarumque possessionum

Digitized by Google

Lewe, Corpad et pertinenciarum eiusdem Korpad; item possessionum ipsorum Bexenhel et pertinenciarum suarum, nec non Bennuk ac Meger lucide tangentes et clare concernencia iuxta premissum nostrum generale decretum in personali nostre claritatis presencia specietenus presentasse et exhibuisse, ipsasque et ea pro se ipsis ac eorumdem magistrorum Stephani et Nicolai heredibus et posteritatibus universis iuxta nostram specialem commissionem per nos in his reverendo in Christo patri domino Eberhardo episcopo ecclesie Waradiensis fideli aule nostre summo cancellario factam sub ipso nostro moderno novo et autentico sigillo confirmari fecisse perpetuo valituras dinoscantur et roborari, prout eciam modum seriem et formam huiusmodi confirmacionis iurium eorumdem pretaxatorum in autentico nostro et eiusdem domini Eberhardi episcopi registro seriose conspeximus contineri et luculenter; ideo fidelitati vestre presentibus firmissimo edicto regio precipientes mandamus omnino volentes, quatenus prefatos dominum Johannem archiepiscopum Strigoniensem ac magistrum Stephanum ipsorumque magistrorum Stephani ac condam Nicolai heredes ad premissarum suarum literarum seu literalium eorum munimentorum per nos pro ipsis modo prehabito confirmatorum exhibiciones, presentaciones, examinaciones ac eorum revisiones preterquam in iudicio, utputa in prosecucione urium suorum, dum eis maluerit coram vobis necessario fiende angariare, astringere aut quoquomodo compellere nullatenus presummatis nec sitis ausi modo aliquali, aliud veluti nostram graciam reputatis pro vobis fore coram non facturi in premissis; presentes autem predicto sigillo nostro duplici autentico in pendenti iussimus communire, quas post earum opportunam lecturam erga eundem dominum archiepiscopum et fratres suos antedictos semper volumus remanere. Datum Bude, in dominica Letare, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Függő pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 33. 4. dipl. oszt. 9516.

Digitized by Google

411. *Zsigmond király Sárfenéki és Köpcsényi Frigyes panaszára János győri püspököt felhívja, hogy Sopron vármegyei tizedszedőit intse meg, hogy a Sárhegyentúl a panaszos alattvalóitól annyi tizedet szedjenek, mennyi a Sárhegyén innenlakó jobbágyoktól jár. Buda, 1409. március 18.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis reverendo in Christo patri domino Johanni episcopo Jauriensi suisque decimatoribus, conductoribus et emtoribus decimarum in comitatu Soproniensi eisdem episcopo et ecclesie Jauriensi proveniencium presentibus et futuris ac per quoscunque alios constitutis et constituendis salutem et graciam. Gravis querela egregii et strennui militis Friderici nati condam Johannis de Scharfnek de Kwche nostri fidelis dilecti nostre patefecit maiestati, quomodo vos vestrique decimatores homines, conductoresque et emtores ipsarum decimarum de comitatu Soproniensi a populis, hominibus et jobagionibus in possessionibus ipsius Friderici ultra montem Saarheg vocatum habitis residentibus et intra ambitum regni nostri constitutis non veras et iustas decimas, prout a populis et iobagionibus tam dicti Friderici quam aliorum quorumcunque citra eundem montem habitantibus et quemadmodum in recepcione et exaccione decimarum regni nostri consvetum est, procedi et observari, sed quibusdam abusivis divine legi et humane contrariis novitatibus et frivolis allegacionibus adnuentis *(igy)* quasi terciam vel citra partem vinorum et aliorum decimari solitorum recipi faceretis et extorqueri, sacris canonibus et humanis legibus nec non regni nostri consvetudinibus in hac parte obviantes et multa damna, iniurias et nocumenta ex eo ipsi Friderico et suis populis ac iobagionibus contra iuris debitum inferentes. Nolentes itaque huiusmodi abusivas, nocivas et iuri contrarias decimarum exacciones, ne videremur consentire, eisdem in regno nostro tollerare, volumus et fidelitati vestre ac cuiuslibet

Digitized by Google

vestrum firmissimo regio sub edicto precipimus et mandamus, quatenus amodo et deinceps obmissis ipsis inconsvetis decimarum exaccionibus veras et iustas decimas ab eisdem populis, hominibus et iobagionibus dicti Friderici ultra dictum montem Sarhegh appellatum residentibus, eodem modo, quo ab hominibus, populis et iobagionibus tam dicti Friderici quam aliorum nostrorum regnicolarum citra seu ex ista parte montis prenotati commorantibus et habitantibus dicare, recipere et exigere debeatis omnibus novitatibus et abusivis, superfluis et inconsvetis exaccionibus decimarum earumdem per omnia postergatis et penitus relegatis, secus sub obtentu gracie nostre regie facere non ausuri, alioquin commisimus et presencium serie firmiter committimus comitibus et vicecomitibus dicti comitatus Soproniensis nunc constitutis et pro tempore constituendis, ut tam vos quam dicatores, decimatores, conductores, arendatores, exactores et amministratores ipsarum decimarum comitatus Soproniensis a superflua et huiusmodi indebita et inconsveta exaccione decimarum a dictis iobagionibus Friderici Sarfnek ultra ipsum montem Saarheg appellatum commorantibus fiende prohibeant, arceant et astringant et ad iustarum ac verarum decimarum exaccionem et recepcionem compellant tocies quocies fuerit opportunum auctoritate nostra eis presencium serie in hac parte specialiter attributis mediante. Presentes quoque post earum lecturas reddi iubemus presentanti. Datum Bude, feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

A pozsonyi káptalannak **1418**-ban »Andreas dictus Trelecz iudex civitatis Posoniensis« kérésére kiállított átiratából; melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik, N. R. A. 324. 36. dipl. oszt. 9519. Ugyanott megvan hasonló átiratban Zsigmond királynak a föntkitett napon kelt másik oklevele, melyben Sárfenéki Frigyesnek megengedi, hogy »due ville sue Manestrof *(igy)* et Hoof vocate in comitatu Mosoniensi et quasi in metis seu regni nostri confiniis situate, per creberimas invasiones predonum, profugorum et proscriptorum australium quasi ad totalem devenissent desolacionem« ezeket benépesíthesse; s a tolvajok, latrok és rablók kivételével az ott megtelepülő bármely bünösök részére bünbocsánatot és mentességet hirdet. N. R. A. 325. 4. dipl. oszt. 9520.

Digitized by Google

412. *A vasvári káptalan előtt Pinnyei István fiai és unokája kijelentik, hogy őket Lozsi Beled és fia János több rendbeli követeléseikre, különösen nővérüknek Katalinnak Beled nejének megöletésére, a pinnyei boldogságos szüzről nevezett egyháznak anya-egyházzá való tételére és hatvan márka kártérítési összegre nézve kielégítették. 1409. márcz. 20.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod magister Belyd filius Jacobi de Loos sua item Johannis filii sui in personis onus eiusdem et gravamen per omnia in se assummens ab una, parte vero ab alia Anthonius et Ladislaus filii Stephani de Pynnye similiter suis, item Ladislai filii Nicolai fratris ipsorum carnalis in personis, onus eiusdem modo simili in se assummentes nostri in presencia personaliter constituti confessi extiterunt eo modo, quod ipsi sese imito *(igy)* super universis causis, damnis, nocumentis, sanguinum effusionibus, hominum verberacionibus aliisque quibusvis maleficiorum generibus, signanter autem iidem Anthonius, Ladislaus et Ladislaus eosdem Belyd et Johannem filium eiusdem super facto mortis et interfeccionis condam nobilis domine Katherine sororis carnalis ipsorum Anthonii et Ladislai tunc consortis ipsius magistri Belyd per ipsum magistrum Belyd causaliter facte, ac eciam cuiusdam ecclesie filialis in honorem beate virginis in dicta Pynnye fundate, in matricem ecclesiam prefeccione .... ab ecclesiaque sua parochiali distinccione et sequestracione, nec non solucionis pecuniarum sexaginta marcarum, earum quamlibet decem pensis computando, quas iidem Belyd ipsis iuxta continenciam literarum nostrarum et regalium obligatoriarum facere debuisset, obligaminibus eciam in eisdem literis expressis pure et per omnia expeditos reddidissent pariter et absolutos, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria quarta proxima post dominicam Letare, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

413. *Garai Miklós nádor előtt, a Vasvárott tartott megyei közgyülésen, Cziráki Miklós fia Mihály fiaival és rokonaival egyetemben a királyt Székas nevű birtok adományozásától, Linkoháti Domokos fiait pedig annak megszerzésétől és elfoglalásától tiltja. Vasvár, 1409. márt. 22.*

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Castriferrei feria secunda proxima post dominicam Oculi prope civitatem Castriferrei celebrata, Michael *(igy)* filius Nicolai de Zyrak sua, item Ladislai, Thome, Johannis et Nicolai filiorum suorum ac Michaelis filii Johannis et Nicolai filii Petri de eadem in personis de medio aliorum in nostram exurgendo presenciam serenissimum principem dominum nostrum Sigismundum regem a collacione seu donacione possessionis Zekas vocate in comitatu Soproniensi existentis, Johannem vero et Vgrinum ac alios filios Dominici de Lynkohath, Petrum et Jacobum filios Pauli de eadem, ac Petrum fratrem eorumdem et alios quoslibet ab occupacione, detencione, fructuumque et quarumlibet utilitatum eiusdem percepcione, aut in concambium recepcione, vel a regia maiestate sibi ipsis impetracione, seque quovis quesito colore et ingenio in dominium eiusdem intromissione ac ipsis perpetuacione, quoquomodo factis vel fiendis publice et manifeste prohibuit coram nobis, vigore presencium mediante. Datum duodecimo die nostre congregacionis predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije a gr. Esterházy cs. galanthai ltárában 27. 23.

Digitized by Google

414. *Zsigmond király Mihályi Domokostól s rokonaitól Vértes melléki birtokaikat Fejérmegyében elveszi, s helyettük Lak és Csánig nevű birtokokat Vasvármegyében és Szentandrás nevű puszta- birtokot Sopron vármegyében cserében adja. Bánhida, 1409. mart. 26.*

relacio Simonis de Rozgon iudicis curie.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod quia fideles nostri Johannes et Vgrinus filii Dominici nec non Jacobus et Petrus filii Pauli de Myhaly possessiones ipsorum Kendertho et Kwkemen populosas, nec non porciones possessionarias in possessionibus Bokod, populosa ac Chaplar deserta, et terram usualem desertam, Cellafeulde vocatam in comitatu Albensi habitas, sitas et adiacentes, simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et quibuslibet utilitatum integritatibus ad singularem nostram requisicionem nobis benivole et liberaliter dederunt, annuerunt et reliquerunt, ideo nos e converso in harum concambium et satisfaccionem quasdam possessiones nostras videlicet Lak et Chanyk populosas in Castriferrei, nec non Zenthandreas desertam in Supronienſi comitatibus habitas, nostreque collacioni de iure spectantes similiter cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis videlicet terris cultis et incultis pratis fenilibus fluvio et silva Raba vocatis aquis piscinis molendinis aquarumque decursibus et generaliter quibuslibet earumdem utilitatum integritatibus sub eisdem veris metis et antiquis limitibus, quibus eedem hactenus de iure tente fuissent et possesse, ex certa nostra sciencia prelatorumque ac baronum nostrorum consilio nove nostre donacionis titulo et omni eo iure, quo dicte possessiones Lak, Chanyk et Zenthandreas vocate ad nostram quibuscunque de causis vel racionibus de iure spectant collacioni, memoratis Johanni, Vgrino, Jacobo et Petro et per ipsos eorum heredibus et posteritatibus universis dedimus, dona-

Digitized by Google

vimus e contulimus, imo damus, donamus et conferimus perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas salvo iure alieno, promittentes nihilominus et spondentes nostro et successorum nostrorum regum scilicet Hungarie nominibus, prenominatos Johannem, Wgrinum, Jacobum et Petrum in pleno et pacifico dominio prescriptarum possessionum Lak, Chanyk et Zenthandreas contra quoslibet causidicos et actores intra et extra iudicium defendere, tueri, conservare et indemniter manutenere propriis nostris et eorumdem successorum nostrorum sumtibus, laboribus et expensis, ita videlicet, ut prefati nobiles de dicta Myhaly et eorum successores et nos ac nostros successores modo simili in quieto et pacifico dominio predictarum possessionum Kendertho, Kwkemen ac porciorum possessionariarum in possessionibus Bokod et Chaplar vocatis habitarum necnon terre usualis Chellafeulde appellate ac quarumlibet earumdem utilitatum contra quoslibet causidicos et actores pro propriis ipsorum sumtibus et expensis semper et ubique expedire et conservare deberent et tenerentur, nihilominus specialiter declarato, quod in casu, quo nos vel dicti nostri successores prefatos nobiles vel ipsorum successores in pacifico dominio predictarum possessionum Lak, Chanyk et Zenthandreas vocatarum quoquam temporum in eventu protegere et conservare non possemus vel non curarent, extunc nos vel iidem nostri successores ipsis nobilibus et eorumdem heredibus prescriptas possessiones, porciones possessionarias et terram ipsorum usualem versa vice et iterum pacifice et quiete remittere et restituere teneremur et deberent, harum nostrarum testimonio literarum mediante, quas dum nobis in specie, reportate fuerint, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum in Wamhyda *(így: máshol Bánhida)*, feria tercia proxima post dominicam iudica, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Belől a szöveg alatt veres viaszba nyomott pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

Digitized by Google

415. *A pannonhalmi convent Zsigmond királynak jelenti, hogy csornai Kun György fiainak jobbágyai által a csornai prépost és convent csornai egyik jobbágyán és kanászán elkövetett hatalmaskodást megvizsgáltatta. 1409. apr. 22.*

Serenissimo principi domino eorum domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionique Brandenburgensi etc. sacri Romani imperii vicario generali et regni Bohemie gubernatori, conventus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie oraciones in domino debitas et devotas cum perpetua fidelitate. Literis vestris amicabilibus ad citaciones, inquisiciones, prohibiciones, aliarum literarum vestrarum exhibiciones et ad omnia alia, que talibus in processibus iuxta regni vestri consvetudinem de iure fieri consveverunt facienda pro religiosis viris fratribus Anthonio preposito et conventu monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna per anni circulum graciose datis et concessis nobisque directis summa cum obediencia receptis, iuxta quarum continenciam unacum Michaele de Baboth homine vestro in eisdem literis amicabilibus inter alios homines conscriptos expresse nominato, nostrum hominem videlicet fratrem Gallum presbiterum unum ex nobis scilicet fratribus conventualibus ad infrascriptam inquisicionem faciendam duximus transmittendum; qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus homo vester presente eodem nostro testimonio feria quinta proxima post dominicam Quasimodo proxime preteritam in comitatu Soproniensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis eiusdem comitatus hominibus palam et occulte diligenter inquirendo talem de infrascriptis scire potuissent veritatem, quod Georgius et Gyukus iobagiones Benedicti et Petri filiorum Georgii dicti Kwn de Chorna in eadem residentes circa festum beati Michaelis archangeli ex mandato, voluntate et permissione eorumdem dominorum ipsorum quendam familiarem eorumdem domini prepositi et conventus Andream nomine omni sua sine culpa in manu

Digitized by Google

sinistra letaliter vulnerassent, per quod manus eiusdem destructa haberetur; eo non contenti feria tercia proxima nunc de novo elapsa, idem Benedictus per Georgium literatum familiarem suum, pastorem porcorum ipsorum domini prepositi et conventus nullis culpis suis exigentibus iteratis vicibus immaniter verberare et unum bonum porcum ipsorum interfici fecisset, nec non diversa minarum gravamina ceteris iobagionibus eorum et ad ipsos pertinentibus imponere non cessarent potencia mediante in preiudicium et damnum ac desolacionem possessionis ipsarum valde ingens. Datum quinta die diei inquisicionis prenotate, anno domini M° quadringentesimo nono.

Papíron hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1546. 27. dipl. oszt. 9545.

416. *A vasvári káptalan előtt Vadasfalvi György és társai, Linkóháti Domokos fiait Szentandrásfölde és Fortunádfölde nevű birtokok elfoglalásától tiltják. 1409. jun. 24.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod Georgius filius Petri de Vadasfalua sua item Johannis . . . . . Joseph, Dominici et Emerici fratrum suorum carnalium, Andree filii Nicolai de Cher, Nicolai et Stephani filiorum Mathie de For . . . . . ac nobilis domine Elizabeth consortis dicti Joseph in nostram veniens presenciam Johannem et Vgrinum filios D(ominici), Jacobum et Petrum filios Pauli de Lynkohat et alios quosvis ab occupacione, detencione possessionis Zenthandreasfelde et terre Fertenadfelde vocatarum sibique perpetuare ac metarum in faciebus earumdem ereccione, seque quovismodo in earumdem dominium intromissione, fructuum et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione vel percipi faccione quoquomodo factis vel fiendis prohibuit et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, prout eciam in faciebus earumdem tempore ereccionis metarum predictarum pridem per nostrum et regium homines facte eosdem Vgrinum, Johannem et Jacobum personaliter, ipsum vero . . . . . tanquam absentem magistro Nicolao socio et concanonico nostro scilicet testimonio atestante prohibuisset. Datum in

Digitized by Google

festo . . . . . nativitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M° quatringentesimo nono.

Papíron hátlapján pecsét nyomaival, eredetije a N. Muzeumban.

417. *A vasvári káptalan bizonyságlevele, hogy Zsigmond király rendeletéből Mihályi Domokos és Pál fiait a Sárvár nevű királyi várhoz tartozó Lak és Csánig nevű Vasvármegyei és a Linkó folyó melletti Szentandrás nevű Sopronvármegyei birtokokba, a kijelelt határok között, beiktatta. 1409. jul. 6.*

Capitulum ecclesie Castriferrei omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in salutis largitore. Quoniam ea que subterfugientis mundi rotacione fiunt laudabiliter et reguntur racionabiliter, ne cum ipso fugitivo simul elabantur seculo, scripturarum patrociniis solent ipsa eternari, proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, literas serenissimi et magnifici principis domini nostri domini Sigismundi dei gracia illustris regis Hungarie etc. summa cum obediencia nos in hec verba recepisse: Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis, et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis capitulo ecclesie Castriferrei salutem et graciam. Cum nos quasdam possessiones nostras regales Chanyg et Lak populosas, alias ad castrum nostrum regale Sarvar nuncupatum spectantes in Castriferrei, necnon Zent Andras vocatas per defectum seminis possessorum eiusdem hominum videlicet condicionalium, ut dicitur, ad nostram maiestatem iuxta regni nostri consvetudinem rite devolutam in Soproniensi comitatibus situatas, fidelibus nostris Johanni et Ugrino filiis Domini ac Jacobo et Petro filiis Pauli de Mihaly, pro aliis possessionibus eorum in forma concambii per alias literas nostras exinde confectas perpetuo dederimus et contulerimus, ipsosque in eisdem et suarum quarumlibet pertinenciarum contra quoslibet impetitores, causidicos et actores protegere et ubique expedire assummentes, veras metas et cursus metales earumdem duarum possessionum

Digitized by Google

populosarum necnon particularum terrarum Harazti, alio nomine Kuzepfalufelde et Zekas nuncupatarum pertinenciarum, ut dicitur, earumdem, signanter sub quibus eedem per fidelem nostrum dilectum magnificum virum Nicolaum de Zeech magistrum tavarnicorum nostrorum ac Castriferrei et Soproniensis comitatuum comite tente fuerint et possesse renovare et easdem ab aliorum possessionariorum iurium metaliter separare intendamus, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael de Sythke vel Laurencius Turuk de eadem aut Johannes de Kechked aut Johannes filius Stephani de Sebehaza aliis absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Chanyg et Lak nec non terrarum particularum predictarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, presertim sub quibus eedem per prefatum Nicolaum de Zeech tente fuerunt et possesse, reambulatasque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatas et distinctas relinquat annotatis Johanni, Vgrino, Jacobo et Petro perpetuo possidendas, contradiccione quorumlibet non obstante in hac parte, insinuando ibidem contradictoribus, si qui fuerint, ut si racione ereccionis et renovacionis dictarum metarum se quitquam iuris habere pretendunt, id contra nostram maiestatem iuxta regni nostri consvetudinem iuridice prosequantur, quibus nos respondebimus effective, et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, metarumque earumdem renovacionis et ereccionis cum cursibus metarum inibi erigendarum, ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum in Crassofew, feria quarta proxima post festum Ascensionis domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo nono. Nos enim ipsius domini nostri regis preceptis fideliter obedire cupientes, ut tenemur, unacum memoratis Johanne de Kechked et altero Johanne filio Stephani de Sebehaza hominibus regiis nostrum hominem magistrum Nicolaum de Hollos, socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod

Digitized by Google

ipsi feriis quarta, quinta et sexta ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum ad facies dictarum possessionum Lak et Chanyg populosarum ac particule terre Kuzepfalufelde vocate in Castriferrei necnon Zenthandras et Zekas in Sopronіensi comitatibus existencium vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo easdem per ipsarum metas, prout Pero castellanus castri Sarwar nuncupati in persona dicti domini Nicolai de Zeech inibi existens ostendisset, hoc modo reambulassent: quod primo incepissent a parte orientali possessionis Nychk vocate in medio fluvii Raba nuncupati, ubi iuxta eundem fluvium a parte occidentali arborem ilicis cruce signatam meta terrea circumdedissent; inde ad eandem plagam occidentalem eundo iuxta quoddam pratum metam terream fodi fecissent, ab hinc plagam ad eandem quasi per iactum unius sagitte eundo quandam arborem ilicis meta terrea circumdedissent; inde ad quandam viam graminosam veniendo et plagam ad eandem procedendo iuxta arborem ilicis metam terream fecissent, de hinc similiter plagam in eandem eundo in medio cuiusdam prati arborem ilicis meta terrea circumdedissent, de hinc plagam ad eandem per idem pratum eundo iuxta quandam venam aque, Keres vocatam, arborem populeam meta terrea circumdedissent, ubi eandem venam plagam in eandem pertranseundo per terrasque arabiles eundo iuxta indaginem spinosam metam terream erexissent; post hec similiter in eandem plagam in diverticulis terrarum arabilium eundo quandam pirum iuxta viam publicam de possessione Lak in possessionem Nychk ducentem metam terream fodi fecissent, dehinc in eandem plagam occidentalem in diverticulis terrarum arabilium quasi per ictus duarum sagittarum eundo quandam pirum meta terrea circumdedissent; ab hinc per terras arabiles et virgultum ad eandem plagam eundo quandam arborem populeam iuxta viam graminosam de dicta possessione Nychk in possessionem Chalad ducentem meta terrea circumdedissent, de hinc plagam in eandem per eandem viam eundo iuxta eandem metam terream angularem cumulassent, que quidem dictis possessionibus Chanyg et Lak separans memoratam posses-

Digitized by Google

sionem Nychk ad meridiem relinqueret et separaret; inde ad partem aquilonarem flectendo et in virgultis per ictus duarum sagittarum eundo iuxta quandam viam publicam de dicta possessione Lak in possessionem Chalad predictam ducentem metam terream fodi fecissent; inde plagam in eandem aquilonarem pergendo pervenissent ad quandam metam terream, quam renovassent; post hec similiter in eandem plagam meando per virgulta pervenissent ad quandam metam terream, quam renovassent; inde plagam in eandem eundo quandam dumum iliceam meta terrea circumdedissent, ab hinc similiter in eandem plagam meando pervenissent ad fluvium Rabcha inter annotatas possessiones Lak et Chanyg ab una, parte vero ab alia inter possessionem Zemere separantem, quem quidem fluvium eisdem possessionibus communi usui relinquendo et ad partem orientalem iuxta eundem fluvium girando, quasi per iactum trium sagittarum, indeque ad partem aquilonarem flectendo et fluvium Rabcha pertranseundo arborem ilicis cruce signatam in fine cuiusdam prati existentem meta terrea circumfusam reperissent, quam renovassent, ab hinc plagam ad eandem aquilonarem eundo, in medio cuiusdam prati metam terream erexissent, de hinc plagam in eandem eundo, inter terras arabiles metam terream fodi fecissent; inde plagam in eandem procedendo, quandam metam terream renovassent; inde similiter plagam ad eandem girando per virgulta, quandam metam terream renovassent, ab hinc plagam in eandem eundo pervenissent ad quandam viam publicam de possessione Zyrak in dictam possessionem Zemere ducentem, iuxta quam metam terream angularem fodi fecissent, dicte possessionis Zemere et terre Zekas separantem; inde per eandem viam ad partem orientalem flectendo et quasi per ictus duarum sagittarum transeundo, penes eandem viam metam terream fecissent; ab hinc per eandem viam plagam in eandem per ictus trium sagittarum pergendo et ad partem orientalem iemalem declinando quandam metam terream renovassent; de hinc inter orientem et meridiem pergendo metam terream quandam renovassent, inde eundo plagam in eandem pervenissent ad quoddam fossatum, inter possessiones Zyrak et

Digitized by Google

Zekas distinguens, iuxta quod longe, ubi scilicet idem duplicaretur, eundo metam terream erexissent et iuxta idem fossatum a parte orientali usque silvam Rapcha eundo iuxta silvam eandem metam terream fodi fecissent, inde fossato in eodem venissent usque fluvium Rapcha, per eundemque fluvium ad partem septemtrionalem transeundo pervenissent ad quandam viam de possessione Zyrak in possessionem Belyd euntem, iuxta quam metam terream erexissent, qui quidem fluvius Rapcha usque eandem metam ad possessiones predictas Lak et Chanyg vocatas pertineret; ab hinc iuxta eundem fluvium usque pratum vulgo Füestelek vocatum eundo prato in eodem metam terream erexissent; inde versus orientem per silvam Rabe usque ad fluvium Assuan tendendo, qui quidem fluvius inter prenotatas possessiones Chanyg et Lak ac Belyd separaret et penes eundem fluvium Assuan usque fluvium Raba ad partem meridionalem processissent; ab hinc penes eundem fluvium versus eandem plagam eundo et medietatem eiusdem fluvii Raba usui earumdem possessionum relinquendo pervenisssent ad priorem metam, ibique terminum earumdem possessionum Chanyg et Laka ac terre Kuzepfalufelde vocate terminarentur; demumque eandem possessionem Zenth-Andras, ab aliorum iuribus possessionariis harum metarum distinccionibus separassent: quod primo incepissent a parte possessionis Linkohath vocate prope quandam venam Lynko nominatam; inde versus meridiem eundo iuxta quandam viam graminosam metam terream erexissent; inde versus eandem plagam girando prope possessionem Wadasylese duas metas terreas nobiles de eadem Wadasylese inter easdem possessiones Zenth-Andras et Wadasylese separantes ostendissent, quarum unam renovassent prope vallem Dugtho existentem, ab hinc plagam ad eandem pergendo, iuxta quandam viam graminosam metam terream angularem cumulassent, inter possessiones Zenthandras, Wadasylese et Fortunadfelde separantem et distinguentem; ab inde ad partem occidentalem per eandem viam pergendo trans dictam venam Linko nominatam metam terream erexissent; de hinc similiter in eadem via plagam in eandem girando metam cumulassent;

Digitized by Google

inde similiter via in eadem plagam in eandem quasi per ictus duarum sagittarum eundo metam terream iuxta viam eandem crexissent, ab hinc similiter via in eadem partem ad eandem girando quandam arborem piri silvestris meta terrea circumdedissent, de hinc plagam in eandem eundo, prope quandam arborem populeam metam terream fecissent; de hinc plagam in eandem euntes, pervenissent ad fluvium Raba, ubi eedem mete inter dictam possessionem Zenthandras et Fortunadfelde terminarentur. Factisque ipsis reambulacionibus et metarum ereccionibus ac renovacionibus easdem possessiones Lak et Chanygh ac Zenthandras necnon particulas terrarum Kezepfalufelde et Zekas vocatas, cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibusvis sub earumdem metarum cursibus annotatis Johanni, Vgrino, Jacobo et Petro iure ipsis incumbente perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum et heredum per heredes possidendas, utendas, tenendas et habendas statuissent et commisissent, contradiccione quorumlibet non obstante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas medioque alphabeto intercisas eisdem nobilibus duximus concedendas. Datum sedecimo die ultimi diei reambulacionis, metarum ereccionis et statucionis predictarum, anno domini supradicto; honorabilibus viris dominis Egidio preposito, Nicolao cantore, Jacobo custode, magistro Johanne decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Eredetije a N. Muzeumban. I. Mátyás király Kisfaludi Benedek kérésére «in suburbio civitatis Vienensis feria sexta proxima post festum Ascensionis domini» 1485-ben kelt levelében a vasvári káptalant utasítja, hogy a föntebbi oklevelet irja át; melynek következtében a káptalan a sekrestyéjében őrzött eredetiről az átiratot Kisfaludi Benedek számára, ugyancsak 1485. évben, kiadta; melynek eredetije a Kisfaludy cs. ltárban őriztetik.

Digitized by Google

418. *A vasvári káptalan bizonyságlevele, hogy Asszonyfalvi Lökös fia János után maradt birtokok felett Asszonyfalvi Ostfi Ferencz, Gergely és László Garai Miklóssal aképen egyeztek ki, hogy a nádor Lökös fia Jánosnak Asszonyfalván, Németfaluban, Farádon, Csornán, Magloczán, Oslíban, Viczán, Széplakon és Dalkán levő birtokrészeit, valamint Csenge és Mihályfalva nevű egész birtokokat minden becsű nélkül megtarthassa, Kigyókő vára azonban az Ostfiaké maradjon. 1409. jul. 6.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendantes, tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod cum iuxta continenciam literarum nostrarum obligatoriarum, vir magnificus Nicolaus de Gara palatinus et iudex comanorum vel procurator eiusdem legitimus ab una, ac magistri Franciscus filius Johannis, Gregorius et Ladislaus filii alterius Johannis filii Osl de Azzonfalva parte ab altera vel altera parte absente, una ipsarum octavo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preterito nostrum testimonium ad facies universarum possessionum et porcionum possessionariarum condam Johannis filii Leukus de dicta Azzonfalva ubivis habitarum adducere easdemque ex racionibus in eisdem literis nostris conscriptis iuxta regni consvetudinem estimari facere, factaque ipsa estimacione iidem magistri Franciscus, Gregorius et Ladislaus de estimacione earumdem dicto domino palatino satisfaccionem impendere, si vero iidem magistri Franciscus, Gregorius et Ladislaus de estimacione earumdem possessionum et porcionum possessionariarum ipsius condam Johannis filii Leukus ipsi domino palatino satisfaccionem impendere recusarent, extunc ipsi magistri Franciscus, Gregorius et Ladislaus eundem dominum palatinum in dominium earumdem possessionum et porcionum possessionariarum dicti condam Johannis filii Leukus ubivis habitarum, coram eodem nostro testimonio ac homine comitis huius Castriferrei comitatus, usque quo ipsi estimacione de eadem eidem domino palatino satisfacere valerent, intromit-

Digitized by Google

tere debuissent; tandem Jacobus chori ecclesie nostre presbiter per nos ad premissa videnda et perficienda per adduccionem legitimi procuratoris dicti domini palatini nostro pro testimonio transmissus ad nos una cum Petro filio Ladislai de Vadasylese iudice nobilium huius comitatus reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in dicto octavo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies porcionum possessionariarum ipsius condam Johannis filii Leukus in possessionibus Azzonfalua, Nemethfalu, Forad, Chorna, Maglacha, Osl, Vycha nunc habitatoribus destituta, Zeplak et Dalka vocatis habitarum ac possessionum Chenge et Myhalfalva vocatarum, vicinis et commetaneis earumdem universis illuc legitime convocatis et presentibus accedendo, cum easdem iuxta proprium obligamen dictorum magistrorum Francisci, Gregorii et Ladislai predictum (*igy*) estimare voluissent, tunc idem magister Franciscus personali sua astancia ac Gyarmanus de Demenk et Paulus de Vagh familiares dictorum magistrorum Gregorii et Ladislai in personis eorumdem dominorum ipsorum easdem possessiones Chengee et Myhalfalua vocatas nec non porciones possessionarias in predictis possessionibus existentes ipsius scilicet condam Johannis filii Leukus cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibusvis estimacione absque omni, dicto domino palatino et in eiusdem persona Benedicto literato de Barlyad legitimo procuratore dicti domini palatini aut cui idem dominus palatinus voluerit, usque quo ipsi scilicet magistri Franciscus, Gregorius et Ladislaus de earumdem estimacione memorato domino palatino vel suis heredibus satisfaccionem impendere valerent, reliquissent et commisissent possidere, tenere, pariter et habere, sed tandem iidem Garmanus et Paulus ipsos et homines dicti domini palatini in dominium castri Kegyvkw vocati ipsius condam magistri Johannis filii Leukus nunc erga manus eorumdem magistrorum Georgii et Ladislai habiti minime intromittentes, idem castrum pro eisdem dominis ipsorum reservassent. In cuius rei testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas medioque alphabeto intercisas, eidem

Digitized by Google

domino palatino duximus concedendas. Datum sexto die octavi diei festi nativitatis beati Johannis Baptiste prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo nono; honorabilibus viris dominis Egidio preposito, Nicolao cantore, Jacobo custode, magistro Johanne decano ceterisque canonicis ecclesie nostre existentibus.

Rózsa szinü és világos kék selyem zsinóron függő pecséttel; eredetije az orsz. ltárban 1516. 11. dipl. oszt. 9529.

419. *Zsigmond király Mihályi Domokos és Pálnak jobbágyaik felett, a nagyobb bünténynek kivételével, a bíráskodási jogot megadja. Tata, 1409. aug. 25.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus eorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis presencium noticiam habituris salutem et graciam. Cum antiqua consvetudine regni nostri ab antiquo approbata, requirente, quod quivis nobilis et homo possessionatus suos iobagiones suorum in quibuslibet possessionibus suis residentes in causis quibuslibet exceptis duntaxat furti, latrocini, homicidii et aliis publicis causis criminalibus ipsemet iudicandi plenam et liberam habeat facultatem, fidelitati igitur vestre firmissime nostro damus regio sub edicto, quatenus amodo in posterum iobagiones et familiares impossessionatos fidelium nostrorum Johannis et Vgrini filiorum Dominici ac Jacobi et Petri filiorum Pauli de Myhal in quibuscunque possessionibus ipsorum commorantes in nullis causis et causarum articulis demtis solummodo premissis iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, aut res et bona ipsorum in vestris possessionibus, tenutis et honoribus ac vestri in medio prohibere seu prohiberi facere ullatenus presummatis nec sitis ausi modo aliquali; signanter pro factis, delictis et excessibus aliorum. Si qui enim ex vobis quitcunque accionis vel quescionis contra annotatos iobagiones et famulos impossessionatos prefatorum Johannis, Vgrini, Jacobi et Petri

Digitized by Google

habent vel habuerint, id prius in presencia dictorum Johannis, Vgrini, Jacobi et Petri vel officialium ipsorum legitime prosequantur, qui si in reddenda iusticia cuipiam tepidi fuerint vel remissi, ex tunc non iidem iobagiones et famuli impossessionati contra quos agitur, sed annotati Johannes, Vgrinus, Jacobus et Petrus vel officiales ipsorum in nostram vel palatini nostri aut alterius ipsorum ordinarii iudicis presenciam per querulantes legitime evocentur, ex parte quorum nos aut idem palatinus vel ordinarius iudex cuilibet querulanti omnis iuris et iusticie ac plenam satisfaccionem exhibebimus aut exhibebunt complementum, dictante iuris equitate, secus igitur facere non ausuri; presentes enim perlectas semper reddi iubemus presentanti. Datum in Tatha, secundo die festi beati Bartholomei apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Belöl a szöveg alatt veres viaszba nyomott pecséttel; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

420. *Garai Miklós nádor a győri püspök vicariusának itélete értelmében Lozsi Belydet özvegy Gencsi Miklósnénak járó hitbér, jegyajándék és leánynegyed kiadására kötelezi, s az itélet végrehajtására a csornai conventet kiküldi. Buda, 1409. nov. 14.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Chorna Nicolaus de Gara Regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis quadragesimo die octavarum festi beati Michaelis archangeli una cum regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus magister Blasius filius Nicolai de Gench pro nobili domina matre sua cum procuratoriis literis nostris in nostram veniendo presenciam, quasdam literas honorabilis viri domini Demetrii custodis et canonici ecclesie Jauriensis vicariique reverendi in Christo patris domini domini Johannis dei et apostolice sedis gracia episcopi eiusdem ecclesie Jauriensis in spiritualibus generalis per ipsum nobis directas nobis presentavit habentes hunc tenorem: Magnifico viro domino Nicolao de Gara, regni Hungarie palatino, et iudici comanorum domino

Digitized by Google

suo honorando Demetrius custos et canonicus ecclesie Jauriensis vicariusque reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei et apostolice sedis gracia episcopi loci eiusdem in spiritualibus generalis, oraciones in domino debitas ac devotas, pro vestra vita pariter et salute. Literas serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. domini nostri graciosissimi summa cum obediencia noveritis nos recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia regni Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fideli suo venerabili in Christo patri domino Johanni episcopo ecclesie Jauriensis vel eius vicario in spiritualibus generali salutem et graciam. Dicitur nobis in persona nobilis domine relicte Nicolai filii Alexandri da Gench, quomodo ipsa nobilis domina in facto dotis et rerum paraphernalium ac quarta puellari domine avie et matris suarum adversus Belyd filium Jacobi de Loos eidem domine de universis possessionibus et porcionibus possessionariis condam Johannis de dicta Loos provenire debentibus vestri in presencia terminos legitimos iuxta censuras ecclesiasticas complevisset, qui quidem Belyd huiusmodi ecclesiasticas censuras in detrimentum anime sue in premissis advertere non curasset nec curaret de presenti, in quo facto ipsa nobilis domina vestri in presencia ex parte ipsius Belyd nullum finem decisivum adipisci posset; super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus rebus sic se habentibus seriem tocius premissi negocii, prout vobis de premissis certitudo veritatis constaret, nobis vel palatino nostro iudici videlicet seculari fideliter rescribatis, aliud non facturi in premissis. Datum Bude, in festo beati Mathie apostoli, anno domini Millesimo quadringentesimo nono. Nos enim mandatis ipsius domini nostri regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, premissam causam seu processum eiusdem hoc ordine per nos decisam vestre magnificencie declaramus. Quamprimo habita legitima citacione dicta nobilis domina relicta Nicolai filii Alexandri de Gench in facto dotis et rerum paraphernalium ac quarta puellari domine

Digitized by Google

avie et matris suarum adversus prefatum Belyd filium Jacobi de Loos eidem domine de universis possessionibus et porcionibus possessionariis condam Johannis de dicta Loos provenire debentibus in nostri presencia terminos iuridicos iuxta consvetudinem sedis nostre ac censuras ecclesiasticas complevit, demumque dictus Belyd occasione premissorum salubri canonica monicione premissa fuit ammonitus, ut iuxta terminum ipsius iam dudum elapsum annotate nobili domine de dictis suis iuribus, et iudiciorum gravaminibus videlicet quinquaginta unius marcarum, in quibus in processu dicte cause contra eandem dominam iudicialiter fuerat convictus, condignam impenderet satisfaccionem, qui quidem Belyd huiusmodi nostris admonicionibus contemtis, nos in causa huiusmodi ad instantiam dicte nobilis domine ulterius procedentes ipsi Belyd et universis suis iobagionibus, aliis literis nostris mediantibus ecclesiasticum interdictum imponi fecimus, in quo sive per tres menses vel citra obstinaciter perseverando attendentes, quod interea prodesset hominibus obediencia, si contumacibus rebellio non obesset, eundem Belyd et ad ipsum pertinentes aggravando et reaggravando in diecesi Jauriensi, signanter per vicinos plebanos eiusdem Belyd diebus dominicis et festivis in ipsorum ecclesiis, dum populi multitudo ad divina audienda convenisset, pulsatis campanis et accensis candelis, et demum in terram proiectis et exstinctis in signum eterne damnacionis similiter aliis literis nostris mediantibus excommunicatum denunciari fecimus, et mandavimus publice et manifeste. Quibus perpensis ipse Belyd nullam de dictis iuribus et iudiciorum gravaminibus annotate domine et nobis satisfaccionem impendere voluit neque vult de presenti. Pro eo de mandato predicti domini nostri regis modo premisso nos in merito ipsam causam iudicio vestre magnificencie et determinacionem premisso modo per nos declaratam presencium serie transmittimus concludendam et discuciendam, velimus tamen, quod de porcione nostra ex dictis iudiciorum gravaminibus debenda, ac decima et nona nobis satisfiat. Datum Jaurini, sabbato proximo ante dominicam Letare, anno domini supradicto. Quibus quidem

Digitized by Google

literis presentatis prefatus magister Blasius annotate domine matri sue super prescriptis iuribus dotalicio et quartalicio ac oneribus iudiciorum antedictorum per nos, uti brachium seculare, satisfaccionem impendi postulavit, ordine iuris annuente. Unde quia prefatus Belyd in prescriptis terminis iudiciorum per prefatum vicarium sibi deputatorum se semper censuris ecclesiasticis submittere permisit, propter quod, preiamfatis iuribus dotalicio utputa et quartalicio oneribusque dictorum iudiciorum ne ipse Belyd sibi in premissis remedium reportasse senciat, ipsi domine ordine subnotando satisfaccio impendi debeat, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Thomas de Ollar, vel Jacobus de Vathka, nostri notarii, vel Johannes de Kechked, neve Benedictus Bwda de Gench, sin Ladislaus de Pinie, aliis absentibus homo noster ad facies quorumlibet iurium possessionariorum annotati quondam Johannis de Loos atavi ipsius domine, nec non annotati Belyd vicinis et commetaneis illuc legitime convocatis et presentibus accedendo, primo pro prescriptis iuribus dotalicio et quartalicio ipsam dominam iure avitico et maternali contingentibus, de porcione ipsius condam Johannis, si ipse porciones tante fuerint, tot et tantum quantum opportunum fieret, si autem non, tunc ipsas totales pro premissis iuribus occupando statuat eidem domine, deinde autem de iuribus possessionariis ipsius Belyd propriis tantum, quantum ad dicta iudicia quinquaginta unius marcarum se extenderint, simili modo occupet, et duas partes eorumdem prefati vicarii vel sui hominis, terciam autem eiusdem domine manibus applicet, tamdiu per eandem dominam et ipsum vicarium tenenda et habenda, donec idem Belyd vel alii, quibus congruit, eidem domine de dictis iuribus et iudiciis, vicarioque predicto similiter de dictis iudiciis satisfactum fuerit quoad plenum, contradiccione ipsius Belyd et aliorum quorumlibet non obstante; si autem ipse Belyd vel alii dictam satisfaccionem impendere velle asseruerint, eis pro termino coram nobis competenti octavas festi Pentecostes nunc venturas det et assignet. Et post hec ipsius posses-

Digitized by Google

sionarie occupacionis et statucionis seriem cum nobilibus ipsa iura possessionaria occupata se redimere velle asserentibus ad dictas octavas festi Pentecostes nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, quarto die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Hátlapján pecsét töredékeivel; eredetije a hédervári ltárban lozsi fasc. 2. 1. NB.

421. *Garai Miklós nádor Móriczhidai Simon bán fiát Jánost, ki az Árpás nevű birtok után járó haszonbért a bakonybéli apátnak meg nem fizette, a pannonhalmi convent által másodizben megidézteti.*

1409. dec. 4.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancti Martini sacri montis pannonie Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex comanorum amiciciam paratam cum honore. Noveritis, quod Stephanus filius Thome pro religioso viro domino fratre Martino abbate monasterii de Beel cum procuratoriis literis vestris iuxta continenciam literarum vestrarum evocatoriarum, in octavis festi Omnium Sanctorum in figura nostri iudicii comparendo, magistrum *(igy)* Johannem filium condam Simonis bani de Moruchhyda easdem literas vestras evocatorias ad regium literatorium mandatum nobis rescriptas, tenoremque literarum suarum regalium vobis directarum verbaliter in se habentes, asserens accionem et proposicionem dicti actoris literis contineri in eisdem, nobis presentarunt declarantes, quod idem dominus frater Abbas de Beel regie dixisset maiestati, quomodo Johannes filius condam Simonis bani de Moruchhyda quandam possessionem suam et per consequens ecclesie sue, Arpas vocatam, titulo feudali per obligacionem condam Petri et Nicolai abbatum predecessorum suorum iuxta series literarum vestrarum pro quadam certa summa pecunie haberet et possideret, tamen idem Johannes filius bani iam fere a quatuor annis elapsis eidem domino Martino abbati racione premisse possessionis nihil solvere voluisset, imo possessionem ipsam per maxime desolasset, in preiudicium eorumdem valde magnum; super

Digitized by Google

quo fidelitati vestre idem dominus noster rex firmiter precipiendo mandasset, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus prefatum magistrum Johannem filium Simonis bani de Moruchhyda contra annotatum dominum fratrem Martinum abbatem monasterii de Beel nostram evocaret in presenciam racionem de premissis redditurum, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati terminoque assignato more solito rescriberetis. Vos igitur preceptis ipsius domini nostri regis optemperantes, ut tenemini, unacum Francisco de Nema homine regio, vestrum hominem videlicet Paulum literatum de Alsok ad premissam evocacionem faciendam transmisissetis vestro pro testimonio fidedignum, qui tandem ad vos *(igy)* vobis uniformiter retulissent, quod ipsi in festo beati Remigii episcopi et confessoris proxime preterito annotatum magistrum Johannem filium condam Simonis bani in eadem possessione sua Moruchhyda contra memoratum dominum fratrem Martinum abbatem de Beel nostram in presenciam ad dictas octavas Omnium Sanctorum evocassent racionem premissorum redditurum, premissa litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante; ad quas qui quidem *(igy)* octavas festi Omnium Sanctorum idem magister Johannes filius condam Simonis bani per annotatum Stephanum procuratorem ipsius actoris congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venit neque misit, se mediantibus literis nostris iudicialibus exinde confectis aggravari permittendo, postulans prefatus procurator dicti actoris eidem ex parte annotati in causam attracti per nos iuris equitatem elargiri in premissis. Et quia idem magister Johannes ad premissa vice secundaria evocandus fore videbatur, pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Jacobi vel Anthonius filius Thome de Peech, aut Petrus vel Georgius de Koronczo, sin Stephanus de eadem, an Michael de Halaz, neve Johannes rufus de Peechy, sive Franciscus de Nema aliis absentibus homo noster prefatum magistrum Johannem filium condam

Digitized by Google

Simonis de Morochhyda contra religiosum virum dominum fratrem Martinum abbatem monasterii de Beel, ad octavas festi Epiphaniarum domini nunc venturas, nostram evocet in presenciam; et post hec ipsius evocacionis seriem cum nomine evocati ad easdem octavas nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, vigesimo septimo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo nono.

Papiron, zárt alaku okmány, a zárlaton pecsét nyomaival, eredetije a Pannonhalmi convent ltárában. L. R. r.

422. *Az alispán és szolgabirák bizonyitják, hogy Lozsi Jakab fia Beled, Pinnyei István fiainak erdejét pusztittatta. Csepreg, 1410. apr. 28.*

Nos Michael filius Ladislai de Sithke vicecomes et iudices nobilium comitatus Soproniensis memorie commendamus, quod cum nos ad instantem et legitimam peticionem Anthonii et Ladislai filiorum Stephani de Punye unum ex nobis videlicet Petrj de Keer ad infrascriptam inquisicionem faciendam de sede nostra iudiciaria nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum; demum idem exinde ad nos reversus retulit nobis eo modo, quomodo ipse feria quarta proxima ante festum beati Georgii martyris novissime elapsum in comitatu Suproniensi pariter procedendo a nobilibus et ignobilibus, a quibus decens et opportunum fuisset, signanter a vicinis et commetaneis possessionis Punye antedicte talem de infrascriptis scivisset veritatem, quod Beled filius Jacobi de Loos prescripta feria quarta ante festum beati Georgii martyris per Michaelem Temmel dictum iobagionem suum in antefata Loos residentem silvas eorumdem Anthonii et Ladislai in facie dicte possessionis eorumdem Punye vocate adiacentes de die in diem succidi et ligna succisa, quo sue placuisset voluntati, depredari fecisset, et nunc faceret incessanter, potencia sua mediante. Datum in Cheppregh, feria secunda proxima ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M° CCCC° decimo.

Papiron, hátlapján három pecséttel; eredetije a N. Muzeumban. Ugyanott egy másik bizonyságlevele is megvan a fönnevezett alispánnak és szolgabiráknak szintén Csepregből 1410-ből, hogy Pinnyei István fiainak

Digitized by Google

Lászlónak és Antalnak és ezen Antal fiának Mátéнak, valamint Miklós fiának Laszlónak egyik pinnyei jobbágyát Lozsi Beled kegyetlenül megverette és fejszéjét elvetette.

423. *A vasvári káptalan előtt Ládonyi Simon és Mihály, Ládonyi Jakab fia Simon leányának Borbályának, ki Káli Miklós nem nemes emberhez ment férjhez, leány negyedi illetősége fejében egy telket az Árokköz nevű helyen az ahoz tartozó földekkel együtt egész az iváni határig, kiadnak, 1410. maj. 3.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus per presentes, quod Simon filius Martini de Ladon, sua ac Michaelis fratris sui in personis onus eiusdem et gravamen, si subscripta quoquomodo niteretur infringere, super se recipiendo, personaliter coram nobis constitutus confessus extitit oraculo vive vocis in hunc modum, quod quia nobilis domina Barbara vocata filia Simonis filii Jacobi de dicta Ladon, cuius possessionaria iura ipso defuncto in ipsos de iure devoluta extitissent, nunc vero consors Nicolai filii Stephani nunc in Kaal residentis, eidem Nicolao veluti homini ignobili et impossessionato iuxta ritum sancte matris ecclesie copulata haberetur, eidemque nobili domine ius quartale de possessionariis porcionibus prefati Simonis patris sui in dicta Ladon habitis, iuxta regni consvetudinem cum possessione extradari deberet, ideo ipsi tum zelo fraternali ducti, tum eciam plurimorum proborum et nobilium virorum ordinativa composicione interveniente eidem nobili domine, unum locum sessionalem in dicta possessione Ladon in terra Arukkuz penes sessionem Michaelis filii Martini a parte aquilonis, que quidem sessio Michaelis filii Martini, alias sessio Boda nominabatur, preterea quartam partem omnium terrarum arabilium usualium, pascualium et rubetorum prefati Simonis filii Jacobi, in quarum dominio idem Simon pacifice extitisset, quarumque longitudo se extenderet usque ad metas possessionis Iwan, penes scilicet antiquam sessionem Martini filii Pethew funiculo mensuracionis interposito perpetuo et irrevocaciliter in filios filiorum et heredum per heredes pro premissis suis iuribus quartaliciis dedissent et con-

Digitized by Google

tulissent, imo dedit, donavit ac contulit in sua et dicti Michaelis fratris sui personis coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum in festo Invencionis sancte crucis, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Hátlapján pecsét nyomaival; eredeti példánya a Kisfaludi cs. ltárában

424. *Zsigmond király Zsebeházi László fiának Miklósnak, Sopronvármegyei nemesnek megkegyelmez. Nagyszombat, 1410. maj. 20.*

relacio comitis Simonis de Rozgon iudicis curie regis.

Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator memorie commendamus per presentes, quod nos de pietate regia, que magis misereri solet quam ulcisci, Nicolaum filium Ladislai de Sebehaza nobilem comitatus Soproniensis a nota seu labe proscripcionis quam idem in congregacione generali nuper per fidelem nostrum Ladislaum Host de Azonfalva de speciali nostro mandato comitatu in eodem celebrata incurisse dinoscitur, duximus expiandum, capiti, possessionibus iuribusque possessionariis, nec non rebus et bonis suis universis graciam et misericordiam facientes specialem, imo facimus presencium per vigorem, ita tamen, quod idem de cetero se ab huiusmodi labe immunem studeat conservare, quocirca vobis fidelibus nostris cunctis regni nostri iudicibus et iusticiariis ecclesiasticis videlicet seu secularibus, quibus presentes ostenduntur, firmissime precipimus et mandamus, quatenus . . . . . Nicolaum in persona, possessionibus rebusque et bonis suis quibuscunque, ad cuiusvis instanciam intra vel extra iudicium racione previa impetere, molestare et quomodolibet damnificaren ullatenus presummatis, nec sitis ausi modo aliquali, aliud contra . . . . premisse nostre gracie non facturi, presentes quoque perlectis reddi . . . . . presentanti. Datum Tirnavie, feria tercia proxima ante festum corporis Christi, anno domini M° CCCC° decimo.

Rongyolt papiron, belöl pecséttel; eredetije a N. Muzeumban.

Digitized by Google

425. *Rozgonyi Simon országbiró előtt Niczki János, a maga úgy testvére Benedek és ennek fia László nevében, Czenki Miklós leányával Klárával előbb Berényi Mihály utóbb Völcsei Lénárd nejével és gyermekeivel kibékül s kilencz fél telket Czenk nevű birtokban a nevezett Klára assonynak visszaad. Csepreg, 1410. maj. 26.*

Nos comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod Johannes filius Jenslini de Nyczk pro se personaliter et pro Benedicto fratre suo carnali ac Ladislao filio eiusdem Benedicti, sine literis procuratoriis, onera eorumdem et gravamina, si temporis in eventu infrascripta retractare machinarentur, super se recipiente ab una, parte vero ab alia nobili domina Clara vocata alias relicta Michaelis de Beren, nunc vero consorte Lenharth filii Clementis de Welche, similiter personaliter pro se et pro nobili puella Nesthe vocata, filia secum presencialiter existente, ac Nicolao filio suis in tenera etate constitutis, similiter sine literis procuratoriis, onera et gravamina eorumdem, si successu temporum de subscriptis quoquomodo resilirent, consimiliter in se assumente, nostri in presencia constitutis, per eundem Johannem de Nyczk sua et dictorum Benedicti et Ladislai in personis ministerio vive vocis confessum extitit pariter et relatum in hunc modum, quod quamquam prefata nobilis domina occasione seu pretextu totalis possessionis Czenk vocate in comitatu Soproniensi existentis, que condam Nicolai patris ipsius domine ac Stephani et Johannis filiorum Andree de eadem Czenk prefuisset, in presenti congregacione nostra generali universitati nobilium et alterius status dicti comitatus Soproniensis hominum, feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis ex speciali regio edicto prope oppidum Csepregh celebrata, adversus ipsos materiam litis suscitare pretenderit et voluerit, tamen ipsi sencientes et in effectu agnoscentes prescriptam nobilem dominam ad aliquam partem dicte possessionis ius habere satis clarum, ordinantibus

Digitized by Google

et componentibus probis et nobilibus viris pacem parcium zelantibus, ut ipsi et eorum posteri sibi ipsis vicissim et alternatim fraternaliter complacendo pacis amenitate possent gratulari, sopita et condescensa dicta lite, se se mutuo et vicissim in fratres adoptivos recipiendo, novem medios fundos curiarum integrarum in predicta possessione Czenk in contrata a plaga aquilonali adiacenti, sive a dextra parte vie de dicta Czenk versus Sopronium ducentis, existentes et habitas, nec non directam terciam partem molendini in fluvio Ikua in dicta Czenk habiti decurrentis, preterea similiter directam terciam partem proventus tributi moncium vinearum intra metales terminos antelate possessionis Czenk existencium, que prefati Nicolai patris antefate domine prefuissent, cum omnibus et singulis ipsarum utilitatibus ac pertinenciis universis, terris videlicet arabilibus cultis et incultis pratis pascuis silvis nemoribus aquis ceterisque cunctis ipsorum pertinenciis antefate nobili domine Clare ac Nicolao filio ac puelle Nesthe filie eiusdem, heredibusque et posteritatibus eorumdem universis pacifice et sine aliqua discrepancia remisissent, resignassent et restituissent, imo prefata nobilis domina sua ac dicti filii et filie suorum in personis super his plene contentante, annotatus Johannes de Nyczk sua et nominibus, quibus supra, remisit, restituit et resignavit coram nobis, hac condicione seriosius declarata, quod si qua parcium predictarum vel heredes earum labente temporum curriculo premissa observare et rata habere non curando quacunque machinacione infringere niteretur, tunc pars huiusmodi premissa infringens et non observans contra partem alteram in succubitu duelli facti potencialis convinci deberet eo facto; ceterum si quam partem, nutu divino volente, heredibus orbatam ex hoc medio decedere contingeret, tunc porcio possessionaria talis decedentis, in dicta Czenk habita, in partem superviventem condescenderet et devolveretur, hoc non preternisso, quod predicti Johannes, Benedictus et Ladislaus predictas novem medios fundos curiarum, molendinum et proventus tributi moncium apud quorumcunque manus eedem vel modo qualicunque haberentur eliberando, pure et absolute antefatis nobili domine, filio et

Digitized by Google

puelle, dare et assignare, in casu vero, quo successu temporum partem aliquam racione predicte possessionis Czenk vel alicuius particule eiusdem per quoscunque in litem atrahi contingeret, tunc ipsi sese mutuo et vicissim in expensis predictorum Johannis, Benedicti et Ladislai duntaxat defensare, literaliaque eorum munimenta penes se se in defensione producere, deberent et tenerentur; nihilominus eciam, quia prefati Nicolaus et nobilis puella Nesthe in etate tenera ad presens forent constituti, ideo adveniente tempore adulte etatis eorum in presencia capituli Castriferrei accedere et premissa personalibus eorum in assistenciis roborando ratificare tenerentur; ad que premissa omnia partes predicte modo prenarrato se sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas, annotato Johanni, Benedicto et Ladislao de Nyczk duximus concedendas. Datum octavo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Fehér és vörös selyem-zsinóron függő pecséttel; eredetije a gróf Niczky cs. ltárában Ligvándon 113.

426. *Rozgonyi Simon országbiró előtt az alispán és szolgabirák bizonyítják, hogy Beledi Jakab fia Belednek Bala nevű Sopronvármegyei és Beled nevű Mosonvármegyei birtokait néhai Fraknói Pál fiai elfoglalták. Csepreg, 1410. maj. 28.*

Nos comes Simon filius Nicolai de Rozgon iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. ac Ladislaus filius Johannis *(így)* Osth de Azzonfalua memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium et alterius status comitatus Soproniensis hominum ex speciali regio edicto feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata, egregius vir magister

Digitized by Google

Beled filius Jacobi de Beled de aliorum medio personaliter exurgendo proposuit eo modo, quod possessiones Bala in dicto Suproniensi iuxta lacum Ferthew et Belyd vocate in Mosoniensi comitatibus existentes, semper et ab antiquo predecessorum suorum et per consequens sue fuissent et essent hereditarie, quas condam Paulus Groff de Frakthno ipso vivente pro se occupasset et nunc Nicolaus et Paulus filii eiusdem condam Pauli Groff occupatas detinerent et possiderent propria eorum potencia et auctoritate mediante, quaslibet ipsarum utilitates percipiendo, in iuris sui preiudicium multum ingens; et hoc vicecomiti et iudicibus nobilium dicti comitatus iuratisque assessoribus dicte congregacionis nostre constaret evidenter, petens nos cum instancia, ut ipsi vicecomes iudices nobilium iuratique assessores qualem de premississ scirent, per nos requisiti, faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem iudices nobilium ac iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam tacto dominice crucis ligno de dicenda veritate et iusticia observanda nobis prestita, pretactas possessiones Bala et Beled vocatas prefati Beled et fratrum suorum hereditarias, per ipsumque condam Paulum Groff modo previo occupatas fuisse et nunc erga pretactos Nicolaum et Paulum filios eiusdem potencialiter et indebite fore et esse, unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem magistro Beled duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum decimo die congregacionis nostre antedicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Zöld és rózsa szinü selyem-zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 586. 1. dipl. oszt. 9658.

Digitized by Google

427. *Rozgonyi Simon országbíró előtt a vármegye gyülésén az alispán és a szolgabirák, Egyházasládoni Márton fiának Simonnak és eleinek régi nemességéről tanuskodnak. Csepreg, 1410. maj. 28.*

Nos comes Simon filius Nicolai de Rozgon iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie (Croacie) etc. marchionisque Brandenburgensis etc. et Ladislaus filius Osth de Azonfolua memorie commendantes tenore presencium significamus (quibus) incumbit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Soproniensis ex speciali regia commissione feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata, Simon filius Martini de Eghazasladon de medio aliorum exurgendo proposuit (eo modo), quomodo idem Martinus pater suus et sui primevi generaciones semper et ab antiquo veri et iusti nobiles in dicta possessione Eghazasladon prefuissent et existerent de presenti, in cuius eciam possessionis facie ecclesia beati Nicolai constructa haberetur; et quod universa literalia sua instrumenta, signanter factum reambulacionis metarum dicte possessionis concernencia, in disturbio proxime sedato ignis incendio concremata extitissent, (quod eciam) vicecomiti, iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter, petens nos cum instancia, ut idem vicecomes, iudices nobilium iuratique assessores qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et suo sacro regio dyademati conservandam pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis pre(stitam) omnia premissa et quevis premissorum singula, sicuti per annotatum Simonem dicta et proposita sunt et existunt, unanimi et concordi testificacione (per omnia) affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis autentici sigilli nostri muni-

Digitized by Google

mine roborando, eidem Simoni duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum decimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Zöld selyem-zsinóron függő pecsét darabjaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

428. *Rozgonyi Simon országbiró előtt az alispán és szolgabirák bizonyítják, hogy az előtt négy évvel midőn a németek Ausztriából, Kanizsai János esztergomi érsek kismartoni várát elfoglalták, Beledi Jakab fiának Beledneк lozsi birtokát is feldúlták, és ingó javait s okleveleit elvitték. Csepreg, 1410. maj. 28.*

Nos comes Simon filius Nicolai de Rozgon iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. ac Ladislaus filius Johannis Osth de Azzonfalua memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium et alterius status comitatus Supruniensis hominum ex speciali regio edicto feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata, egregius vir magister Beled filius Jacobi de Beled de aliorum medio personaliter exurgendo proposuit eo modo, quod dum quidam theotonici de Austria in anno videlicet, cuius quarta esset revolucio, oppidum seu castrum Kismarthon vocatum reverendi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi ecclesie Strigoniensis dolose et nequiter subintrantes occupassent et tenuissent, tunc ipsi (armis premuniti) valida caterva et falerata exercituali ad possessionem suam, hostili impetu, Los vocatam et domum ibidem habitam invadendo, universa et quelibet bona sua ac nonnulla literalia instrumenta super variis possessionariis et aliis iuribus suis confecta potencialiter aufferendo deportassent, et hoc vicecomiti et iudicibus nobilium dicti comitatus iuratisque assessoribus dicte congregacionis nostre constaret evidenter; petens nos

Digitized by Google

cum instancia, ut ipsi vicecomes iudices nobilium iuratique assessores, qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem viceconitem iudices nobilium ac iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sue sacre corone regie conservandam tacto dominice crucis ligno de dicenda veritate et iusticia observanda nobis prestitam, omnia premissa per pretitulatos theutonicos Austrie sic et eodem modo, ut prescribitur, facta et perpetrata extitisse unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem magistro Beled duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum decimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Zöld és téglaszin-vörös selyem-zsinóron függő ép pecséttel; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 35. 10. dipl. oszt. 24506.

429. *Rozgonyi Simon országbiró és asszonyfalvi Ostfi László előtt az alispán és szolgabirák, Szántói Cykus unokája István felhivására bizonyitják, hogy őt Felsőszoporon bizonyos birtokrész megilleti. Csepreg, 1410. maj. 29.*

Nos comes Simon filius Nicolai de Rozgon iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia incliti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. Ladislaus filius Osth de Azonfalva memorie commendantes tenore presencium significamus quibus incumbit universis, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Soproniensis ex speciali regia commissione feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepreg celebrata, nobilis domina Dorothea vocata relicta ac Stephanus filius Gasparis filii Cycus de Zantho de medio aliorum exurgendo proposuerunt eo modo, quomodo prefatus condam Cycus in possessione Felzopor, inter porcionem possessionariam

Digitized by Google

Sebastiani et Georgii filii Michaelis de eadem porcionem habuisset possessionariam et nunc idem Stephanus filius Gasparis ipsam porcionem habere deberet, et hoc vicecomiti iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter; petentes nos precum cum instancia, ut idem vicecomes iudices nobilium iuratique assessores qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem. Cumque nos eosdem vicecomitem iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et suo sacro regio dyademati conservandam pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, prescriptum condam Cykus et per consequens successores eiusdem in dicta possessione Felzopor inter possessionarias porciones predictorum Sebastiani et Georgii porcionem habuisse et habere debere unanimi et concordi testificacione affirmarunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem nobili domine et Stephano filio eiusdem duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum undecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Függő pecsét maradványaival; eredetije a vármegye ltárában a Zeke cs. iratai közt Simaházi fasc. 14. 2.

430. *Rozgonyi Simon országbiró itélete, a borsmonostori apátság Menhart (Kethely) és László nevü birtokain véghez vitthatárjárásról. Csepreg, 1410. maj. 30.*

Comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie ac Ladislaus filius Osl de Asszonfalva, damus pro memoria, quod ad instanciam et legitimam peticionem religiosi viri domini Nicolai abbatis monasterii beate virginis de Borsmonostra unacum Andrea de Fizy regio ac domino Stephano custode ecclesie Castriferrei ..... eiusdem ecclesie hominibus nostrum

Digitized by Google

hominem videlicet Thomam de Magasy de presenti nostra congregacione generali universitati nobilium comitatus Supruniensis feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis . . . . . regio edicto prope oppidum Chepreg celebrata ad infrascriptas possessionarias reambulacionem, metarumque ereccionem et renovacionem faciendas duximus destinandum; demum iidem exinde ad nos in dictam nostram congregacionem reversi, nobis equiformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum corporis Christi decimo sexto *(igy)* die diei nostre congregacionis ad facies possessionum Menharth ac Lastay vocatarum dicti monasterii de Borsmonostra vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo easdem undique et circumquaque suo modo reambulassent: quod prima meta dicte possessionis Menharth inciperet ab oriente iuxta terram possessionis dicti monasterii Sydany vocate, in fluvio Repche, deinde eundo versus quendam montem in loco, qui diceretur Thurduk, esset meta terrea, iuxta quam novum signum metale faciendo, ipsumque montem ascendendo iret ad metam terream iuxta viam in Sydan tendentem, ab hinc vergendo ad aliam metam terream secus viam in possessionem Gatal pergentem, iuxta quam novum signum metale faciendo, postea per eandem viam aplicuissent ad duas metas terreas, ubi convenirent termini possessionum Gatal et Sydan vocatarum, penes quas novum signum metale postergendo, ab hinc rursum in predicta via currens penes metas cursuales festinaret ad tres metas terreas antiquas, secus quas novum signum metale reliquendo, ab hinc declinaret contra meridiem et iret per antiquam viam inter duas malos ad locum, qui vocaretur Rakthya, et ab hinc descenderet ad salices in valle pluviali, ab hinc retro tramite currendo in fluvium Gyngus ad locum molendini olim Martini, ipsumque fluvium ascendens usque ad locum ubi rivulus Lybnyk caderet fluvium in eundem, et deinde ipsum fluvium semper ascendendo longa via tenderet ad caput ipsius Lybnyk et inde versus ortum in viam magnam eundo, que vergeret in possessionem Pereglen et ab hinc per eandem viam plures metas habendo festinaret ad caput

Digitized by Google

unius vallis Satelpah dicte . . . . . descendens in fluvium Repche predictum, deinde per eundem fluvium eundo ad locum molendini Markel dicti, et abhinc ex altera parte fluvii Repche ascenderet retro e . . . . . et vergeret ad viam magnam in Sopron euntem, dehinc per plures metas circuiret ad metas et terminos possessionum olim Corradi fratrumque suorum videlicet utriusque Pula, ... deinde eundo per plures metas cursuales ab ortu solis, secus quas novis signis metalibus postergatis iret ad viam, que divideret terras utriusque Mysa maioris scilicet et minoris, deinde per plures metas cursuales, penes quas ubique signum novum metale ponendo, recto tramite iret versus meridiem ad quendam rubum, de hinc ad tres metas terreas tendendo, secus quas novum signum metale faciendo iuxta viam, qua itur in possessionem Enyd, inde per eandem viam versus orientem pergendo festinaret ad unam metam antiquam, sub quadam via in prato sitam, penes quam novum signum metale faciendo, ab hinc contra meridiem per pratum properat in fluvium Repche iuxta stagnum vulgo Nadasthow dictum, inde paululum ipsam aquam ascendens reverteretur ad prefatum locum suum, unde processisset, et ibi terminarentur metales cursus dicte possessionis Menharth. Metam vero possessionis Lastay vocate taliter reambulassent: quod primo incepissent ab oriente apud aquam Repche vocatam prope molendinum Merhel *(igy)* dictum, inde tendens versus meridiem ad rivulum Sarospatak dictum, deinde ipsum rivulum . . . . . rivulum; ubi essent due mete terree contra meridiem, secus quas signum metale fecissent dein . . . . . occidentem flectendo, dictumque rivulum reliquendo, iret ad caput unius vallis, unde in montem ad magnam viam eundo, que veniret de villa Peregrem *(igy)*, ubi essent quatuor mete antique, penes quas novum signum metale fecissent, a quibus per eandem magnam viam iret contra septemtrionem per plures metas cursuales ad medium unius vallis retro vineas Lastay; inde paululum ascendens montem versus orientem curreret ad vineas, ubi essent due mete terree Lastay et Kuholm possessiones a se se separantes,

Digitized by Google

deinde recto cursu descendens curreret versus septentrionem ad aquam Repche predictam, ipsamque non deserens reverteretur in locum suum prescitum, et ibi terminaret cursum suum. Quibus peractis dum iidem prescripta nova signa metalia in apparentes metas sublevare et sub inclusionibus earumdem iam dictas possessiones Menharth et Lastay vocatas prefato monasterio de Borsmonostra et per consequens dicto domini abbati cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis iure sibi incumbente perpetuo possidendas relinquere et committere voluissent, tunc Stephanus magnus vicecastellanus de Borostyan in persona reverendissimi in Christo patris domini Johannis archiepiscopi Strigoniensis a parte possessionum Kuhalm, Rwth et Rennuk inibi adherendo huiusmodi metarum ereccioni, renovacioni et statucioni dicto monasterio fiende contradiccione obviasset; ob quam contradictoriam inhibicionem ipsi ibidem, et eodem die dictum dominum archiepiscopum contra annotatum dominum Nicolaum abbatem in eandem nostram congregacionem . . . . . racionem contradiccionis sue redditurum. Qua quidem relacione dictorum regii, capituli et nostri hominum facta et percepta prefatus dominus Nicolaus abbas personaliter in nostram exurgendo presenciam racionem premisse contradictorie inhibicionis assignari postulavit per dominum Johannem archiepiscopum supradictum . . . . . quo audito quidam Andreas literatus de Magasdy pro ipso domino Johanne archiepiscopo cum procuratoriis literis eiusdem in nostram exurgendo presenciam, eundem dominum archiepiscopum ad presens causa in premissa respondere non posse indicabat, sed eandem per nos in ulteriorem terminum differi postulabat. Pro eo his perceptis causam prescriptam ad octavas festi beati Jacobi apostoli nunc venturi in curiam regiam nostram in presenciam duximus prorogandam eo modo, ut tunc prefatus dominus archiepiscopus personaliter, vel per suum legitimum procuratorem cum iudicio trium marcarum deponendo respondere teneatur causa in premissa. Datum duodecimo die congregacionis nostre predicte, in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo. Ceterum addiderunt dicti regius,

Digitized by Google

capituli et noster homines, ut cum ipsi ad prescriptam reambulacionem accessissent, et in facie dictarum possessionum Menhard et Lastay vocatarum comparuissent, tunc universos iobagiones ipsius domini archiepiscopi in dictis tribus possessionibus suis residentes pro parte eiusdem contra dictum dominum abbatem intra terminos possessionum suarum predictarum Menharth et Lastay vi et indebite metas erigentes reperierunt. Datum ut supra.

Papiron, zárlatán pecsét maradványaival; eredetije az orsz. ltárban Borsmonostra 27. 53. dipl. oszt. 9660.

431. *Rozgonyi Simon országbiró a vasvári káptalant a vármegye közgyüléséből kiküldi, hogy Cséri Zolárd utódai között Salamonfölde nevű birtokot a Cséri határban két egyenlő részre oszsza föl. Csepreg, 1410. maj. 31.*

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Castriferrei comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie, et Ladislaus filius Osl de Azzonfalva amiciciam paratam cum honore. Noveritis quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Soproniensis ex speciali regio edicto feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata, Petrus filius Petri filii Andree filii Zolardi ac Johannes filius Lorandi filii dicti Zolardi de Cher personaliter de medio aliorum exurgendo proposuerunt eo modo, quod Laurencius filius Stephani filii Benedicti de eadem in porcione ipsorum possessionaria Salamonfelde vocata intra metales terminos dicte possessionis Cheer adiacenti, ipsos communiter tangenti, maiorem porcionem possessionariam servaret et possideret; cum tamen dicta porcio possessionaria inter ipsos equaliter in duas rectas et equales partes dividi deberet et sequestrari, cuius racionem scire vellet ab eodem. Quo percepto, quia prefatus Laurencius personaliter exurgendo prescriptam porcionem possessionariam Salamonfelde ipsos simul et communiter tangentem modo premisso in duas rectas et equales partes dividendam fore non abnegabat, pro eo vestram

Digitized by Google

amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Saagh, vel Mathias filius Pauli, aut Michael filius Jacobi, sin Stephanus filius Pauli de Ewlche *(így)*, seu Simon de Enyed aliis absentibus homo regius octavo die festi nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturi et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus ad faciem dicte possessionarie porcionis Salamonfelde appellate vicinis et commetaneis suis universis et singulis ipsius utilitatibus in duas dividat partes rectas et coequales, metis evidentibus si necesse a se se distingendo, quarum unam rectam et equalem partem cum dictis suis utilitatibus et pertinenciis, memoratis Petro filio Petri, Johanni filio Lorandi, cum his quibus congruit, reliquam vero partem eiusdem similiter cum cunctis suis utilitatibus prefato Laurencio filio Stephani, parciumque heredibus universis relinquat, statuat et committat perpetuo possidendam, contradiccione ipsarum parcium sibi invicem et aliorum quorumlibet non obstante; et post hec ipsius possessionarie reambulacionis, divisionis, metarum ereccionis ac statucionis seriem, ut fuerit expediens, cum cursibus metarum inibi erigendarum, si necesse fuerit, ad octavas festi beati Jacobi apostoli domino nostro regi fideliter rescribatis. Ceterum voluerunt partes predicte et se ultronea eorum voluntate firmiter obligaverunt coram nobis, ut si qua parcium ausu temerario termino in prefixo ad premissam possessionariam divisionem faciendam non veniret vel non mitteret, premissaque suo modo perficere non curaret, tunc pars talis contra partem alteram in succubitu duelli facti potencialis convinceretur ipso facto harum nostrarum vigore literarum. Datum tredecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

A vasvári káptalannak a megejtett osztályról 1410-ben kiadott bizonyságlevelében, melynek eredetije megvan az orsz. ltárban N. R. A. 642. 36. dipl. oszt. 9662.

Digitized by Google

432. *Rozgonyi Simon országbiró, Kerew (Külső) nevű birtokban egy telek örökrészét Kerewi Miklós leányainak megitél. Csepreg, 1410. maj. 31.*

Nos comes Simon filius Nicolai de Rozgon iudex curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod cum ad instantem et legitimam peticionem nobilium domine et puellarum, Agatha, Elena, Margareta et Katherina vocatarum filiarum Nicolai filii Petri de Kerew unacum Andrea de Fyzj regio et domino Stephano custode capituli Castriferrei hominibus nostrum hominem Thomam de Magasy ad infrascriptam possessionariam statucionem faciendam de congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Soproniensis ex speciali regio edicto feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata destinassemus; iidem postmodum exinde ad nos reversi nobis pariter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post festum sacratissimi corporis Christi undecimo scilicet die ipsius nostre congregacionis ad faciem dicte possessionis Kerew unius scilicet sessionis inter possessiones Boncz-Kerew et aliam Kerew Petri de Harka existentis ipsas nobiles dominas et puellas iure materno concernentis vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis ac presentibus accedendo (iamdictam) sessionem cum omnibus et singulis ipsius utilitatibus et pertinenciis universis antefatis nobilibus domine et puellis Agatha, Elena, Margaretha et Katherina vocatis sub premisso titulo iure perpetuo possidendam statuissent nullo penitus contradictore inibi apparente; hac itaque dictorum regii, nostri et ipsius capituli hominum relacione facta et percepta nobis seriem huiusmodi possessionarie statucionis in eadem congregacione nostra coram dicta universitate nobilium publice et manifeste vicibus pluribus promulgari facientibus. Quia sicut tempore statucionis eiusdem sessionis ipsis nobilibus domine et puellis Agathe Elene, Margarethe et Catterine facte in facie eiusdem nullus

Digitized by Google

contradictor apparuit, sic et nunc in prefata congregacione nostra statucioni huiusmodi nullius contradiccio obviavit. Pro eo nos eandem sessionem cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis universis memoratis nobilibus domine et puellis heredibusque et posteritatibus earumdem universis relinquimus et committimus perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam salvo iure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas eisdem nobilibus domine et puellis duximus concedendas. Datum tredecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije a N. Muzeumban közölve Csontosi János másolatából.

433. *Rozgonyi Simon országbiró előtt Pinnyei Antal, Mihály fiát Lőrinczet kőszegi kalmárt több káraira, különösen Alsóládoni Tompa Miklós letartóztatására nézve öt font denárral kielégíti. Csepreg, 1410. jun. 1.*

Nos comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod Laurencius filius Michaelis institor civis de Kuzegh onera uxoris, matris, fratrum et quorumlibet proximorum suorum in se assummendo ab una, parte vero ab alia Anthonius de Punye personaliter coram nobis constituti sunt confessi in hunc modum, quod ipse scilicet Laurencius prefatum Anthonium super universis factis, damnis, iniuriis specialiterque detencionem Nicolai dicti Tompa de Alsoladon aliisque quibuslibet factis, sub quovis colore usque hoc tempus sibi per eundem Anthonium perpetratis, expeditum commisisset; e converso vero ipse Anthonius in huiusmodi recompensam prefato Laurencio quinque libras denariorum pure et simpliciter quinto decimo die datarum presencium hic in oppido Chepregh coram uno iudice nobilium comitatus Soproniensis dare et solvere assumsisset, imo expeditum commisit, dare et solvere assumsit nostro in conspectu tali

Digitized by Google

modo, quod si ipse dictam quantitatem pecunie termino et loco in predictis prefato Laurencio solvere non posset vel non curaret, extunc in duplo eiusdem convinceretur, et mox elapso ipso termino comes vel vicecomes dicti comitatus dictas quinque libras denariorum et duplum earumdem de rebus et bonis dicti Anthonii aut iobagionum suorum exigere, et cum tercia parte dupli earumdem prefato Laurencio satisfacere deberet et teneretur presencium per vigorem, strepitu iudicis sine omni. Datum in Chepregh, die dominico proximo post octavas Corporis Christi, anno eiusdem M° CCCC° decimo.

Papiron, hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

434. *Rozgonyi Simon országbíró előtt Asszonyfalvi Ostfi Ferencz, Gergely és László felhivására az alispán és szolgabirák a vármegye közgyülésén bizonyitják, hogy néhai Zeure Antalnak a panaszosok nemzetségbeli rokonának elhalta után ennek Hevling nevü birtokában az örökösödés a Fraknói grófok ellenében a panaszosokat illeti meg. Csepreg, 1410. jun. 1.*

Nos comes Simon de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie memorie commendamus, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Soproniensis ex speciali regia commissione feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis prope oppidum Chepregh celebrata magistri Franciscus, Gregorius et Ladislaus filii Osth de Azonfalua de medio aliorum exsurgendo proposuerunt eo modo, quomodo condam Paulus filius Nykel dicti Groff de Frakno condam Anthonium dictum Zewre de Hewling fratrem ipsorum condivisionalem captivando tamdiu in suis vinculis conservasset, donec predictam possessionem Hewling, que in ipsos iure successorio devolvi debuisset per eundem Anthonium sibi perpetuo fateri procurasset, et hoc vicecomiti iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter, petentes nos cum instancia, ut iidem vicecomes iudices nobilium iuratique

Digitized by Google

assessores qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem; cumque nos eosdem vicecomitem iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et suo sacro dyademati conservandam pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto dominice crucis ligno nobis prestitam, prescriptam possessionem Hewling in annotatos Franciscum, Gregorium, et Ladislaum aliasque generaciones filiorum Osth condescendi debere, eosdemque filios Osth omnis iuris titulo contingentem, prefatum autem Anthonium per annotatum Paulum filium Nykel captum et detentum ac in vinculis diucius conservatum fuisse et extitisse unanimiter affirmarunt, sed si tempore conservacionis eiusdem per ipsum Anthonium idem Paulus dictam possessionem Hewling sibi in perpetuum fateri fecerit an ne penitus se ignorare retulerunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes eisdem magistris Francisco, Gregorio et Ladislao duximus concedendas communi iusticia svadente. Datum quarto decimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Papiron hátlapján pecsét maradványaival; eredetije a N. Muzeumban.

435. *Rozgonyi Simon országbíró éz Asszonyfalvi Ostfi László előtt az alispán és szolgabirák Cziráki Mikch felhivására bizonyitják, hogy Miháli Domokos fiai Székas, Szemere, Dénesfalva és Czirák nevű birtokokon iogtalanul új határ-jeleket állitottak fel. 1410. jun. 2.*

Nos comes Stephanus de Rozgon iudex curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie et Ladislaus filius Osl de Azzonfalua memorie commendamus per presentes, quod in congregacione nostra generali universitati nobilium comitatus Supruniensis feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis ex speciali regio edicto prope oppidum Chepreg celebrata, magister Mykch de Zyrak personaliter de medio aliorum exsurgendo proposuit eo modo, quomodo Johannes et Vgrinus filii Dominici ac Jacobus et Petrus filii

Digitized by Google

Pauli de Lynkochath contra legitimas et sepissimas prohibiciones metas quarumdam quatuor possessionum Zekas videlicet Zemere, Dienesfalua, Zyrak ac Fasdrethe vocatarum erigi fecissent, et hoc vicecomiti iudicibus nobilium iuratisque assessoribus dicte nostre congregacionis constaret evidenter, petens nos humili precum instancia ut idem vicecomes iudices nobilium ac iurati assessores qualem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem. Quo quidem nos eosdem vicecomitem iudices nobilium et iuratos assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi et suo sacro dyademati conservandam pro dicenda veritate et iusticia observanda tacto vivifice crucis ligno nobis prestitam prescriptas metas et signa metalia dictarum possessionum per prefatos nobiles de Lynkohath contra prohibiciones dicti magistri Mikch erectas extitisse et existere unanimi testificacione asseruerunt. In cuius assercionis testimonium presentes literas nostras patentes eidem Mikch duximus concedendas iusticia communi svadente. Datum quindecimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini M° quadringentesimo decimo.

Papiron, hátlapján kisebb kerek pecsét nyomaival; eredetije a gróf Esterházy cs. galanthai ltárában.

436. *Zsigmond király a pozsonyi káptalant kiküldi, hogy Bazini Miklós grófot és fiait Szil vagy Rust nevű birtokba iktassa be. Pozsony, 1410. jun. 4.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis capitulo ecclesie Posoniensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis comitis Nicolai filii Nicolai de Bazyn ac Georgii et Pauli filiorum suorum, ex nobili domina Clara vocata filia Jacobi filii Hedrici de Hedervar procreatorum, quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Cyl alio nomine Rusth vocate in comitatu Soproniensi habite ipsos omnis iuris titulo concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus,

Digitized by Google

quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael filius Nicolai, vel Petrus filius eiusdem Michaelis de Zeek altero absente homo noster, ad faciem dicte possessionis vicinis et commetaneis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat eosdem in dominium eiusdem statuatque eandem ipsis iure eis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet eosdem contra memoratos Nicolaum, Georgium et Paulum in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsius possessionarie introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Posonii, feria quarta proxima post octavas festi Corporis Christi, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

A pozsonyi káptalannak a beiktatásról szolló bizonyság leveléből, melynek eredetije az orsz. ltárban őriztetik; N. R. A. 357. 16. dipl. oszt. 9663.

437. *Zsigmond király a székesfehérvári káptalant kiküldi, hogy a magtalanul elhalt Pathly Lénárdnak Apathlan, Selegd, Bükiföldе, Martonháza, Pathli, Büdöskut, Zemenye, Szántó és Neusidl nevű birtokaiba s Höfleinban és Ruston két szöllő birtokába Kanizsai János érseket s testvéreit iktassa be. Buda, 1410. aug. 5.*

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. ac sacri Romani imperii vicarius generalis, fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis salutem et graciam. Cum nos possessiones Apathlan, Selegd, Bikifewlde, Morthonhaza et Thard vocatas, necnon porciones possessionarias in possessionibus Pathly, Byduskuth, Zemenye, Zanthow et Neusidel, item quasdam vineas unam in possessione Nicolai filii Gregorii filii Beleth Hewffling nuncupate, ac alias tres vineas intra limites possessionis Pauli et Nicolai dictorum Groff de Frahnow ac Emerici filii Nicolai de Hederwar, Zyl appellate, ceterasque cunctas possessiones et porciones possessionarias atque iura, que

Digitized by Google

condam Leonardi filii Johannis filii Thome de predicta Pathly hominis sine heredibus defuncti prefuerunt, et ex eo ad manus nostras regias devolutas, eundem Leonardum emticio, hereditario et alio quovis iusto titulo perpetuo concernentes in Soproniensi et Mosoniensi comitatibus, aliasque ubilibet intra ambitum regni nostri existentes et habita, cum omnibus earum pertinenciis et utilitatibus vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, fidelibus nostris reverendissimo in Christo patri domino Johanni archiepiscopo Strigoniensi et magnifico viro Stephano filio Johannis de Kanisa pridem magistro ianitorum nostrorum fratri ipsius domini archiepiscopi carnali, necnon Johanni et Stephano filiis condam viri magnifici Nicolai filii dicti Johannis olim magistri tavarnicorum nostrorum fratris ipsorum domini archiepiscopi et magistri Stephani pro tribus millibus et triginta duobus florenis auri puri iam plene receptis et habitis ab eisdem perpetuo vendiderimus, ipsosque per Stephanum magnum de Leanfal waule nostre familiarem, nostrum et vestrum homines, ex certis causis et racionibus, et precise eo, quod eedem possessiones et iura in diversis comitatibus existunt situata, non obstante consvetudine regni nostri seu statuto nostro in eo, ut huiusmodi possessionaria statucio per regium et capitulorum homines de eisdem comitatibus, in quibus huiusmodi iura possessionaria consistunt, fieri deberet, observari solitis in dominium carumdem statui facere velimus et introduci; fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente prefatus Stephanus magnus homo noster ad facies universarum possessionum et porcionum possessionariarum necnon vinearum memorati condam Leonardi tam superius nominatarum quam aliarum quarumlibet in prefatis comitatibus et alias ubivis habitarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos dominum Johannem archiepiscopum, magistrum Stephanum, Johannem et alterum Stephanum in dominium earumdem statuatque easdem cum cunctis ipsorum utilitatibus et pertinenciis eisdem domino Johanni archiepiscopo, magistro

Digitized by Google

Stephano, Johanni et altero Stephano eorumdemque magistri Stephani, Johannis et alterius Stephani heredibus, modo in pretactis aliis literis nostris expressatis perpetuo et irrevocabiliter possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos dominum Johannem archiepiscopum et suos fratres predictos personaliter et non per procuratores ac sine crastinacione cum universis eorum literalibus instrumentis, super facto predictarum possessionum porcionum possessionariarum et vinearum confectis et emanatis in personalem presenciam nostre maiestatis, ubi deo duce fuerimus constituti, ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsarum possessionarie introduccionis et statucionis seriem, ac nomina possessionum, laneorum, vinearum, porcionumque possessionariarum, que ultra prenarratas ipsius condam Leonardi fuisse repperte *(igy)* fuerunt, eisdemque domino archiepiscopo et fratribus suis statue *(igy)*, cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nostre maiestati fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

A székesfehérvári káptalannak **1410**-ben kelt bizonyságleveléből, mely szerint a beiktatás minden ellenmondás nélkül megtörtént, a káptalan levele megvan eredetiben az orsz. ltárban N. R. A. 593. 23. dipl. oszt. 9683. Ugyanott meg van a királynak privilegialis alakban külön kiadott adománylevele is **1410**. jul. 29-ről, N. R. A. 593. 20. dipl. oszt. 9681.

438. *A csornai convent Zsigmond királynak jelenti, hogy Gyórai László fiát Dánielt, miután jobbágyai nem voltak, a cziráki plebános, mint a gyóraiak lelki gondviselője utján, Váthi Gál fia István ellen megidéztette. 1410. szept. 19.*

Serenissimo principi domino ipsorum domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac marchioni Brandenburgensi etc. sacri Romani imperii vicario generali et regni Bohemie gubernatori conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna oraciones

Digitized by Google

in domino pro ipsius vita pariterque salute. Vestra noverit excellencia, quod cum nos iuxta continenciam literarum magnifici viri comitis Simonis de Rozgon iudicis curie vestre serenitatis evocatoriarum pro Stephano filio Galli de Walth et nobili domina consorte eiusdem datarum nobisque directarum, una cum Stephano filio Pauli de Vlche homine vestre maiestatis literis in eisdem nominatim inserto, unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium presbiterum ad infrascriptam evocacionem faciendam nostro pro testimonio destinassemus; demum iidem ex inde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi pariter accedendo feria quarta proxima post festum Exaltacionis sancte crucis proxime preteritum, Danielem filium Ladislai de Gyuro propter carenciam propriorum iobagionum eiusdem, plebano ecclesie parochialis de Zyrak, qui curam gerit animarum ipsius possessionis Gyuro, insinuando, literalia instrumenta in pretactis literis dicti iudicis curie vestre evocatoriis denotata, exhibiturum ac de iudiciis literis in eisdem expressis iam dicto iudici et parti adverse satisfacturum contra annotatos Stephanum filium Galli et nobilem dominam consortem eiusdem ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas vestre sublimitatis in presenciam evocassent. Datum tercio die diei evocacionis prenotate, anno domini M° quadringentesimo decimo.

Zárlatán pecsét nyomaival; eredetije a Kisfaludy cs. ltárában.

439. *A csornai convent bizonyságlevele Lozs és Ebergőcz birtokokban teljesitett határjárásról. 1410. oct. 2.*

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, conventus monasterii sancti Michaelis archangeli de Chorna salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum iuxta continenciam literarum viri magnifici comitis Simonis de Rozgon iudicis curie regie composicionalium pariter et arbitratorialium, inter magistrum Beled filium Jacobi de Loos, ac utrosque Johannem filios eiusdem ab una, parte vero ab alia Michaelem et Thomam filios Johannis

Digitized by Google

de Ebergeuch, necnon Stephanum ipsius Michaelis, et Michaelem annotati Thome filios, octavo die festi Exaltacionis sancte crucis proxime preteriti, super facto possessionario in faciebus predictarum possessionum Loos et Ebergeuch coram nostro et capituli ecclesie Castriferrei testimoniis, per octo probos et nobiles viros, per ipsas partes equali numero eligendos arbitrium fieri debuisset; nosque ad videndum ipsum arbitrium et audiendum unum ex nobis, videlicet religiosum virum fratrem Gregorium presbyterum nostro pro testimonio destinassemus, tandem idem unacum magistro Paulo de Sork canonico dicti capituli ecclesie Castriferrei homine et testimonio ad nos reversus, nobis pariter retulerunt, quod ipsi in prescripto octavo die ad facies quarundam terrarum litigiosarum, inter dictas possessiones Loos et Ebergeuch habitarum vicinorum et commetaneorum eorumdem legitimis convocacionibus factis, nec non antefatis magistro Beled, qui pro se personaliter et pro annotatis utrisque Johanne filiis suis sine literis procuratoriis, onera eorumdem et gravamina in subscriptis in se recipiendo ab una, ac Michaele et Thoma filiis Johannis de Ebergeuch, qui similiter pro se personaliter, idem vero Michael pro Stephano, ipse vero Thomas pro Michaele filiis eorumdem, consimiliter sine literis procuratoriis, modo simili onera et gravamina ipsorum in infrascriptis super se assummendo, comparentes, presentibus, accessissent, ubi partes predicte ex ordinativa et arbitrativa disposicione magistri Andrea literati de Magos, magistri Blasii de Vagh canonici ecclesie Jauriensis, Johannis filii Tyvan, alterius Johannis filii Michaelis de Byk, Ladislai et Pauli de Musa, Petri de Keer et Laurencii dicti Cene arbitrorum scilicet ipsarum parcium ac aliorum nonnullorum proborum et nobilium virorum, predictas possessiones Ebergeuch et Loos harum metarum ereccionibus ab invicem separassent; quod primo incepissent iuxta fluvium Ikva vocatum a meridie in quadam silva super quatuor arbores iliceas, quarum una valde curva et indirecta staret, iuxta quas duas metas terreas erexissent, quarum una ab oriente Ebergeuch alia vero ab occidente Loos possessionibus predictis separarent; abhinc

Digitized by Google

inter meridiem et occidentem per nemora eundo venissent ad diverticulos quarundam terrarum arabilium, ubi penes quandam arborem vulgo zylfa vocatam duas metas terreas hinc et hinc de novo erexissent, quarum una similiter ad orientem dicte possessioni Ebergeuch, alia vero ad occidentem ipsi possessioni Loos distinguerent, ulterius in terris arabilibus per longitudinem unius iugeris inter meridiem et occidentem venissent ad quendam locum arundinosum, ubi duas metas terreas cumulassent, quarum una similiter ad orientem Ebergeuch, alia vero ad occidentem Loos separarent; inde ipsum locum versus eandem partem saliendo, venissent ad quoddam pratum, ubi in medio eiusdem prati duas metas terreas fecissent, quarum una ad orientem Ebergeuch, ad occidentem vero Loos sequestrarent; abhinc versus eandem partem prato in eodem eundo, iret ad quendam altum locum, quem saliendo versus eandem partem venissent ad quandam metam terream antiquam, penes quam ab oriente unam aliam metam terream de novo elevassent, quarum una ab oriente Ebergeuch, alia autem ab occidente Loos possessionibus distinguerent; adhuc inter meridiem et occidentem per prata et paludes arundinosas, in longitudine unius iugeris, venissent ad diverticulos quorundam terrarum arabilium, ubi penes quandam metam terream antiquam aliam ab occidente de novo cumulassent, quarum una ab occidente Loos alia vero ab oriente Ebergeuch possessionibus separarent. Abhinc declinando versus occidentem in diverticulis quarundam terrarum arabilium modicum eundo, venissent ad quandam metam terream antiquam, penes quam ab oriente aliam de novo erexissent, quarum una ab oriente Ebergeuch alia autem ab occidente Loos distinguerent; abhinc flectendo inter meridiem et occidentem in parvo spacio venissent ad quandam viam magnam Sopronutha dictam, quam saliendo, et versus eandem partem parum eundo penes quandam viam erbosam in diverticulis quarundam terrarum arabilium, hinc et hinc duas metas terreas elevassent, quarum una a meridie Ebergeuch alia autem a septemtrione Loos possessionibus sequestrarent; abhinc versus eandem partem in diverticulis

Digitized by Google

quarundam terrarum arabilium, nec non in medio cuiusdam parvi permissorii Zylas dicti, etulterius iterum in diverticulis quarundam terrarum arabilium modicum eundo, venissent ad quandam metam terream antiquam, inter terras arabiles existentem, penes quam ab occidente aliam novam metam terream de novo cumulassent, quarum una nova scilicet, ab occidente Loos alia siquidem vetera ab oriente Ebergeuch possessionibus distinguerent; inde declinando versus meridiem, et per indagines directe eundo venissent ad quandam viam magnam, de dicta possessione Ebergeuch ad ipsam possessionem Loos ducentem, penes quam ab aquilone duas metas terreas fecissent, quarum una ab oriente Ebergeuch alia autem ab occidente Loos possessionibus separarent; abhinc saliendo ipsam viam versus meridiem per longitudinem unius iugeris terre, in terris arabilibus et rubeta directe transeundo venissent ad quandam metam terream antiquam, rubeto in eodem existentem, penes quam ab oriente aliam metam terream de novo aggregassent, quarum una nova scilicet ab oriente Ebergeuch, alia vero antiqua ab occidente Loos possessionibus separarent; abhinc transeundo inter meridiem et occidentem per longitudinem unius iugeris terre, in terris arabilibus girando, venissent ad duas arbores iliceas, una ab oriente duos ramos habente, quas metis terreis circumdedissent, quarum una ab occidente Loos, alia autem ab oriente Ebergeuch distinguerent; inde versus eandem plagam in terris arabilibus et rubetis per longitudinem unius iugeris terre, vel paulo plus currendo, venissent ad quandam viam erbosam, quam saliendo versus eandem partem prope eandem viam duas metas terreas erexissent, quarum una ab occidente Loos alia vero ab oriente Ebergeuch sequestrarent; ulterius vero versus eandem plagam per rubeta quendam montem ascendendo, in cacumine eiusdem montis venissent ad quoddam fossatum antiquum, penes quod hinc et hinc ad duas arbores iliceas metas terreas aggregassent, quarum una ab oriente Ebergeuch alia siquidem ab occidente Loos possessionibus separarent; quas quidem duas metas ipse partes pro metis angularibus commisissent et reliquissent; amplius declinando versus meridiem super monte

Digitized by Google

in rubetis in longitudine unius iugeris, venissent ad duas arbores, iliceam scilicet et quercinam, quas metis terreis circumdedissent, quarum una ab oriente Ebergeuch alia vero ab occidente Loos possessionibus distinguerent; inde versus meridiem modicum eundo, descendissent in quandam vallem Huzyuwlgh dictam, ulterius versus eandem partem eundo venissent ad verticem cuiusdam rotundi montis, ubi duas metas terreas de novo erexissent, quarum una ab oriente Ebergeuch, alia siquidem ab occidente Loos possessionibus separarent; deinde versus eandem plagam de eodem monte descendentes, attigissent quandam vallem, in cuius medio esset via antiqua, penes quam hinc et hinc ad duas arbores iliceas magnas duas metas terreas erexissent, quarum una ab oriente Ebergeuch, alia autem ab occidente Loos possessionibus sequestrarent, quas quidem metas partes antedicte pro metis angularibus reliquissent; ab hinc transeundo similiter versus meridiem in silva magna glandinosa per longum spacium versus eandem partem meridionalem venissent ad quendam lacum parvum et rotundum, ubi quandam metam antiquam a parte aquilonali eiusdem lacus reperissent, penes quam hinc et hinc alias duas novas metas terreas, unam earum ad tres arbores iliceas parvulas aggregassent, quarum una ab occidente Loos, ab oriente vero Ebergeuch possessionibus separarent, inde declinando inter meridiem et occidentem, in eadem silva magna per longitudinem unius iugeris vel paulo plus attigissent duos tumositates terre, quarum unam ab aquilone existentem eedem partes metam fuisse et esse retulissent, penes quam ab occidente unam aliam novam metam terream fecissent; quarum una vetera scilicet ab oriente Ebergeuch, alia vero ab occidente Loos possessionibus sequestrarent; abhinc flectendo versus meridiem in eadem silva et in longitudine unius iugeris terre progrediendo, venissent ad quendam lacum rotundum et parvum, penes quem ab aquilone duas metas terreas erexissent, quarum una ab occidente arborem querci circumdaret, ubi iungeretur terre possessionis Felse-Leuew vocate, prout ipse partes asseruissent, quarum quidem metarum una ab oriente Ebergeuch, alia autem ab occidente Loos, a meridie

Digitized by Google

siquidem Felse-Leuew possessionibus predictis distinguerent et sequestrarent, et sic terminassent; exstitisset eciam ordinatum et per partes ultranea eorum voluntate assumtum, quod si qua parcium successu temporum premissarum metarum ereccioni, eandem refutando niteretur obviare vel contradicere, tunc huiusmodi pars contradicens parti toleranti premissa et non contradicenti, quinquaginta marcas denariorum, salva porcione iudicis, ante litis ingressum deponendas, prout eciam ipse partes se vigore dictarum literarum ipsius comitis ad premissa obligasse reperiebantur, solvere deberet et teneretur ipso facto. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas memorato magistro Beled duximus concedendas. Datum duodecimo die termini prenotati, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Zöld és fehér selyem-zsinóron függő pecsét nyomaival; eredetije a hédervári cs. ltárban.

440. *A pozsonyi káptalan előtt Oszlopi Haymlin leánya Anna nemes asszony Poczneusidl és Vytezst nevű Mosonvármegyei birtokokban a maga részét nővérei fiainak Vogt Jánosnak és Permeni Frub Venczelnek hagyományozza. 1411. jan. 12.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod nobilis domina Anna vocata filia Haymlin de Vslupp coram nobis personaliter constituta vive vocis oraculo confessa exstitit isto modo, quod ipsa porciones suas possessionarias in possessionibus Pacznewsidl iuxta fluvium Leyta et Wytezst vocatis in comitatu Mosoniensi existentibus ipsam quovis iure concernentibus cum omnibus utilitatibus videlicet terris arabilibus, campis, silvis, virgultis, fenetis seu pratis, arundinibus, pecorum pascuis, aquis, piscaturis aquarumque decursibus, vineis et quibusvis proventibus ac pertinenciis et integritatibus ad dictas porciones suas possessionarias spectantibus quovis nominis vocabulo censeantur post mortem suam Johanni dicto Vogt filio sororis sue et

Digitized by Google

Wenczeslao Frub nuncupato de Permen sororio suo ac predictorum Johannis et Wenczeslai heredibus universis dedisset, donasset et contulisset, imo dedit, donavit et contulit post mortem suam prelibatis Johanni et Wenczeslao ac ipsorum heredibus universis dictas porciones suas possessionarias cum eisdem utilitatibus et pertinenciis supra nominatis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, habendas pariter et possidendas pleno iure hoc tamen salvo remanente quod ipsa usque ad vitam suam valeat pacifice possidere. In cuius testimonium ipsiusque rei memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post festum Epiphaniarum domini, anno eiusdem Millesimo quadringentesimo undecimo.

Zöld és vörös czérna-sodraton függő pecséttel, ercdetije az orsz. ltárban N. R. A. 1516. 19. dipl. oszt. 9738.

441. *A győri káptalan Zsigmond királynak jelenti, hogy midőn a csornai convent Márczon két jobbágytelek birtokába beiktattatott, Csornai Mihály fiai György pozsegai és István esztergomi prépostok s ezek rokonai ellentmondottak. 1411. maj. 13.*

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. regi marchionique Brandenburgensi etc. domino ipsorum graciosissimo, capitulum ecclesie Jauriensis oraciones in filio virginis Marie pro vestra vita pariter et salute. Literas vestras statutorias nobis directas pro religiosis viris domino fratre Anthonio preposito et conventui ecclesie de Chorna loquentes noveritis cum summa reverencia nos recepisse in hec verba: Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. rex marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Jauriensis salutem et graciam. Dicitur nobis in personis religiosorum virorum domini fratris Anthonii prepositi et conventus ecclesie de Chorna, quomodo ipsi in dominium quarundam duarum sessionum iobagionalium in possessione

Digitized by Google

Moroch in comitatu Soproniensi existentis habitarum, in quarum una Stephanus filius Johannis et alia Michael dictus Pokhar a presens facerent residenciam, prefate ecclesie eorum et per consequens ipsis de iure concernencium, legitime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obviaret in hac parte, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius de Thatha, vel Thomas de Bandhege, aut Elias de Edu, an Paulus seu Johannes de Potyund, sin Ladislaus literatus sive Emericus de Paztor, seu Emericus de Vadasfalva vel Stephanus de Vlche aliis absentibus homo noster ad facies dictarum sessionum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat eosdem in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos dominos prepositum et conventum nostram specialem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros; et post hec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostre speciali fideliter rescribatis maiestati; presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Eberhardi episcopi ecclesie Sagrabiensis *(igy)* aule nostre cancellarii et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari. Datum Bude, feria tercia proxima ante festum beati Adalberti martyris, anno domini M^mo^ quadringentesimo undecimo. Nos enim mandatis vestre excellencie in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum Emerico de Vadasfalua homine vestro prescripto, nostrum hominem videlicet Nicolaum de Kechel chori nostri ecclesie clericum ad ipsam statucionem faciendam nostro pro testimonio tranmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod prefatus homo vester presente eodem nostro testimonio, sabbato proximo post festum Invencionis sancte crucis ad facies dictarum duarum sessionum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi

Digitized by Google

legitime convocatis et presentibus accessissent et dum eosdem dominum prepositum et conventum in dominium earumdem sessionum introducere easdemque iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas statuere voluissent, tunc Johannes dictus Chakan familiaris et officialis magistri Ladislai filii Michaelis de Chorna in persona eiusdem domini sui, item Gregorius de Thatha in personis honorabilium virorum dominorum Georgii de Posga et Stephani de promontorio Strigoniensi ecclesiarum prepositorum filiorum, ac domine relicte alterius condam Ladislai filii Michaelis, nec non Ladislai filii Johannis de eadem Chorna ipsis contradiccionis velamine obviassent, propter quod eosdem magistrum Ladislaum Georgium et Stephanum prepositos, nobilem dominam relictam et Ladislaum filium Johannis antefatos contra memoratos dominum Anthonium prepositum et conventum ecclesie de Chorna ad octavas festi Penthecostes nunc venturas vestram specialem in presenciam evocasset, racionem contradiccionis eorum reddituros. Datum quinto die diei evocacionis premisse, anno domini supradicto.

Papíron, zárlatán pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban praep. Chornen. 35. 45. dipl. oszt. 9771.

442. *A pozsonyi káptalan bizonyság-levele arról, hogy Oroszvári Tanpekk János és Tundolczkircheni Vogt János Poczneusidl és Vytezst nevű birtokok iránt miként egyeztek ki. 1411. nov. 3.*

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Johannes Tanpekk de Orozwar pro se personaliter et pro Georgio ac Johanne filiis suis, quorum onera super se assummendo unacum honorabili viro domino Nicolao Cholomanni *(igy)* de Tyrnavia socio et concanonico nostro nec non nobilibus viris Christoforo dicto Maystorfer, Jacobo literato de Gumba, Chuntz Swab de Jerndorf, Andrea Trebeczs et Petro dicto Junkherr civibus civitatis Posoniensis suis arbitris ab una, item Johannes dictus Vogt de Tundolczkirichen similiter pro se personaliter et pro domina

Digitized by Google

Anna nepte sua, cuius onus super se assummendo unacum Erhardo Trautenberger, Engl Müerhamer, Claspekk castellano in Haimburga, Sighardo castellano castri Posoniensis, Chunrado magistro civium et Hartmanno civibus dicte civitatis Posoniensis similiter suis arbitris parte ab alia, ac Vlrico Rauchenwarter iudice prefate civitatis Posoniensis ipsorum videlicet scindico per ipsas partes numero equali electo consona et unanimi voce fassi exstiterunt in hunc modum, quod quia universe lites et discordie ac omnis invidie fomes et contraversie signanter super facto possessionum Pacznewsidl et Wytezst hucusque partes inter easdem que fuissent exorte et sciscitate de medio ipsorum evelleretur, tam per modum arbitrii supradictorum proborum hominum, quam eciam amicabilis composicionis ad talem pacis et concordie unionem ipse partes devenissent et se devenisse retulerunt coram nobis tali modo, quod prefatus Johannes Tanpekk in predictis possessionibus seu villis Paczneusidl et Wytezst in qualibet scilicet duas partes rectas et equales, cum earumdem utilitatibus videlicet terris arabilibus cultis et incultis, silvis nemoribus virgultis arundinibus fenetis seu pratis peccorum pascuis, aquis, piscaturis aquarumque decursibus et quibusvis aliis pertinenciis et integritatibus ad easdem duas partes quarumlibet dictarum possessionum spectantibus quovis nominis vocabulo vocitatis, psi Johanni Vogt et dicte domine Anne nepte sue ipsorumque heredibus universis resignasset et annuisset, iure perpetuo et irrevocabiliter sine dolo et fraude possidendas, tenendas pariter et habendas; insuper partes iam dicte huiusmodi arbitrium et amicabilem composicionem per predictos honorabiles, circumspectos et nobiles viros et scindicum predictum supranominatos, ut prefertur, partes inter easdem factum et arbitratum sine dolo et fraude ratum atque firmum habere assumsissent, contradiccione parcium omnino nostri in presencia non existente; universas eciam literas prefatus Tanpekk super dictis possessionibus sub quacumque forma verborum ipse aut sui heredes suprascripti, quas haberet vel haberent confectas, reddidisset cassas, frivolas et viribus carituras ac exhibitoribus ubique nocituras, tali eciam con-

Digitized by Google

dicione interiecta, quod sepedictus Johannes Tanpekk pro occupatoribus et aput se conservatoribus predictarum possessionum et earumdem utilitatum nec non damnis, expensis et iniuriis dicto Johanni Vogt et prefate domine Anne nepti sue illatis et perpessis ducentas libras denariorum viennensium in quatuor terminis infrascriptis: quinquaginta libras videlicet in festo beati Martini confessoris et quinquaginta in festo beati Georgii martyris et similiter quinquaginta libras in festo beati Johannis Baptiste, et modo simili quinquaginta libras denariorum viennensium in festo beati Michaelis archangeli, diebus et terminis seu festivitatibus post sese nunc consequenter proxime affuturis, prelibato Johanni Vogt et domine Anne nepti dare et solvere debeat et teneatur, hoc eciam non pretermisso, quod quecunque parcium dictum arbitrium et composicionem amicabilem, ut premittitur, inter ipsos factum quandocunque in parte aut in toto retractaret refutando, extunc pars id retractans omnia iura, que in prefatis possessionibus seu villis haberet et habere speraret, amitteret eo facto. Ad que omnia premissa et quevis premissorum singula sepedicte partes inviolate conservare et sponte se obligarunt coram nobis testimonio presencium mediante. In cuius rei evidenciam ac eius memoriam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis et autentici munimine roboratas. Datum feria tercia proxima post festum beatorum Simonis et Iude apostolorum, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo.

Függő pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban N. R. A. 1516 16. dipl. oszt. 9692.

443. *A vasvári káptalan előtt Miklós borsmonostori apát Kedhel, Felsőlászló, Ukech vagy Malomháza, Hidegség és Homok nevű birtokainak, továbbá a Fertő tava mellett Lampertföld nevű birtokának elfoglalásától Kanizsai János érseket és öcscseit tiltja. 1411. nov. 13.*

Nos capitulum ecclesie Castriferrei memorie commendamus, quod religiosus vir dominus frater Nicolaus abbas de monte sancte Marie alias de Borsmonostra sua et con-

Digitized by Google

ventus eiusdem loci in personis ad nostram veniendo presenciam per modum protestacionis nobis significare curavit, quod reverendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Strigoniensis ac magister Stephanus de Kanisa alias ianitorum, necnon Ladislaus filius eiusdem, item Johannes et Stephanus filii condam Nicolai filii Johannis de eadem Kanisa tavarnicorum regalium magistri, per castellanos eorum de Leuka ac iobagiones de inferiori Lybnyk magnam particulam terre et virgulti a quadam via Hakstrosz incipiendo usque ad fluvium Lybnek ad possessionem dicti sui monasterii Kedhel vocata *(igy)* spectantem, nihilominus quendam montem pertinentem ad dictam possessionem Kedhel, Lachmoth vocatum cum vineis terris arabilibus et pomeriis a dicto monte Lachmonth *(igy)* incipiendo usque fluvium Kevzeg appellatum per iobagiones in possessione Reuth appellata commorantes, preterea per iobagiones ipsorum in Kwhalm residentes magnam particulam silve spectantis ad possessionem monasterii supradicti Lastay superiorem, per iobagiones ipsorum de Files similiter aliam particulam terre arabilis (in facie) novas plantaciones vinearum faciendo necnon prata et silvam ac agros quamplures supradicti monasterii spectantes et pertinencia ad possessionem eiusdem monasterii Vkech vulgo Monahhaza vocatam, item trecenta iugera terrarum arabilium penes lacum Ferthew, que terra Lamperti vocitaretur ad possessionem Bala nominatam pertinencia, insuper quasdam duas possessiones ipsius monasterii Hydegseg *(igy)* et Homok vocatas, omnino in comitatu Soproniensi existentes efficacissimis literalium instrumentorum vigoribus eidem monasterio (spectantes et) spectancia occupari, occupatasque potencialiter uti facerent de presenti, in preiudicium iuris dicti monasterii ac ipsius domini Nicolai abbatis et conventus loci eiusdem. Unde facta huiusmodi protestacione prefatos dominum Johannem archiepiscopum, magistrum Stephanum, Ladislaum filium eiusdem, Johannem et Stephanum filios annotati condam Nicolai de predicta Kanisa et alios universos et quoslibet ab occupacione, detencione, usurpacione sibique perpetuacione omnium premissarum

Digitized by Google

terrarum arabilium, silvarum, moncium et possessionum, usuum fructuam et quarumlibet utilitatum earumdem percepcione et percipi faccione, seque quovis quesito colore in dominium earumdem intromissione quoquomodo factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis vigore presencium mediante. Datum in festo beati Briccii episcopi et confessoris, anno domini Millesimo quadringentesimo undecimo.

Papiron, hátlapján pecsét nyomaival; eredetije az orsz. ltárban Ecclesiast. miscellaneor. 53. 5. dipl. oszt. 9836.

Digitized by Google

Digitized by Google


I-II
2nd 600-1E1P

GENERAL BOOKBINDING CO.
72 451WB N 103 8670
QUALITY CONTROL MARK

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



ES364273

NOV 27

Digitized by Google

Digitized by Google